



RVPERTIAB BATHS TVITIENSIS

DE VICTORIA VERBI DEI LIBRI
TREDECIM.



ANNO DOMINI M. D. XXIX.

2 400 400  MADE IN SPAIN



RVPERTI AB
BATHONENSIS
DE VICTORIA VERBI DEI LIBRI
TREDECIM.



ANNO DOMINI M. D. XXIX.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DOMINO

Nicolao Vuesto, Dei gratia Episcopo Eliensi in Anglia, Io-
hannes Cochlaeus S. P. D.

Multa quidem, Reuerendissime Pater, Ruperti Abbatis quondam Tuitiensis opera in lucem labore nostro aedita sunt Coloniae intra triennium hoc proximum. Libri sane supra centum quadraginta. Neque tamen omnia huius Theologi opera perquirere potuimus. Desideramus adhuc quindecim libros eius de glorioso rege David, decem libros in Iob, & quaedam alia opuscula minora, quae neque Vuestualiae, neque Bauariae, nec Hercyniae syluae uetus Monasteriorum Bibliothecae, partim a nobis partim ab alijs discussae, reddere potuerunt. Leodij quidem extant adhuc quatuor libri carminum, & hymnorum eius, in Monasterio sancti Laurentij, ubi Monachum primo egit priuatum, antequam Sigebergum aut Tuitium uenisset. Vnde & tredecim libri eius in Matthaeum, in manus nostras, intercessione innocentissimi uiri Theodorici Hezj, traditi sunt. Sed nimia locorum distantia me absterret, ne petere ausim commodato uetus illud exemplar. Opto igitur ut uicini quispian opus illud, deuotissima nimirum mente, in laudem dei Christi eius & sanctorum Christi cohaerendum ab illo conscriptum, ad excitandum finitalem in nobis cordis deuotionem uirtutisque amorem excribat & euulget. Opto item, ut alii quis pietatis utilitatisque publicae studiosus, reliqua huius authoris opera perquirat felicius quae nos, eaque in uetera per Chalcographiam communicet nobis. Quod si Chalcographiae impensas ferre aut nolit aut nequeat, tradat exemplar insigni Bibliopola Francisco Byrckmanno, cuius Antuerpiensi, cuius sane impensis & reliqua Theologi huius opera debemus. Quoniam am uero opus eius de Victoria Verbi Dei ab alijs in minori forma aeditum est, ut igitur ceteris commode iungi ac coaptari queat, uisum est operae pretium fore, id ipsum denuo aeditum in ea forma, quae caetera iam aedita uidemus, & quidem sub tui potissimum nominis patrono, reuerendissime domine, quia nullum scio alium qui sit uel Verbi Dei in coram da populorum seminandi studiosior, uel ad benefaciendum pauperibus, praesertim literarum studiosis, propensior. Bene uale, Praesul ornatissime, & nuncupationem hanc auctoritate tua confirma.

Ex monte sancti Victoris prope Montiacum, Quarto Idus Aprilis
M. D. XXIX.

INDEX CAPITVM LIBRORVM

Ruperti abbatis Tuitiensi, de uictoria uerbi dei, CAPITA LIBRI PRIMI

- Q**uid sit uictoria uerbi dei, quare, & propter quem aduersarium nempe diabolus, hoc opus ita inscripserit, Ca. 1
 ¶ Quod uerbu dei sit filius dei, & quid pmiu cognitiois eius sit pietio dei ppter qua & gras agimus, Ca. 2
 ¶ Verbu dei magnifice qd e p opa, magnificetius ueroseipm cognosci, Ca. 3
 ¶ Solos a deo doctos, digne uerba dei elog posse, ca. 4
 ¶ Magnificetia uict. uerbi dei oi laude maior e e Ca. 5
 ¶ Quibus & qre noibus, hostis uerbi dei in scripturis nominet, & quid sint septem capita draconis Ca. 6
 ¶ Quare diabolus draco noiet, & qn iccepit primu exere re cornu, & qd agnus, i. uerbu dei totide habeat cor
 ¶ Quod causa rebelliois uerbi supbia, & (nua), Ca. 7
 ¶ Quae fuerint cause supbiendi Ca. 8
 ¶ Quod p supbia factu sit mendacij pr, & qd na fuerit illud mendacium ex literis Propheticis Ca. 9
 ¶ Satanā suo ipi medacio deceptu, ceteros agelos de spexisse, maifestate q & qlitate dei ambuisse, Ca. 10
 ¶ Satanā suu ipius medaciū, & ceteris angelis pdicasse, pua fite q non nullis ut se p deo haberet Ca. 11
 ¶ Satanā nemine creatois & coditiois suae cōsciū putasse, iō q nulli cōtra se testimoniū ueritū fuisse, Ca. 12
 ¶ Partē spirituu supbia & iuidia deprauatos, testimoniū uerbi dei nō recepisse, pte hūiles, & obediētes in uerbo
 ¶ Satanā ppter testimoniū uerbi (ritate pstitisse), Ca. 14
 ¶ De eo qd dicitur est ad beatū Iob: Quis demisit lapidē angularē terrae, cū me laudaret simul astra matutina & iubilarent omnes filij dei Ca. 19
 ¶ De eo qd dicitur ē ad eūdē btm Iob: Ptās & terror apd eū est, q facit cōcordiā in sublimibus suis, Ca. 20
 ¶ Satanā non statim ut conditus est, cecidisse Ca. 21
 ¶ Satanā in sublimibus dei pacē turbasse Ca. 22
 ¶ Quod Christus cum diceret: Videbā satanā cadentē se non solum hominem esse, uerum etiā uerbum patris ab aeterno fuisse inuariat Ca. 23
 ¶ Quae qre de satanā, cū malū fore sciret, creauit soluit, iustitiāq dei irrephebilē defendit Ca. 24
 ¶ Vnde & quo diabolus pietus sit, quali de caelo, qlem iam tunc in infernum ceciderit Ca. 25
 ¶ Quare diabolus, quare satanas, & quare spiritus eius de mones appellati sint Ca. 26
 ¶ Quibus uerbis nouē ordies ageloz i pphetis figurati sint & q mali spūs ultra resurgere nō possint, Ca. 27
 ¶ Falli eos qui opinantur angelos ante caelum & terram creatos, Ca. 28
 ¶ Angelos nō ita creatos, ut pficere nō potuerint, s; fo

INDEX CAPITVM

- lū deū absq profectu, s; fuisse pfectū Ca. 29
 ¶ Angelos bonos, cognita in deiectione satanae, fortitudine in cōfirmatione sui, bonitate uerbi dei, in pternū sanctae trinitatis laudem prorupisse Ca. 30
 CAPITA LIBRI II.
 Vid sit qd dñs ad Ezechielē Prophetā dixerit, si li hois, leua planctū sup regē Tyri Ca. 1
 ¶ Quae admodū filij Israhel delecta tribu Benjamin, plaxerunt, ita uerisimile plaxisse sanctos angelos, diminuto ciuium regni dei numero Ca. 2
 ¶ Quare filius hois iubeat plāgere principē Tyri, Ca. 3
 ¶ Soli deo notū fuisse mysteriū uerbi incarnandi, p qd restituendus esset numerus ciuium dei Ca. 4
 ¶ Condito mūdo factū hoīem, propter quē diabolus contra uerbu dei certamē arripuit Ca. 5
 ¶ Diabolū ueterē diuini nois ambitionē retinuisse deū uero i, pposito, puehēdi hois ad silitudinē suā pstitisse
 ¶ Diabolū ipedire uoluisse ppositū dei, (se), Ca. 6
 ¶ & cur deus homini pceptum posuerit Ca. 7
 ¶ Diabolū serpentem ingressum decepto hoīe, meruisse ut iam dicat serpens antiquus Ca. 8
 ¶ Quare diabolus serpens antiquus, deus aut antiquus diez appellatur atq; praedicetur Ca. 9
 ¶ Diabolū, cū deciperet hoīem isidē usum fuisse fraudibus, quibus nunc sophistae utantur Ca. 10
 ¶ Hoīem nō ex ignorantia nō ex infirmitate, s; ex supbia
 ¶ Nō dei, puidentiā culpādā, s; crea (peccasse), Ca. 11
 ¶ turā leuitatē accusandā, quā considerat, tā angelū q hoīem, non potuisse sustinere magnitudinē diuinā beneficentiae ne supbiret Ca. 12
 ¶ Vtile fuisse, ut reuelaret p experiētā, qd nouerat deus p sciam, i. nō posse principatū creaturaz humili- ter sustineri, nisi a uerbo incarnato Ca. 13
 ¶ Deū qsi dormiuisset, dū deciperet hoīem serpens, deū excitatū, tanq potētē crapulatū a uino pcussisse inimicū
 ¶ Quibus uerbis, & quare serpens (micos suos, ca. 14
 ¶ tem, uirū & mulierē increpauerit deus Ca. 15
 ¶ Quare prima promissio conterendi serpentis, quae fuit caput uictoriae uerbi, non ad mulierem, sed ad serpentem facta sit Ca. 16
 ¶ Per mulierē & semē illius intelligi qd e oēs electos, p cipue tñ btm uirginē Mariā, & semē eius q Chrs ē sicut p semē serpentis, eos q sunt ex pre diabolū itellit
 ¶ Hāc inimicitia caput & initū fuisse (gimus, ca. 17
 ¶ belloz dñi, & qd sacra scriptura dicatur liber belloz
 ¶ Inter Cain semē serpentis, (dñi, & liber iustoz, ca. 18
 ¶ & Abel semē bndictiois dñm statim inimicitias posu-
 ¶ isse, & Abel uictoria uerbi sua morte figurasse, ca. 19
 ¶ Abel p iustitiā fidei, ad silitudinē dei factū, & hoibus mortuū, deo melius uiuere, imō loqui etiā Ca. 20
 ¶ Gñationē Cain q erat semē serpentis, ueloci pullulasse ciuitates & regna cōstituisse. Itē Cain reproboz, Abel aut electoz gñatiois pncipiū fuisse, ea q deū scdm carnē cōnuptas diluuij uidi dñā meruisse, ca. 21
 ¶ Electoz gñationem, delecto Abel tardius p Seth & Enos restauratā, nō hīc hic ciuitatē pmanētē, sed futuram inquirere Ca. 22
 ¶ Gñationē filioz dei, denuo p mulieres callido antiq serpentis consilio corruptā fuisse Ca. 23
 ¶ Quo pacto sit itelligēdū qd deus dixit: Penitet me fe

INDEX

cisse hoïem, & delebo hoïem quē creauī à facie terre
Quid sit, qđ Mosēs de deo scripsit: Et p̄ca (Ca. 24)
uēs in futurū, & tactū dolore cordis intrinsecus, Ca. 25
Quo dolore tactus esse dicatur intrinsecus Ca. 26
De diluuiō, imō de tribus iudicijs dei Ca. 27
Quid sit qđ dñs dixit: Non p̄manebit spūs meus in homine in æternum, quia caro est Ca. 28
Quæ Noe accepta sn̄ia p̄dendæ uniuersæ carnis nō intercesserit, p̄ hominibus sicut Moyses Ca. 29
Quid sit, qđ scriptū ē: Noe iuenit grām corā dño. Itē Noe uir iuī? atq; p̄fectus in gn̄atōibus suis, Ca. 30
Quod Noe q̄a seruauerat uerbū dei idē à uerbo seruauit? Ca. 31
Quod dñs proposuit suū factis declarauit, Ca. 32

CAPITA LIBRI III.

De tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iaphet, & qđ sit Dilatet de Iaphet, & h̄itē in tabnaculō, ca. 1
De cōfusiōe linguarū, natiuitate Abrahā, & secundo promissiois uerbo, qđ in semine eius benedicendæ essent omnes gentes Ca. 2
Quod confusio linguarū abscondendo diuinæ promissionis thesauro profuerit Ca. 5
Quæ mysteria dei, nō solis exteris p̄ cōfusiōe linguarū uerū etiā idigenis Israelitis p̄ enigmata & figuras abscondita fuerit: Itē de triū linguarū is inuētis Ca. 4
Quod serpens antiquus p̄pter uerbū promissiois, cōtra Abrahā, Isaac, & Iacob, inuidia qđem motus sit, nocere tamen eis non potuerit, Ca. 5
Quod Ioseph deinde, primos serpentis insultus per fratres p̄pter somnium exceperit Ca. 6
Quid sit qđ à Hieremia dictū est: uox in rama audita est &c. Rachel plorans filios, Ca. 7
Quod serpens ille antiquus nō solū inuidias fratrum, uerum etiā illecebras cōcupiscētiæ mulieris aduersum Ioseph suscitauit, neq; tamen uicerit Ca. 8
De tertio promissiois uerbo, nō auferet sceptrū de Iuda, donec ueniat q̄ mittendus est, Ca. 9
De signo mulieris amictæ sole, p̄turiētis & clamantis ut pariat, & itē de signo draconis magni & rufi &c. Ca. 10
Coronā. 12. stellarū in capite eiusdē mulieris, fuisse principes duodecim tribuū, & qđ in utero habuerit fuisse uerbū promissionis Ca. 11
Quā primū ceperit prurire, clamare, cruciari ut pareret, Ca. 12
Quā agnus quē immolabāt filij Israel, uerbi fuerit typus icarnādi, cōtra Pharaonem regem Aegypti caput primū serpentis, Ca. 13
Quā oipotēs uerbū dei percussit p̄rogenita Aegypti Ca. 14
Quā de eodē uerbo dictū sit: Exultauit ut gygas ad currendam uiam Ca. 15
Idē uerbū dei Aegyptijs fuisse gladiū acutū, filijs autē Israel agnū mitē & mansuetum Ca. 16
Quā ob cām p̄rogenita Aegyptiorū percussa sint, Ca. 17
Quā ob cām itē post ea de primogenitorū, omnes Aegyptij aquis operiti fuerint Ca. 18
Hæc oīa Abrahā à deo p̄dicta fuisse, & qđ filij Israel Aegyptios iuste spoliarent Ca. 19
Eūdē eē draconē & Behemot, eūq; à solo uerbo uincit, ut multiplicet p̄ces & mollia loquat Ca. 20
Quā dñs p̄p̄m Israel liberauerit in laudē & gloriā nominis sui, ut faceret eā excelliorē cūctis p̄p̄s, Ca. 21

CAPITVM.

Populo Israel nō solum cōmissa, uerū etiā scripta fuisse eloquia dei, idēq; digito ipsius ca. 22
Nihil utilius inuētō lrasq; ad cognitionē dei creatoris (esse, ca. 23)
Sicuti priores duæ tabulæ Moysi factæ sunt, ita & literarū characteres, sub Esdra mutatas fuisse arbitramur ca. 24
Dona eē dei: qđ hō i uerbo dei possit meditari, deū & elog. demū & scribere, atq; aliorū scripta legere, ca. 25
Sacra cęlestia sub sacrarū sup̄ficie lrasq; latētia, similia esse thesauro abscondito in agro, ca. 26
Hūc thesaurū: idē absconditū fuisse, ne paruuli qbus lacte opus erat, solidū cibū nō ferre possent, & porci margaritas pedibus subiectas cōculcarent ca. 27
Exēplis p̄bat, nō expediuisse, ut sacra scripturæ ap̄tis uerbis p̄dant, donec ope compleantur ca. 28

CAPITA LIBRI III.

Varie aialium septem illa capita draconis similia fuerint, ca. 1
Quæ facies scđi capitis facies uiculi fuerit quæ fecit Aaron: & quō tūc mulier in utero hñs clamauit, Ca. 2
Quā idē caput sublatū ad t̄ps, sub Ieroboam denuo erectum sit, Ca. 3
Quā p̄ iudices dñs populū ab idolatria rep̄sserit, & ab hostibus defēderit, uincere p̄ eos uerbo dei ca. 4
Iudices, nō nisi clamāte ad dñm p̄plo, suscitatos, ca. 5
Quā ob cām iudices illi saluatores appellati sint, ca. 6
Duodecim iudices, & duodecim Apostolos esse uiginti quatuor seniores, ca. 7
Quare ap̄tis, nō ut iudicibus gladio uti liceret ca. 8
Quā in periculis uersati sint iudices Israel ca. 9
Quare Heli ad n̄p̄. 12. iudicū nō pertineat ca. 10
Quid sit apud Esaiā, uoca nomē eius accelera, spolia detrahere, festina p̄dari ca. 11
Idem uerbum dei, & per David uicisse, quod antea p̄ iudices uicerat ca. 12
Quare David non ædificauit domū domini ca. 13
Proiecto Saul, & electo David, impletū eē qđ dictū ē, dñs pauperē facit, uēditat, hūiliat & sublimat, ca. 14
Quō Saul & quō David cōtēpserint uerbū dñi, ca. 15
Quod utriq; se peccasse, cōfessi sint, & q̄re huius cōfessio accepta, illius reiecta sit ca. 16
David exauditū eē, q̄a scđm uolūtātē dei petierat, ca. 17
Quod de in sermonibus suis iustificari uisus nō fuisset, nisi David misertus esset ca. 18
Promissioes legis cū cōditōe, p̄missioes autē Abrahæ & Davidi absq; cōditōe factas fuisse ca. 19
Quid sit qđ Ap̄tus ait: Si em̄ q̄ ex lege hæredes sunt exintan̄ta ē fides, abolita ē rep̄missio ca. 20
Quid sit qđ idē Ap̄tus ait: Iustitiā dei in euāgelio reuelari ex fide in fide, & q̄ nā illa iustitia sit, ca. 21
Uerbū dei tā in Saul q̄ in David ueritatis palmā obtinuisse, ca. 22
Quō appareat in duob; illis uerū esse (nuisse, ca. 23)
Salomonē habuisse qđē uerbū dei s; nō quē uisū esse ut foueret, ideoq; cecidisse, nec subleuatū esse, ca. 24
Propter peccata filiorū David, nō auersum esse positum dei, quia iurauerat illi, ca. 25
Cur iurare debuerit ac uoluerit deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his quæ loquitur absq; interpositione iuramenti ca. 26

INDEX

Quibus ex causis maxie digni fuerint Abrahā & David, uerbo p̄missiois cū iuramento repromittētis, ca. 27

CAPITA LIBRI V.

Quomodo secūdū caput draconis uiculus, scilicet sub Ieroboam denuo fuerit erectum Ca. 1
Quāuis etiam Baal seruierint, & adorauerint, uiculus tamen caput idololatriæ fuisse Ca. 2
Hoc caput, tactū mite uideret, ut quæ tñ reliqua p̄niciosum fuisse populo dei Ca. 3
Quodnam primum uerbi dei bellū aduersus hoc caput fuerit, Ca. 4
Quā Iehu prim; p̄ testimonio uerbi dei occubuerit 5
Quod mysterio nō careat, à leone p̄phetā in uia occubuisse, Ca. 6
Quid duodecim scilicet p̄p̄s Ahiæ (cūsum, Ca. 6) Sylonitæ significarint Ca. 7
Deū iusto iudicio regē Ieroboā sup̄ Israel cōstituisse nō ut peccare faceret, sed quia peccaturi erāt Ca. 8
Helīā prophetā, ne ignorātes simul cū impijs errarent, à deo missum esse Ca. 9
Quæ miracula fecerit Helias, & qđ spūs Helic duplex in Heliseo, duplicato miraculoz nūero cōprobet. 10
Quid & quando p̄fecerint in populo, Helias & Helisæus p̄phetæ Ca. 11
Quare zelus dñi p̄pter Baalamplius, q̄ p̄pter uiculos aureos, in Helia exarserit Ca. 12
Dñm in uirga & uerberibus uisitasse p̄ctā dom; David, misericordiā uero nō disp̄sisse ab eo Ca. 13
Quā zelus in Helia quātā dignitatis fuerit ca. 14
Helīā translātū, aā diē magnū & terribilē dñi mirtēdū, & in Iohanne baptista cōpletū esse, Ca. 15
Verisimile esse, Enoch & Heliam translatos, à moriendi necessitate liberatos esse Ca. 16
Post Helīā & Helisæū idē uerbum dei, alijs p̄phetis succedentibus non defecisse Ca. 17
Quid sit, quod p̄ Osee dictū est: Non addā ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū, & domui Iuda miserebor, Ca. 18
Quod uerbū dei nō dū incarnatū. i. Emanuel nondū natus, liberarit terrā à rege Assyriorum Ca. 19
Idē uerbū, anteq̄ sciret puer uocare matrem, accelerasse, spolia detraxisse, & p̄dari festinasse Ca. 20
Ductis in captiuitatē decē tribubus, finitū bellū uerbi dei, contra uiculos aureos Ca. 21
Assyrios iustiores fuisse q̄ Israel, ideoq; eis in captiuitatem traditum esse Ca. 22
Quare domus Iuda seruata sit, Israele in captiuitatē ducto, cū utrobq; iusti aliquot fuerint Ca. 23
Quare i lege scriptū sit, Loquutus ē dñs ad Moysen: in p̄phetis autē: Factū est uerbū dñi Ca. 24
Omnes ad q̄s uerbū dei factū est, nō oēs autē ad quos locutus est, beatos & filios dei fuisse Ca. 25
Nō Moysen reliq; p̄phetis cōparatū, sed legem p̄missioibus gr̄æ collatā inferiorē eē, eo qđ nusq; legat: Factū est uerbū domini ad Moysen Ca. 26

CAPITA LIBRI VI.

Quod reges & regna antiqui draconis capita dicantur, Cap. 1
Regnū Assyriorū, & regnū Chaldæorū cōiunctim, tertiu caput draconis fuisse, simile leoni ca. 2
Quomodo deus domū David zelo p̄secutus fuerit in bonū, diabolus uero in malum ca. 3

CAPITVM

Draconē tertio hoc capite, aduersatū qđem uerbo dei intēctōe, cooperatū aut fuisse effectū ca. 4
Quibus p̄ctis domo David, puniendus draco ille sceleratus, & populo translato, in fortitudine manus suæ Nabuchodonosor se fecisse sit gloriatus ca. 6
Nabuchodonosor typū diaboli gessisse, & effectū qđē deo seruasse, uolūtate uero fatellitē diaboli fuisse. 7
Quod obfessa & expugnata Hierlīm (uierit, ca. 5) & populo translato, in fortitudine manus suæ Nabuchodonosor se fecisse sit gloriatus ca. 6
Nabuchodonosor typū diaboli gessisse, & effectū qđē deo seruasse, uolūtate uero fatellitē diaboli fuisse. 7
Quod dñs quis uerberaret p̄p̄m, p̄missiois se nō fuerit oblit; sed, p̄phetas suscitauerit, & uirgā cōtinerit, Ca. 8
Quō & qđ ordine uerbū dei Nabuchodonosor percussit, & tandem uicerit ca. 9
Multis rationibus somnium Nabuchodonosor obseruabile fuisse, ca. 10
Quid somnium Nabuchodonosor significarit, ca. 11
Quare Nabuchodonosor, & non alius quispiā, hoc somnium uiderit ca. 12
Crudelitatē regis, beneuolentiam & attentionē Daniēli interpreti conciliaffe ca. 13
Nabuchodonosor regē uerbum dei ex ore Daniēlis ferre nō potuisse, qđ caderet in faciē ca. 14
Nabuchodonosor adhuc tam sup̄bum fuisse, ut statutam suam adorari iuberet ca. 15
Quare scriptura, calicem aureum Babylonicæ meretrici tribuerit ca. 16
Quas ob causas regnū Babylonicū pauz, & regnū Persarū atq; Mædorū signatū sit p̄ argentiū ca. 17
Quam ob causam regnum Græcorum p̄ æs significatum fuerit ca. 18
Quare regnū Romanorū p̄ tibias ferreas, pedes partim ferros, partim fictiles significatū fuerit, ca. 19
Quid mixtura ferri & testæ significet ca. 20
Quare exclamauerit Nabuchodonosor: Ecce ego uideo quatuor uiros solutos, & spēs quatuor filios filio dei, ca. 21
Quare appellatio filij dei, ab inimico & p̄secutore primum usurpari debuerit ca. 22
Confessione & laudē Nabuchodonosor, p̄pter sup̄biam, & tumidā uanitatē reprobatū fuisse ca. 23
Quod sicut tribus pueris in camino affuit filius dei, ita oibus affuturus sit, qđ se cōfiteantur ca. 24
Quare deus, non ut tres pueros, ita & tēplū defendere, ne conflagraret ca. 25
Tories uictū Nabuchodonosor, nunquam tñ fuisse ex animo humiliatum ca. 26
Nabuchodonosor tanq̄ bouē scēnū comedisse, 27
Quo sensu uerū fuerit, qđ Nabuchodonosor dixit: Nonne hæc est Babylon, quā ædificauī ca. 28
Nabuchodonosor non mentē tantū, uerū & formā amisisse, cū scēnum ut bos comederet, ca. 29

CAPITA LIBRI VII.

Althasar regē iā tū cū manushoīs in pariete scribens appareret, à uerbo dei uictū fuisse Cap. 1
Daniēlē non p̄turbatū, sed cōfidenter aspexisse legisse, & interpretatum fuisse, ca. 2
Quid sibi uelit primū uerbū, Manc. i. nūerauit, ca. 3
Quid uelit secūdū uerbū, Tetel. i. app̄sum ca. 4
Quid uelit tertiu uerbū, Pares. i. diuisum, ca. 5
Quod scriptū & dictū tūc est cōtra unū regnū Babylonis, de oibus regnis mūdi debere intelligi ca. 6
Quid significet Mane, cōtra p̄cipē h; mūdi, ca. 7
Quid significet Tetel, cōtra eūdē p̄cipē mūdi, ca. 8

I N D E X

Quid significet Pares contra eundem, & qd Persae & Mædi, quibus diuisum regnū eius datū sit Cap.9
Hanc manū apparentē, signasse manū dei, de q̄ Dauid; Firmet manus tua, & exaltet dextera tua. Ca.10
De quatuor bestijs, quas Daniel uiderat, & quare de us antiquus dierum appelletur, Cap.11.
Quatuor regna, non ex deo regnasse, Ca.12
Summā reꝝ oim, & regnū ad deū pertinere, sed q̄tuor bestias quātū quæq; potuit, ad se rapuisse. Cap.13
Soli uerbi dei uerꝝ eē iperū, hūana oia simulata.14
Regnum Mædorum & Persarum, quartum caput draconis fuisse, Cap.15
Satrapas Mædorum & Persarum Danieli foueam in quam ipsi incidere, fodisse Ca.16
De oratione Danielis contra Hierusalē, propter quā accusatus, & cū rex liberare non posset, in lacū leonum proiectus fuit Cap.17
Danielem in martyrio uerbi dei, tribus pueris non fuisse inferiorem, Cap.18
Cōpleto captiuitatis annoꝝ nūero, nō pphetas tm̄, uerꝝ etiā angelos sup reā dificationē Hierusalē lätatos fuisse Ca.19
Danieli nō solū reā dificationē tēpli, uerꝝ etiā omniū regnoꝝ futuros euentus, reuelata fuisse Ca.20
Domū dei, quā Cyrus ædificadā decreuerat, a Dario uincētē ita uerbo dei, tandē ædificatā fuisse. Cap.21
Tempus, quod ab exitu sermonis, usq; ad completio nem operis intercesserit, non modo corā deo breue uerum etiam hominibus utile fuisse Cap.22
Vnde Cyro homini gētili tāta circa deū coeli, & circa captiuū eius populū bñuolētia puenit. Cap.23
Cyrum ita regem factum, ut diuinā circa se prouidē tiam agnoscere potuerit Cap.24
An libertas captiuis a Cyro donata Iudæis, eidem ad æternā salutē assequendā prouenire potuerit. Ca.25
Quæ uera confessio sit, & quid eidem Cyro de uera confessione defuerit Cap.26
Maiorē laudādo dei occasione esse, nō modo in tem pli Hierosolymitani, uerꝝ etiā totius generis huma ni reparatione, q̄ conseruatione Cap.27
Quomodo id quod de Cyro dictū est: Assimilauit e & non cognouisti me, intelligendū sit Ca.28
Titulū psalmi. 64. ad huius captiuitatis solutionem pertinere Cap.29
Iuxta prophetiā Aggæi, nouissimi tēpli maiorē glo riā q̄ primi, propter uerbū incarnatū fuisse. Cap.30
Esdrā, Nehemiā, Iosedech, & Zorobabel, tēpore so lutæ captiuitatis illustres fuisse Cap.31
Esdrā propter renouatam nouis characteribus legē præcipuum fuisse Cap.32

CAPITA LIBRI VIII.

Omniū Mardochei nō fuisse unum Cap.1.
Mardocheū & Aman per duos dracones, sed di uersis rationibus signatos fuisse Cap.2
Sicut Aman Mardocheo cruce parauerat, & in ea suspēsus fuerit, ita principē huiꝝ mūdi diabolu Chri sto cruce parasse, & in eactū fuisse Cap.3
Paruū fontē, q̄ in magna creuerit flumina, Hester re gis prouidētia factū, ut Mar docheus in captiuitate maneret, cū q̄ uellēt, libertatē in patriā redeūdi recepissent Cap.4

CAPITVM

Amā exaltatū, & adorari iustum, etiā regnū abijisse, & Mardocheo ppi seruatū regē, inimicū factū fuisse. 6
Amā Mardocheo inimicū, cū uideret sibi nō flectere genu, totiꝝ gētis Iudaicę extirpādę cōsiliū coepisse. 7
Quā ob causam, Mardocheus Amā nō adorauerit. 8
Quā ob causam aliq̄t hoies citra rep̄hensionē adorari Quare tā difficilis ad regē aditus (potuerit. Ca.9 fuerit, ut qui nō uocatus adiret, occideret Cap.10
Aman stulte tēpus pditiōis Iudæoꝝ p sortes q̄fuisse cū an perdendi essent, nondū cognouisset Cap.11
Aman p sortes deceptū, spaciū dedisse Iudæis, ad im petrandum a deo auxilium Ca.12
Semp fuisse, qui diuinæ pmissionis de Christo me mores, eam impleri desiderauerint Ca.13
Hester q̄tuor ill' celeberrimis uirtutibꝝ pditā fuisse.14
Quo uirtus tēperatiōis in Hester reluxerit Cap.15
Quomodo iustitia in ea dephensa sit Ca.16
Et hoc iustitiæ fuisse, quod incircumciso ppter ne cessitatē coniungi sustinuerit Cap.17
Quo prudentia in eius cōsilijs spectata sit Ca.18
Qd̄ prudētē corā rege petitionē suā exposuerit. 19
Eius prudentiā uerius diuinā, puidētiā fuisse. Ca.20
Aman in cōuiuio quasi hamo captū fuisse Ca.21
Quanta fuerit in ea boni zeli fortitudo Ca.22
Quoties uerbū dei aliq̄t ex capitibꝝ draconis uicerit, psonæ, in q̄ uicerit, uictoriæ signa contulisse. Ca.23
Quid mysterij cōtineat, q̄ Aman in patibulo, quod Mardocheo parauerat, suspensus fuerit Ca.24
Quid mysterij cōtineat, q̄ domꝝ Aman data sit He somniū Mardochei, in q̄ par (ster reginæ. Ca.25 uū fontē, in fluuiū magnū, deinde in solē cōuerti uidet, in Hester regina completurn fuisse Ca.26
Captiuitatē populi, ppter uerbū dei, multo q̄ gētiū impiosam libertatem, gloriosiore fuisse Ca.27
Supato p uerbū dei, Persarꝝ & Medoꝝ regno, Macedo nū, qd̄ i Daniele p hircū capꝝ significat successisse Ca.28
Quas ob causas regnū Macedonū in priore (Ca.29 uisiōe p pardū, i posteriore p hircū fuerit signatū.29
Quas ob causas regnū Persarꝝ & Medoꝝ, i priore uisiōe p pardū, i posteriore p arietē fuerit significatū. Ca.30
Quare hircꝝ vnū tm̄, aries at̄ duo cornua hīe uisus sit. 31
Magnā uictoriā uerbi dei partē in hoc esse, quod si cut regna mutāda pdixerit, ita & mutauerit. Ca.32

CAPITA LIBRI IX.

Præfatio ad Chunonē, q̄ cōquerit se frigidū atque negligētē, orationibusq; iuari postulat. Ca.1
Responsio iucunda Chunoni facta, qui rogat ut pfationē secundi libri Machabæoꝝ explicatam huic operi infereret Ca.2
Quintū caput draconis fuisse regnū Græcoꝝ Ca.3
Principes Persarꝝ & Græcoꝝ malos angelos debere intelligi, resistētēs principibꝝ bonis. i. angelis Ca.4
Principē populi dei Michaelē esse, bonos principes omnes inter se consentire, malos uero neq; cum bo nis neq; inter se conuenire Ca.5
Quale plū sit inter bonos & malos principes Ca.6
Quo princeps Persarꝝ restiterit. xxi. diebus Ca.7
Quo nobis oratibꝝ, mali spūs plient cū bonis Ca.8
Quo sit intelligēdū qd̄ dictū ē. Ecce Michael unus de principibus p̄mis uenit in adiutoriu meū, & ego re manū ibi iuxta regem Persarꝝ Ca.9

I N D E X

Quomodo sit intelligendū, qd̄ ait: Cū em egrederer apparuit princeps Græcoꝝ ueniens ca.10
Quo regnū Græcoꝝ originē ceperit ca.11
Regē Alexandrū se Hammonis filiū uideri uoluisse, idq; p hircum capraz, qui terram non tangebatur, Da nieli significatum fuisse, ca.12
Quo Alexander Hierosolymā uenerit, & principē sacerdotū uestibus sacris indutū ueneratus sit ca.13
Quomodo illud cornu fractū sit, id est, quo Alexan der magnus uita decefferit ca.14
Fractio cornu, alia q̄tuor succreuisse, ideoq; draconē cū septē tm̄ capita habeat, decē tm̄ diademata gestare ca.15
Antiochū p cornu paruulū, qd̄ de uno ex quatuor exierit, significatū fuisse, ca.16
Onyæ primū sanguinē quintū hoc draconis caput maduisse, & rufum factum fuisse, ca.17
Quibus peccatis populus meruerit, ut deus p Antio chum eos affligeret cap.18
Quibus successibus populi flagitia aucta fuerit. ca.19
Quid sit quod dīs p Zachariā dixit: Quia ego iratus sui parꝝ, ipi uero addiderunt in malum, ca.20
Qid sit deum irasci parum, ca.21
Quid Antiochus addiderit in malum, ca.22
Quæ Antiochus Hierosolymis fecerit, ad paruū dei Quod Iudæos ad ritū gentilē (irā pertinere, ca.23 coegerit, additamentū fuisse in malum cap.24
Diabolū ppter eiusmodi additamentā, dictū eē Leui De ira dei magna q̄ sit ca.26 (uiathan. ca.25
Paruū dei irā placari posse, magnā nō posse ca.27
Mulierē i utero hntē denuo pturisse & clamasse. 28
Septem fratres Machabæos, & matrē eoꝝ, p̄cipue cum paterentur, clamasse, ca.29
Quod carne porcina uesci noluerint, passionis eorū causam fuisse, & quod munda oia munda, & ca.30
Qua ratione deus in ueteri lege, inter munda & im munda discreuerit, ca.31
Septē frēs Machabæos p̄cipue uenerabiles esse, q̄ re surrectionē mortuoꝝ apte confessi sunt, ca.32

CAPITA LIBRI X.

Sanctos per fidem uicisse regna Cap.1.
Sanctos egentes, angustiātos, afflictos, in solitu dinibus errasse, in montibus ca.2
Quata fuerit lætitia tēpli emūdati & renouati ca.3
Quā sedulo flagitauerit Chuno, ut procemiu. 2. Ma cha, interpretaret, idq; se iam factū ca.4
Onyam cū multis Iudæis Aegyptū pfectum fuisse, ibiq; templum ædificasse ca.5
Quoties & quibus tēporibus Iudæi Hierosolymis scri pserint fratribus in Aegypto, cap.6
Materiā, intentionem, & utilitatē plogi. 2. Macha bæorum se psequutur, ca.7
Quæ fuerit materia, siue argumētū eius plogi ca.8
Quæ fuerit intentio eiusdem plogi ca.9
Solu tēplum Hierosolymitanū legitimū fuisse, pro pter pmissiones dei illic implendas, ca.10
Qua rōne salutatiōis loco scriptū sit: Adapiat cor ue Quæ nā fuerit illa tribulatio strū in lege sua, ca.11
Quare Iudæā terrā sanctā appellauerunt ca.12
Quo intelligēdū sit, Frequētate dies schænopegia mensis Casleu, ca.14

CAPITVM

Quod semel & itez eisdē de causis scripserint, & q̄ admonitio secunda austerior q̄ prima sit ca.15
Eadē rōne sanctā ciuitatē q̄ terrā factā eē appellatā.16
Eadē rōne, ignē de celo datū, cōmemorari ca.17
Qualis ille ignis fuerit ca.18
Eadē ratione miraculum ignis & Nehemiæ oratio nem commemorari ca.19
Eadē rōne tabnaculi & arcę cōmemorationē, atque excusationem factam, ca.20
Quo, q̄ de tabnaculo & arca dicta sunt itelligi debeāt ca.21
Qualicūq; sensu Hieremias illa scripserit, lu dæos suo pposito adaptasse, ca.22
Eadē rōne, q̄ supiora, ofonē Moyfi, & ignē de celo Quam multi hostes uerbi dei ueloci ter sicut umbra transierint, (datū. ca.23 ca.24
Quare deꝝ p̄plo suo cetera regna subijcere noluerit. 25
Machabæos societate cū Romanis inire nō debuisse, & quare tā cito morte sublati fuerint, ca.26

CAPITA LIBRI XI.

Verbum dñi p Esaiā: Si non ut putauit, ita erit: q̄ modo sit intelligendum Cap.1.
Quo deus aliquid putare p̄prie dicat ca.2
Inter oia q̄ deus putauit, p̄cipuū fuisse, si iū quē dra co deorare uolebat, ad se & thronū suū rapiēdū. 3
Inuocat sapientiā. Interim quid sit: Noli regibus da re uinū, sed his qui amaro sunt corde ca.4
Sextū caput draconis cui sile fuerit, dici nō posse. ca.5
Quod Hebræi putant de sexto capite dictū: Exter minauit eam aper de sylua & c. ineptū esse ca.6
Quo bestia quarta de mari ascenderit, & sextū caput draconis in ordine constituerit ca.7
Herodē patre Idumæo, matre uero Arabica natū, a senatu Romano, regē Iudææ decretū fuisse, ca.8
Discordias inter senatum, & populum Iudaicū, He rodi regnum peperisse, ca.9
Neq; sceptrum neq; ducem de Iuda auferēdum, do nec ueniret Christus, ca.10
Præter Zachariam, Elizabeth, Simeonem, & Annā pphetissam, multos fuisse, qui aduentum Christi ex pectarint ca.11.
Neq; demonstrando, neq; narrando, Christum p dignitate indicari posse ca.12
Quod p Esaiam dictum est: Egredietur uirga de ra dice Iesse: quomodo sit intelligēdum, ca.13
Tūc excelsa libani cecidisse, cū Herodes alienigena regnaret, tēplūq; subuersum de nouo ædificaret. 14
Herodē renouando templum, se Dauidi & Salomo ni impudenter comparari uoluisse, ca.15
Quod populus super illius hois ope nequaquā læta ri, neq; tanto peccatori debuisset adulari ca.16
Quare deus Herodē in regiā & sacerdotalē stirpem ita seuire pmiserit, ut ne quidē filijs parceret ca.17
Virgā, uirginē Mariā, Christū uero florē eē, & cur de radice Iesse, nō de radice Dauid dictum sit. cap.18
Quid sacramenti fuerit in rebus gestis radice Iesse, hoc est, Dauidis, quod ad Christū pertineret ca.19
Laudabile dei consiliū esse, quod in humilitate dia bolū atq; Herodē fefellerit, & ars artem luserit. ca.20
Quam utile nobis fuerit Christum e paupere uirgi ne matre nasci, ca.21.

- ¶ Laudat incarnationē uerbi, ex psalmo Davidis, Eructauit cor meū uerbum bonum Cap. 22
- ¶ Quomodo uerbum Davidis intelligendum sit, Lingua mea calamus scribæ, Cap. 23
- ¶ Quomodo intelligendū, Eructauit cor meū uerbum bonū, dico ego opera mea regi Cap. 24
- ¶ Quare deus incarnari, & nō potius per angelū genus humanum saluare uoluerit Cap. 25
- ¶ Christū, saluam matris uirginitate, natū esse Cap. 26
- ¶ Quid sit, Speciosus forma præ filijs hominum, & gladius super foemur accinctus Cap. 27
- ¶ Sicut septiformis spūs sup florē requieuerit, ita septē pluci laude psalmus hic regē Christū canit. Cap. 28
- ¶ Quare non dictum sit, manebit, sed requiescet super eum spiritus domini, Cap. 29
- ¶ Præter Christum neminem fuisse, super quē requieuisse spiritus domini dici possit Cap. 30
- ¶ Sicut uirga Aaron, ita & uirga Iesse, superbi certaminis finem fecit Cap. 31

CAPITA LIBRI XII.

- B**eatam uirginem Mariā mulieris in utero habentis, parturientis, & ut pariat clamantis non miniam partem fuisse Cap. 1.
- ¶ Draconē etiā Mariæ filiū deuorare uoluisse. Cap. 2
- ¶ Quare diabolus Chrm Herodi p̄dere nō potuerit. 3.
- ¶ Christus a diabolo, non ut cognosceretur, sed ut corrumperetur, tentatum fuisse Cap. 4
- ¶ Qua de causa Chrūs non solū dæmonijs, uerū etiam Apostolis ne se proderent, prohibuerit Cap. 5
- ¶ Quare Iudæi, an ipse Chrūs eēt quesierint, & q̄re ipse ante passionē semper obscure responderit. Cap. 6
- ¶ Christū, ubi tēpus affuit, nō solū non prohibuisse, uerū etiam se regē prædicari uoluisse, Cap. 7
- ¶ Christum a fello insidentem, regnoꝝ huius mundi contemptum præ se tulisse Cap. 8
- ¶ Christi regnū nō de hoc mundo esse, satis probatum esse, copiosius tamen probari potuisse, Cap. 9
- ¶ Diabolū insidiando uitæ Christi deceptum, dei consiliū non impediuisse, sed promouisse, Cap. 10
- ¶ Per mortē Christi sacramenta baptismatis, eucharistiæ, & spiritus sancti dona, nos cōsequutos eē. Ca. 11.
- ¶ In quem usum sacramentum eucharistiæ nobis relatum sit, Cap. 12
- ¶ Spiritū sanctū primū in remissionē peccatoꝝ, deinde in diuisiones gratiæ, sup nos effundi Cap. 13
- ¶ Hæc sacramenta neq; diabolus, neq; impios homines cognouisse Ca. 14
- ¶ Draconē septies per impios hoīes cōtra Christū resurrexisse, & septimo cōprehensum fuisse Cap. 15
- ¶ Quare dictum sit, Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, Cap. 16
- ¶ In Christo duas uolūtates, diuinā atq; hūanā fuisse, quæ altera mortē uoluerit, altera expauerit. Ca. 17
- ¶ Quare dictum sit, apud ipsum est sapientia & fortitudo, Cap. 18
- ¶ Quare Chrs gladiū in uaginā recōdi iusserit, Cap. 19
- ¶ Quid dictū sit, Egredimini & uidete filiæ Sion, regē Salomonē in diademate, quo coronauit eū m̄ sua in die desponsatōis illi, & in die lētitia cordis ei. Ca. 20
- ¶ Quid sanguineus sudor portenderit Cap. 21

- ¶ Quare dictū sit, Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, Cap. 22
- ¶ Quare dictum sit, Catulus leonis Iuda ad prædam filii mi ascendisti Cap. 23
- ¶ Quid dictū sit, Requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna: & quā necessarium fuerit, ut mortuus nō careret sepultura Cap. 24
- ¶ Quare dictum sit, Maledictus a deo, qui pendet in ligno, Cap. 25
- ¶ Quid dictū sit, Mulier cū parit, tristitiā habet: & qd̄ Christus in sepulchro sabbatizauerit, Cap. 26
- ¶ Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, de Christi resurrectione dictū esse Cap. 27
- ¶ Vir obediēs loq̄ uictorias, de Chro dictū eē. Ca. 28
- ¶ Quinq; uulnera Christi esse signacula iustitiæ. Ca. 29

CAPITA LIBRI XIII.

- Q**uomodo raptus sit filius mulieris ad deū & thronum eius Cap. 1.
- ¶ Quid sit, raptū esse ad deū & ad thronū eius, & qd̄ sit illud: Paulus apostolus, nō ab hoibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū Cap. 2
- ¶ Rapto illo ad deū & ad thronū eius, nōdū penitē impletā esse promissionē: In semine tuo benedicentur omnes gentes, Cap. 3
- ¶ Quomodo mulier in solitudinem fugerit Cap. 4
- ¶ Quomodo Michael & angeli eius pugnauerunt cōtra draconem Cap. 5
- ¶ Quomodo draco proiectus in terram, miserit aqua de ore suo, Cap. 6
- ¶ Quō aqua eiusmodi primū occulte irrepēs, deinde per incrementa uires capiens, per quatuor partes orbis sese extendierit Cap. 7
- ¶ Quō adiuuit terra mulierē & absorberit flumē, 8
- ¶ Septimum caput draconis plaga gladij occisum in mortem Cap. 9
- ¶ Quomodo plaga mortis eius sanata sit Cap. 10
- ¶ Caput illud esse Antichristū, cui draco dederit uires suas & potestatem magnam Cap. 11.
- ¶ Quid sit illud apostoli, Et nūc qd̄ detineat scitis, ut reueletur suo tempore. Et de sacramento mulieris beatiæ insidentis, Cap. 12
- ¶ Quare apostolus tam obscure dixerit: Tantum qui tenet, teneat, donec e medio fiat, Cap. 13
- ¶ Quātā irā draco excitaturus sit p̄ Antichristū & qd̄ dñs Iesus interfectur⁹ sit ip̄m spū oris sui, Cap. 14
- ¶ Interfecto Antichristo, consummatā esse uictoriam uerbi dei Cap. 15
- ¶ Quid sit quod ad beatum Iob dictum est: Ecce spes eius frustrabitur eum, Cap. 16
- ¶ Quid sit spiritu oris domini aliquid fieri Cap. 17
- ¶ Quā facile omnia possit uerbum dei, exemplis probat Cap. 18
- ¶ Quanta facilitate finistros cum diabolo, & angelis eius præcipitatus sit Cap. 19
- ¶ Quid sit quod dictum est apud Esaiam: Et erit lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis septemplex, sicut lux septem dierum, Cap. 20

CAPITVM LIBRORVM DE Victoria Verbi Dei Finis,

PRÆFATIO TOTI

VS OPERIS, DOCENS, QVA OCCASIONE

hosce de Victoria Verbi Dei libros susceperit scribendos.



UPER, CVM TV HOSPEIS OPTABILIS CHV,

no pater cœnobij Sigebergenſis, noſtrū præſentia tua ſerenares habitaculū, nos more ſolito ſemoti à cæteris, conferebamus aliqua de ſanctarū maieſtate ſcripturarū. Erat aut̄ nobis tunc ſermo præcipuus de quatuor illis grandibus beſtijs, & uifione Danielis: quæ prima quaſi leæna, ipſa fuit regnū Babylo-
 nioꝝ: alia ſimilis urſo, ipſa fuit regnum Perſarū & Mædoꝝ: alia quaſi pardus, ipſa fuit regnum Græcorum: quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cōminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans, ipſa fuit regnum Romanorū, quorū uidelicet regnoꝝ ſingula ſuis temporibus ſuper cætera gentium regna principatū tenuerunt. Regna hæc idcirco per beſtias ferociſſimas, & ſanguinis auidas recte figurata fuiſſe dicebamus, quia plena credulitatis fuerunt, & ſanguine mundū beſtialiter debacchando impleta, ſanctos quoq; dei altiffimi contriuerunt. At uero regnū dei, regnum eſſe pacis, regnū charitatis & germanitatis, imperiū pietatis, & dominatio ueritatis & iuſtitiæ & manſuetudinis. Et idcirco debuiffe ſecundū rem uel rei diſſimilitudinem diſſimilem quoq; habere imaginem. Et ueraciter ita eſt, ſequitur em̄: Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dieꝝ ſedit. Item, Aſpiciebā ergo in uiſu noctis, & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis ueniebat, & uſq; ad antiquū dieꝝ peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem & regnū, & omnes populi & tribus & lingue ſeruiunt ei. Quid rogo diſſimilius q̄ eiufmodi beſtiæ aſcendentes de mari, & filius hominis ueniens in nubibus cœli, & perueniens uſq; ad antiquum dierum candidū, & capillis mundiffimis præ antiquitate nitentem, ſedentem throni poſitis, & iudicantem de beſtijs illis, q̄ regnare ſeſtinauerunt inconſulta ſapientia ſuæ ſenectutis? Cum igitur de regnis illis, & de ſanctis altiffimi, quos illa regna beſtialiter contriuerunt, loqueremur, tu repente queſtionē feciſti de Machabæis, qui pardi, quæ tertia beſtia fuit, id eſt regni Græcoꝝ, ſeuitiā cruentā, multis prælijs & materialibus armis repperuſſerunt, & exinde in eccleſia dei memoriam indytam ſibi acquiſierunt, dixiſti: Scire uellem certius, quæ cauſa ſit, ut eorum bellicam deſenſionem non minus q̄ indefenſam ſanctoꝝ martyrum patientiam in ſancta eccleſia legendo & cantando celebremus. Reſpondi ad hæc: Certamen illoꝝ & uirtus militaris, cum auxiliodei multum nobis & omni ſeculo profuit. Agebat enim diabolus per Antiochum, qui appellatus eſt Epiphaneſ, id eſt nobilis, ut nulla eēt memoria ſiue expectatio, uel fides, eius repromiſſionis quæ ad Abraham facta eſt, dicente deo: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quid em̄ egit ille Antiochus? Aedificauit abominandū idolum deſolationis ſuper altare dei, & per uniuerſas ciuitates Iudææ in circuitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domoꝝ & in plateis incēdebant thura, & ſacrificabant, & libros legis dei cōbuſſerunt igni, ſcindentes eos, & apud quemcunq; inueniebantur libri teſtamenti domini, & quicunq; obſer- uabant legem domini, ſecundū edictum regis trucidabant eum. Nimirum hoc agendo fiebat, ut arbor bona ſuccideretur, & radicitus extirparetur, ne bonus ex ea proueniret fructus id eſt, ut genus Iudaicū deſtrueretur, ne in ſemine Abraham, qd̄ eſt Chriſtus, oēs gētes benedicerētur, fieretq; irritū qd̄ propoſuerat & promiſerat deus. Deſenſa eſt radix, ut talis & tantus inde poſſet fructus fieri, atq; impleteretur ueritas dei. Et idcirco Machabæi, per quos id effectum eſt, iure nomen celebre poſſident in eccleſia dei. Similiter de Heſter atq; Mardo- chæo ſentiendum eſt: quia cum diceretur urſo illi: Surge, comede carnes plurimas: id eſt, cū Perſarum atq; Mædoꝝ regi Aſſuerus dixiſſet Aman: Decerne ut pereat gens Iudæoꝝ, & decem milia talenta appendam arcarijs gazæ tuæ: ſteterunt pro animabus ſuis & pro gente ſua, ita ut uerſa uice in patibulo appēderetur Aman quod Mardocheo parauerat, & decē filij eius cruci affigerentur, & per omnes prouincias una die uſtionis conſtituta, uindictam caperent Iudæi de hoſtibus ſuis. Cum hæc & his ſimilia reſpondiſſem de illis & de cæteris antiquis

Danielis. 7

Regnū dei.

Danielis. 7

Bene. 22

1. Zach. 4.

Salat. 3.

Heſter. 3

antiquis sanctis, per quorū labores & bella necessaria, fortiter euicit Verbum Dei, ne periret genus illud, de quo carnem assumere proposuerat, ad salutem generis humani. Tu uehementer delectatus ratione huiusmodi, repente in istam uocem erupisti. Scribe mihi librum de uictoria Verbi Dei. Hoc idē repetens crebro institisti, & nunc usq; uehementer instare nō desinis, putans q; hinc, scilicet ē terra sensus mei, thesaurū boni operis effodere possis secundū dignitatē tituli, quē prāfixisti, ut uocetur liber de uictoria Verbi Dei. Vere res magna est, & ad eloquendū difficilis, imō & impossibile est eam dignis uerbis cōsequi, quia uictoria magna est, & magnus deus qui uicit. Verbū quippe deus est, magnus inquā & fortis est qui uicit, & magnus hostis qui uictus est, magnū certamen, & magnæ causæ certaminis. Sed & hoc inferam, quia magna est dilectio tua, quæ ad istud me cōpellit, & magnus debet esse feruor sancti studij, ad placendum Verbo Dei, per quod sumus facti & liberati, sine cuius gratia nemo uiuit. Assit igitur ipsum Verbū, ipsa sapientia, quæ aperuit os muti, & linguas infantium fecit disertas, suāq; os meū laude repleat, ut cantem gloriam & magnitudinem eius, ita ut & tibi suggestisse, & mihi obtemperasse, & alicui legisse proficiat. Iam nunc opus hoc ingrediens, dignū arbitror ab ipso uocabulo exordiri, id est, in primis dicere summam causā, cur uocetur uel quid sit Victoria Verbi Dei, &c.

Gratia dei sumus, id quod sumus.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI
LIBER PRIMVS.

¶ Quid sit Victoria Verbi Dei, quare, & propter quem aduersarium, nempe diabolum, hoc opus ita inscripserit. Caput primum

Roma. 8



VICTORIAM VERBI DEI, EFFECTVM ET opus perfectū dicimus propositi dei, ad laudē ipsius omnipotētis & inuicti, quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia potuit uel poterit auertere, quin fieret & fiat quod ipse proposuit & decreuit fieri.

Apoca. 12

Quam uere laudabilis & magna sit eiusmodi uictoria Verbi Dei, magis ac magis nos admirari faciet, consideratus diligentius, ille hostis, qualis uel quantus sit, qui propositū eius auertere uoluit, & adhuc contendit, cū ceciderit, & totiens uictus sit. Qualis em̄ uel quantus ille est, draco magnus & rufus, habens capita septem, & cornua decem. Draco, inquam, magnus, serpens antiquus, uocatusq; diabolus & Satan, orbis uniuersi seductor. Ille est aduersarius Verbi Dei, & cū talis ac tantus sit, pugnando & repugnando rebellis, nō potuit tamen, nec potest auertere propositū dei: Hæc est Victoria Verbi Dei. Quia secundū Apostolū, Deus, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis eiusdem Verbi, eiusdem filij sui, eosdem & uocauit, iustificauit, magnificauit per ipsum uerbū suū carnē factum, per ipsum filiū suū deū & hominē Iesum Christū, cuius est uictoria tanta, tā nobilis ut uicto & cōfuso dracone iam dicto, sedeat nūc à dextris dei. In processu sermonis dicendū erit de illo tali aduersario, cur uel unde dicatur & sit draco, unde magnus, unde rufus, quæ sint eius capita septē, & quæ cornua decē, unde uel ex quo acceperit ut serpens mereret uocari, unde diabolus, & quamobrem Satan uocetur, id est, aduersarius. Nunc uero illud dicere præstat, quid sit ipsum Verbum Dei, ut uidelicet principium uel caput sermonis ornatum, ut dignū est, habeat sanctæ confessionis & adorationis.

Roma. 8

¶ Quod Verbum Dei sit filius dei, & quod præmium cognitionis eius sit projectio dei propter quam & gratias agimus. Cap. II.

Uerbum dei. Johana. 1.

Verbi huius Euangelista testis est amatissimus, cū dixisset: In principio erat uerbū & uerbū erat apud deū: cōtinuo subiunxit: Et deus erat uerbū. Secundū huius Euangelij tutissimā fidē, Verbū dei deū esse credimus & confitemur deo, apud quem

quem erat in principio, consubstantialē. Credentes autē & cōfidentes adoramus cū patre & spū sancto hunc deū gratias agentes, quia meruimus nosse eum, quia uidelicet cognitio eius magnū habet præmiū. Scriptū est em̄ de uiro iusto qui per fidē cognouit eū. Protegā eum, quoniā cognouit nomen meū. Nimirū quia cognitio nominis eius magno præmio digna est: ut uidelicet cognitor eius ab ipso protegatur. Loquitur sapientia in parabolis desiderans ut diligēter cognoscatur: Quis suscitauit oesterminos terræ? Cūq; tu sine dubio responderis, Deus: statim percunctatur & dicit: Quod nomen est eius, & quod nomē filij eius, si nō sit? Sic percunctate sapientia profecto tūc tēporis in plerisq; responsio deficiebat: imō præter paucissimos diuinū atq; propheticū habentes spiritū, fere nullus respondere nouerat, q; eiusdem dei nomen esset pater, & q; filius eius uerbū siue sermo uocaretur. Ipsa ergo sapientia, quæ percunctata fuerat sapienter & discrete, multūq; temperanter suæ percunctationi respondet, ita ut margaritas ante porcos nō proiciat. Sequitur em̄: Omnis sermo dei ignitus clypeus est sperantibus in se. Idē nanq; est, ac si dicat: Nomen filij eius sermo dei est, & q; nō uita ac diligit hoc nomen, sic eo quasi ignito protegatur clypeo. Bene ergo cōfortans cognitionem suā: Protegam, inquit eū, quoniā cognouit nomen meū. Cū igitur cognitionis eius tam magnū sit præmiū, gratias (ut iam dictū est) agimus ipsi, quia cognouimus & confiteri meruimus hoc uerbū, magisq; ac magis cognoscere cupimus ipsum, q; dum sumus in hoc corpore peregrini, uisionem diuinitatis cognoscere nō possumus ad perfectū: Sed sicut ait Apostolus: Nunc cognosco ex parte, tunc autē cognoscam sicut & cognitus sum.

Psal. 90. Prouer. 30

Matth. 17

Prouer. 30

Psal. 90.

1. Cor. 13

¶ Verbum dei magnifice quidem per opera, magnificentius uero per seipsum cognoscitur. Cap. III.

Quomodo autē nunc ex parte cognoscitur, non tantū uno modo cognoscitur, sed modis duobus. Cognoscitur enim ex operibus, & cognoscitur ex semetipso. Et magnifice quidē ex operibus, sed longe magnificentius cognoscitur ex semetipso. Quibus ex operibus cognoscitur: utiq; ex oibus quæ facta sunt, q; uidelicet oia per ipsum facta sunt. Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubim, & Seraphim, coelū, terra, mare, & quæcunq; in eis sunt, oia per hoc uerbū facta sunt. Ipse em̄, scilicet deus pater, dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt. Si dixit & facta sunt, utiq; per uerbū facta sunt. Ex omnibus his cognoscitur hoc uerbū, si cut cuiuscunq; artificis ex opere suo cognoscitur ingeniū. Inde Apostolus: Inuisibilia em̄ ipsi us, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Inter ipsa quæ facta sunt per quæ cognoscitur, quoniā per ipsum facta sunt, non parū admirationis facit ipse eiusdem uerbi aduersarius, q; ille quoq; per eū factus est talis ac tantus, qualis uel quantus ex multis scripturarū locis intelligi potest. Et ex illis maxime uerbis ad beatū Iob, quibus describitur mirabiliter dicente ipso, Qui sicut cætera, sic & illū fecit per uerbū suū: Ecce Behemoth quē fecitecū &c. usq; ad illud, Non est super terrā potestas quæ comparetur ei qui factus est, ut nullū timeret. Inter cætera, inquā, per quæ hoc uerbū cognosci debet, & illa mirabilis creatura & super ipsam celebrata eiusdem uerbi uictoria, magnificum dant omnipotentiae uel fortitudinis eius experimentum, quam uidelicet uictoriam pro posse narraturi, primum ipsas demonstrare nitimur personas uictoris atq; uicti. Porro ex semetipso magnificentius, ut iā dictum est. Verbum ipsum cognoscitur, quando gratia præcellenti dilectam cuiuslibet animæ uisitat fortiter, atq; suauiter afficit. propriæ substantiæ contactu. Hæc talis cognitio siue experimentum ualde paucorū est. Deniq; præter Apostolos & prophetas atq; apostolicos uiros, quorum uita summis uirtutibus claruit, non facile quis existimare potest beatitudinis huius sortem consecutos esse, ut anima eius adhuc degens in carne, saltem ad momentū aliquoties uim sensumq; percipiat illius substantiæ fortissimæ, & q; sensit q; tactus est illa fortitudine spūs hominis, tacet de re huiusmodi, suumq; thesaurum silentio reuenter abscondit, quia ineffabile est quod sentit. Dicit quiuis illorum: Factum est uerbum domini ad me: sed non dicit, qualiter affecta fuit in illa hora mens siue anima ipsa, quæ meruit aduentū uerbi dñi ad se: Sed & frustra laboraret homo homini edicere.

Psal. 90. Prouer. 30

Matth. 17

Prouer. 30

Psal. 90.

1. Cor. 13

¶ Solos à deo doctos, digne uerba dei eloqui posse. Caput III.

Deo docti
Johan. 1.
Psal. 93

Job. 39

Fortes & sapi
entes facit ver
bum dei.

Verbum, ver
ba domini.

Hiere. 1.
Amos. 1.

Felix ille, qui taliter meruit bonū gustare uerbū, felix qui taliter meruit addiscere quā ueraciter dictū sit: Et deus erat uerbū. Scriptū est em̄: Beatus homo quem tu erudi eris domine, & de lege tua docueris eū. Illum erudiuit dominus, & eruditus est, do cuit eū, & doctus est. Doctus ad militiā, eruditus ad pugnā. Ille homo per similitu dinē equus est, ut dicitur ad beatū Iob: Equus nobilis, cuius dominus fortitudinē præbuit, cuius collo hinnitū circūdidit, cuius nariū gloria terror est, qui tanto sessorē confusus exultat audacter, & contemnit pauorē, neq; gladio cedit, im̄d in occursum pergit armatis, uidelicet cunctis capitibus draconis, cūctisq; membris eiusdē aduersarij uerbi dei. Fortis est em̄ deus qui tetigit illū, im̄d & ipsa fortitudo est uerbū dei, nec solū fortitudo, uerū & sapiētia est, unū idemq; uerbū. Inde & fortis & sapiens effectus est, quisquis talē eius meruit aduentum. For tis est, ita ut etiam contemnat mortem. Sapiens ita ut rectum & bene sonantem loquatur ser monem. Nec mirū, quō em̄ nesciret loqui, cui deus uerbū suū cōmunicauit, q̄ ipsam uerbi substantiam gustauit. Idcirco dignū est ut uerba eius uerba dei, & uerba dei uerba eius con sueuerunt dici. Verū tamen hoc unū singulare uerbum solius dei & non etiam cuiuslibet, dicitur, aut est uerbum hominis. Diligenter animaduertendum est, non nihil differre cū le gimus uel audimus in singulari numero, Verbū domini, & plurali numero, Verba domini. Verbū nanq; hoc singulare diuina substantia est, Substantia non facta, neq; creata. Et idcir co uerbum dicitur, & est solius dei. Verba autem quæ in scripturis sanctis legimus uel au dimus, à deo per hoc uerbū effecta, & per hominē administrata sunt, & idcirco aliter uerba dei, aliter recte dicuntur uerba cuiuslibet hominis. Vnde notandū scriptum quidem sic esse, Verba Hieremias filij Helchias, & uerba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecæ. Nusquā autem scriptum esse, Verbum Hieremias siue uerbum Amos, siue uerbum alicuius cetero rum, nisi ita duntaxat, Verbum domini quod factum est ad illum uel illum, Verbū qui pe deus est, & non est alicuius, nisi solius dei uerbum.

¶ Magnificentiam uictoriæ uerbi dei omni laude maiorem esse. Cap. V.

Nos qui tali modo uerbū hoc nosse, necdū meruimus, quo (ut iam dictū est) ex se metipso cognoscitur. Vtinā saltem illo priore modo, uidelicet quo cognoscitur ex operibus nosse mereamur. Ad hanc intentionē, ad hoc studiū, ut feruentior essem, tu me patrū amantissime sedula cōmonitione magis ac magis excitasti, sug gerendo ut hoc opus inirem, de uictoria uerbi dei. Hæc em̄ opes eius pars est, pars optima & præclarissima, cui uidelicet operi ad laudē & gratias actionē referendā, nulla omnino lin gua sufficiat. Ceteræ de operibus cæteris, de creatura mūdi, de mysterijs huius uerbi legalib; prophetis, atq; euangelicis, & de gratia spūs sancti iam dudū egi quod potui, par; nimisq; exiguū sentiens, quicquid potui secundū quantitātē uel dignitatē rerū, quas proposui: iuxta illud sapientis: Glorificantes dominū quantumcūq; potueritis, superualebit adhuc & admi rabilis magnificentia eius. Benedicentes dominū, exaltate illū quantum potestis, maior est em̄ omni laude. Exaltantes eū replemini uirtute, ne laboretis, nō enim peruenietis. Quis uidit eū & enarrauit, & quis magnificauit eū sicut est ab initio? Multa abscondita sunt maiora his. Pauca enim uidimus opes eius. Cū sic ille dicat, & ita sit. Quid de me ipso cēseam, siue in illa parte opes eius quā prædixi, in qua glorificare, benedicere & exaltare illū intēdi, siue in illa parte quā nunc tu mihi proposuisti, id est, in uictoria qua diabolū uicit, Multū inualidū & elinguem ad tantā rem me esse fateor. Sed quoniā propositio est de ipso uerbo, uerba mihi nascitura esse nō incongrue spero. Faciam igitur secundū iam dictā exhortationē sapientis, ut exaltem quidē in uictoria sua uerbū dei quantum potuero, & prout ipsum donauerit. Ver runtamen scio & cōfiteor, q̄ uictoria eius maior sit omni laude, neq; laborē, quia nō perue niam ut possim rem dictis exæquare, uel ipsum, sicut est, magnificare.

¶ Quibus nominibus, & quare hostis uerbi dei in scripturis nominetur, & quid sint septem capita draconis. Cap. VI.

Apoca. 12
Draco.
Serpēs.
Diabolus.
Satanas.

Iam nunc uerbi huius aduersarius agnoscendus est ex suis nominibus. Dicitur in Apo calypsi: Draco magnus, draco rufus, habens capita septē, Serpens antiquus, uocaturq; diabolus & Satanus. Vocabula hæc reciproca sunt. Neq; em̄ prius fuit causa illa pro pter quam dicitur draco, q̄ illa, cuius intuitu dicitur serpens antiquus, neq; prius accidit

em̄ uocaretur diabolus, q̄ fieret ipse Satanus, id est, aduersarius, im̄d prius extitit siue accidit, cur uocaretur Satanus, deinde cur diabolus, deinde cur serpens antiquus, deinde cur draco tot capitum, draco magnus, draco rufus. Deinde ex eo Satanus dicitur & est, ex quo aduer sari cœperit uerbo dei, & inter angelos seditionem fecit, turbator pacis, rebellisq; lumini, & deinde siue proinde acceperit sententiam, iuxta quam dicitur: Diabolus, id est, deorsum flu ens. Vnde dominus: Videbam, inquit, Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Post hæc egit cur merito uocetur serpens antiquus, uidelicet quando primum decepit hominem ser pentem ingressus. Deinde proficiens in peius egit cur uocetur draco, & non qualiscunq; sed draco magnus, draco rufus, habens capita septem, quando qui antiquitus seducere per fallaciam consueuerat uniuersum orbem, addidit cū fallacia uim quoq; qua reges & princips, ac superbos homines instigans ad persequendum & occidendum electos propter uer bum dei, quod primum cœpit agere statim ubi ad Abraham facta est repromissio beati se minis, quod est Christus, in quo omnes gentes benedicendæ sperabantur. Hoc fieri cœptū est per Pharaonem regem Aegypti, qui primum pueros Hebræorum masculos in aqua necari iussit. Regnum ergo Aegypti primum draconis huius caput fuit. Secundum caput draconis regnum Israel fuit, scissum propter peccatum Salomonis, quibus temporibus Ie zabel cum rege Achab & Atalia filia ipsorum, regesq; alij tam in Samaria q̄ in Hierusalem prophetas uerbi occiderunt. Tertium caput fuit regnum Babyloniorum, qui Hierusalem & templum, quod tunc erat unicum nominis domini, succenderunt, tresq; pueros in fornacem ignis, & Daniele miserunt in lacum leonum propter uerbum dei. Quartum caput fuit regnū Persarū atq; Mædoꝝ, qui uniuersum genus Iudæoꝝ, unde uerbum erat incar nandū, una die delere uoluerunt. Quintū caput regnum fuit Græcoꝝ, cuius uidelicet regni rex impudens Antiochus, uerbi siue legis dei memoriā omnē delere uolens, inter cætera sce lera crudelia, septē fratres cū matre ipsorū nimis atrociter interemit. Sextū caput regnū fuit Romanorū, sub quo hoc uerbū incarnatū in crucem ascendit per Pilatū, & per manus Ro manorū martyres eius innumerabiles occisi sunt. Septimum caput erit Antichristi regnū.

¶ Quare diabolus draco nominetur & quando inceperit primum exerere cor nu, & quod agnus. i. uerbum dei totidem habeat cornua. Cap. VII.

Igitur à tempore Pharaonis draco cœpit haberi, qui iam serpens erat, ex quo primum hominem per serpentem decepit. Quod si autoritas requiritur, apud Ezechielem di cit dñs: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio flumi num tuorū, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum &c. Nimirū dū in per sona Pharaonis diabolū arguens dicit ei, draco magne: satis constat q̄ à tēpore eiusdē Pha raonis illud agere cœpit, unde mereretur draco uocari. Nā eatenus nō persequeretur uio lenter, tantummodo seducens fraudulenter. E contra simul considerandū, quia tūc, etiā illud celebratū est, propter quod uerbū dei consueuit agnus appellari. Ille nanq; Pharao typus diaboli, draconis magni, multis plagis fatigatus, tandem uictus per immolationē agni dimisit populū dei. His animaduersis pulcherrimū est etiam illud reminisci, quia quot sunt illius draconis capita, totidem sunt huius agni cornua, sicut scriptū est in eodē Apocalypsis libro in q̄ legitur draco tot habere capita. Et uidi in medio throni, & quatuor animalū, & seniorū agnum stantē tanq̄ occisum, habentē cornua septem &c. Magna & mira sunt hæc scriptu rarum sanctarū sacramenta. De quibus in ordine dicendū erit, prout uerbum ipsum sua do nauerit gratia. Nunc altius recurrere libet, scilicet ad initiū duelli, quo primū Satanus ille cō surrexit aduersus uerbum dei, & uictus de cælo cecidit. Libet etiā in primis quærere, quan tum de sacris poterit scripturis conijci, quæ causa inimicitiarū fuerit, uel qualem hostis ille materiam habuerit superbiendi.

¶ Quod causa rebellionis fuerit superbia, & quæ fuerint causæ superbiendi. Cap. VIII.

Satanas, ueras aduersus dei uerbū causas inimicitiarū nullas habuit, sed falsas confin xit. Habuit autē materiam superbiendi, speciositatem scientiā, & magnitudinem pro priæ conditionis. Speciosus nanq; & pulcherrimus cōditus fuit, quod & ipse con ditor testatur, cū apud Ezechielem dicit: Ecce, Assur quasi cedrus in libano, pulcher

A 3 ramis,

Satanas.

Diabolus
Luca. 10

Serpens.

Draco.

Gene. 22

Exodi. 1.
Capita dra
conis.
3. Regū. 18

Danie. 3. 6
Ester. 3

1. Mach. 1.

2. Mach. 7

Ezech. 29

Draco.

Agnus.

Apoca. 5

Ezech. 31.

ramis, & frondibus nemorosus. Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, omne lignū paradisi dei nō assimilātū est illi & pulchritudini eius, quoniā speciosum feci eū. Hæc de pulchritudine eius. Porro scientiā eius multā, ibidē hoc modo significat. Aquæ nutriuerūt illū abysus exaltauit eū, flumina eius manabāt in circuitu radicū eius, & riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis. Manifestus quoq; in eodē propheta, dū sub noie principis Tyri denotatur, scientiāq; (per aquas intelligi solet) in eo fuisse pronūciat, idē deus simul cū pulchritudine, de qua dictū est: Plenus, inquit, sapientia, & perfectus decore in delitijs paradisi dei suū isti, tu Cherub extensus & protegens, Cherub quippe plenitudo sciētiae interpretat. Quod tertiu erat, i. magnitudo eius, per hoc satis exprimitur, quod illic dicitur extētus & proteges. Amplius aut per illud quod loco supra memorat, cū dixisset: Ecce Assur quasi cedrus in libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, addidit, excelsusq; altitudine. Et post pauca Cedri, inquit, nō fuerūt altiores in illo paradiso dei, abietes nō adæquauerūt summitatē eius, & platani nō fuerūt æquales frondibus illius. Per metaphorā sine dubio cedri & platani, & abietes, quæ nō adæquauerūt summitatē eius, angelicæ siue archangelicæ dignitates intelligunt. Fuit ergo pulchrior & speciosior cæteris, qā omne lignū, inq; paradisi dei nō est assimilātū illi, & pulchritudini eius, qm̄ speciosum feci eū: Fuit & maior & altior, qā abietes nō adæquauerūt summitatē eius: fuit & scientior, qā riuos suos p̄ quos scientia designat, emisit ad uniuersa ligna regionis iste Cherub. Hæc tria quisq; perpedēs, scilicet magnitudinē, scientiā, & pulchritudinē eius, clarius agnoscit, cur (dū cōtra eū sub noie principis Tyri) inuehatur propheta ex p̄sona dei: Tu, inq; signaculū similitudinīs. Cuius em̄ similitudinīs, nisi sanctæ & adorandæ trinitatis signaculū? Secūdu hæc tria fuit. Sancta q̄ppe trinitas ipsa est magnitudo, sapientia, & pulchritudo. Magnitudo nāq; filij & spūs sancti, pater est. Sapientia patris & spūs sancti, filius est. Pulchritudo patris & filij, spūs sanctus est. Quia magnitudine, sapientia, & pulchritudine participauit, teste scriptura, plus cæteris. Per hoc ipsum aliquatenus claret, cur dictus sit signaculū similitudinīs. At ille uacors cū in tāto honore eēt, nō intellexit, & hæc oia uertit in materiā superbiēdi. Nō suffecit ei tāta largitas creatoris, nisi idē diceret uel existimaret de ipso qd̄ de deo, nisi appellaret deus, nisi adoraret ab angelis ut deus, nisi p̄diceret & ipse increatus. Negauit quippe deū esse creatorē suū, & dixit se esse deum. Sic em̄ in propheta supra memorato, dum sub noie Pharaonis illi exprobrādo dixisset dñs deus: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, q̄ cubas in medio fluminū tuorū: statim subiūxit: Et dicis, meus est fluiuius, & ego feci memetipsum: dixit se esse increatū, negauit deū esse creatorē suū, & sub noie principis Tyri dicit idē dñs deus cōtra eū: Eleuatū est cor tuū, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & dedisti cor tuum quasi cor dei.

Ezech. 28

Ezech. 31

Ezech. 28

Ezech. 29

Ezech. 28

Quod per superbiam factus sit mendaci pater, & quod nam fuerit illud mendacium ex literis propheticis. Cap. IX.

Pater mendaci Joban. 8

Ezech. 28

Veritas Mendacii.

Ezech. 28

ECce, hoc est mendacium qd̄ iste diabolus genuit, cuius p̄ trē hunc esse pronūciat dñs Iesus Christus ueritas & uerbum dei, dicēs Iudæis: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, qā nō est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, qā mendax est, & pater eius, subauditur mendaci. Hoc fuit initium duelli, principium certaminis, q̄ tale mendacium locutus est ex proprijs. Ex proprijs in quā, qā nō sic res se habuit quomō dixit: ego feci memetipsum, deus ego sum. Genitura ista cordis eius, cōtraria est genituræ cordis unius & solius dei, cōtraria uerbo dei, ueritati dei. Hoc est inimicitiarū exordium, & istæ inimicitia naturalis sunt. Naturaliter q̄ppe dissentiuunt ueritas & mendacium. Veritas est uerbum dei: Mendacium est nihil. Veruntamē istud nihil ad illud, cōstituit, ut q̄ aliquid erat, qui magnitudinis, sapientia & pulchritudinis multum habebat, in alterū uersus sit ita, ut iā neque magnus, neq; sapiēs, neq; pulcher possit esse uel dici. Nepe aded magnus eē desijt, ut sit quasi cinis. Nā dabo te, inq; dñs, d̄ Cherub in cinerē, super terrā in cōspectu oīm uidentium te. Sapiēs esse desijt. Nā perdidisti, inq; dñs, sapientia tuā. Pulcher esse desijt. Nam polluisti, ait, sanctificationē tuā. Sed reuertamur ad ordinē. Nōdum enim totum audiuius sacrilegium superbiae eius, quod perpetravit adhuc in illa magnitudine, sapientia, & pulchritudine cōspiciuus, propter quod & sic miser factus est, bonis illis expoliatus.

Satanam

Satanam suo ipsius mendacio deceptum, cæteros angelos despexisse, maiestatemq; & æqualitatem dei ambiuisse. Cap. X.

VBi mendax ille mendaciū illud locutus est. Ego feci memetipsum, & deus ego sum: deliberauit adhuc apud se, & proposuit, dixitq; in corde suo: Ascendā sup altitudinē nubiu, similis ero altissimo. Nimirū nubiu noie, cæteros oēs angelos cognominauit, fortassis ob magnitudinē & pulchritudinē suā, qā nō paruus erat in oculis suis, tanto oēs angelos semetipso uiliores iudicans, quāto nubes, licet aliquatenus candidæ uel lucidæ, obscuriores sunt pulchritudine luciferi. Luciferū nanq; uolebat se haberi. Vnde & cū improprio ei dicit: Quomō cecidisti de cælo lucifer, q̄ mane oriebaris: Profecto qā ubi dixisse legitur: Ascendā super altitudinē nubiu: ibidē quādo cū exprobratione lucifer nuncupatur, datur intelligi, q̄ cæteros angelos in corde suo quasi nubes reputauerit, arbitrās de semetipso, q̄ esset tanq; lux qua nubes indigēt ut illustrentur. Sed illud occurrit, quod ibidē utrunq; dixit: Super astra dei exaltabo soliu meū, & ascendā sup altitudinē nubiu. Ad quod dicendū, q̄ neq; astra hæc uisibilia, neq; nubes tūc erāt, & idcirco p̄ astrorū & nubiu uocabulū intelligi oportere ordines angelorū, quos ille, q̄ quis essent astra dei, reputabat nubes cōparatione sui. Cæterū quoquo mō hæc dixerit, illud cōstat, q̄ despectui cūctos habuit: nā omne sublime uidet, & ipse est rex super oēs filios superbiae. Quid tandē est q̄ ait: Ascendā in cœlū sup astra dei, sup altitudinē nubiu. Nōne in cœlo erat, & propter hanc superbiam de cœlo cecidit ille Satanās: Nōne super altitudinē nubiu eiusmodi ascēderat, cū (sicut iam dictū est ex alio propheta) abietes & platani, per quas intelligūt q̄ eadē altitudines angelicæ dignitatis, nō fuerint æquales frondibus illius, nō adæquauerunt summitatē eius in paradiso dei. Alium ergo ascensum oportet intelligi, uidelicet ascēsum cordis non corporis ascensum honoris non loci. Ex abundantia est astruere proiectionē honoris ascensum recte dici, cū in scholis quoq; pueri lectitent, ducē nobilē dicentē militibus suis, Quo potuit ciuē populus perducere liber, Ascendi supra quæ nihil nisi regna reliqui. Quod dixit, Ascēdam tumor fuit ambitionis, qā qui dicebat, ego feci memetipsum: Deus ego sum, consequenter sic ambiebat ascendere in cœlū, ut cœli teneret imperiū, sic exaltare sup astra dei soliu suū uolebat sic ascēdere sup altitudinē nubiu, ut adoraretur & honorificaret cōcentu angelorū tanq; deus & dñs ipsoꝝ. Hoc em̄ habet suprema dicitio siue dictionis eius conclusio. Nam ac si alius quis quæreret. In quo ascendes? ero, inquit, similis altissimo.

Ezech. 28

Ezech. 14

Ezech. 14

Jcb. 40

Ezech. 31

Ezech. 28

Satanam suum ipsius mendacium & cæteris angelis prædicasse, persuasissēq; nonnullis, ut se pro deo haberent. Cap. XI.

Quomō hoc aut fieri possit, nisi ipsoꝝ cōsensu angelorū: Vt igitur in rem procederet, quod apud se habebat huiuscemodi cōsiliū, cœpit p̄dicare semetipsum omnibus angelis, cōfidens ut erat plenus sapientia, q̄ efficaciam haberet ad persuadendū, ut crederetur sibi dicenti: Ego feci memetipsum: Deus ego sum: Qualesq; sunt illæ linguæ angelorū, nimirū cōstat eū hoc de semetipso p̄dicasse, q̄ in eū prophetica scripturæ ueritatis testatæ sunt. Nec uero utcūq; sed magna sciētiae, qua plenus erat, arte, prædicabat oibus angelorū cœtibus deū se esse. Quid em̄ aliud, p̄ illud innuitur qd̄ loco supra memorato, inter cætera quæ dñs dicit, cōtra eū sub noie Assur: Flumina eius, inq; manabant in circuitu radicū eius, & riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis, & multiplicata sunt arbuta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Riuos nāq; suos emisit ad uniuersa ligna regionis, Quia sapientiam suā multam effundendo, uniuersas angelorū multitudines circūuenire, & in sententiā suā deducere laborauit, ut apud illos tanq; altissimus haberetur, & adoraretur ut deus. Et eleuati sunt rami eius præ aquis multis, qā maior q̄ erat cœpit haberi apud maximam partem angelorū, præ multa sapientia, qua sese commendauit: de quibus post aliqua sic dicit: Et æmulata sunt eum oia ligna uoluptatis quæ erant in paradiso dei. Notandum, qd̄ uel qualiter dixerit, qā non ait: & æmulata sunt eum omnia ligna regionis, sed æmulata sunt eum omnia ligna uoluptatis. Et misit quidem riuos suos ad omnia ligna regionis, sed æmulata sunt eum tantummodo omnia ligna uoluptatis. Quia cunctos quidem angelos per suam sapientiam decipere, & ad suū fauorē deducere tentauit. Sed aduulati sunt ei tantummodo spiritus illi, q̄ gloriam suam quærebant, non dei: quos delectabat

Ezech. 28. 29.

Ezech. 31

Ezech. 29.

Ezech. 31. seruire potius creaturæ q̄ creatori. Ita esse uel maxime liquet ex eo q̄ tandem dicitur eis: Ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam, in medio incircumcisorum dormies cum his qui interfecti sunt gladio.

¶ Satanam neminē creationis & cōditionis suæ consciū putasse ideoq̄ nullius contra se testimoniū ueritum fuisse. Cap. XII.

Quem putaret posse esse ex oibus angelis, q̄ dicente ipso: Ego creatura dei nō sum, ego à nullo factus sum, sed ego feci memetipsum, obuiaret & diceret: falsum tu loqueris: Quē timeret posse inueniri testē dei, qui testificaret & diceret: ille te fecit. Verus nāq̄ ille testis est, & certus, q̄ quod uidit & audiuit, hoc testat. At uero cūctorū spiritūū siue angelorū nullus uidit, uel audiuit quādo illū fecit deus. Nullus quippe ex oibus adhuc fuerat cōditus, oēs minores sunt, hic primus erat. Testatur hoc ipse deus, qui ad beatū Iob illū mirabiliter describēs: Ipse, inquit, principiū est uiarū dei: Eliphaz quoq̄ Themanites, dū de eodē iusto uiro nimis male sentit, putans eū cōtra deū superbire & imitari linguā blasphemantiū: Nūquid, ait, primus homo es tu, & ante colles formatus? Idē enim est ac si diceret: Sic eleuat te cor tuū, & sic tumet cōtra deū spūs tuus, ut imitari uidearis Adā qui superbix spū deceptus, perijt: imō & diabolū qui ante colles, i. ante ceteros angelos formatus, cōtra creatorē superbiuit. Cū igitur nullū haberet ex oibus angelis, consciū suæ creationis, qui dicere posset (ego uidi uel audiui: eo q̄ primus ipse cōditus fuerit) quē putaret stare posse cōtra se testē dei, Quis reuelaret faciē indumenti eius? & in mediū oris eius quis intraret? portas uultus eius quis aperiret? Nimirū arbitrato eius nullus erat qui posset eū arguere esse mentitū, & conditionis eius proferre iudicium.

¶ Solius uerbi dei testimonio cōuictū Satanā, & eiusdē uerbi dei testimonio nō latuisse ceteros spiritus. Cap. XIII.

Sed ecce in principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū, hoc erat in principio apud deū. Hoc uerbū hic deus testis esse debuit, & testis esse potuit uerus & idoneus, q̄ Satanā ille falsus esset, q̄ mendaciū loqueretur. Nā ipse est super oēs, ipse est ante oēs, & quod uidit & audiuit, hoc testatur. Quid autē nō uidit, aut qd nō audiuit, qui oīa uidit cū fierēt, imō oīa uidit & audiuit anteq̄ fierēt. Nā oīa per ipsum facta sunt, & quod factū est in ipso, uita erat. Vidit ergo illū quoq̄ angelū summū cū fieret, uidit & audiuit anteq̄ fieret: & idē per ipsum factus est, Proinde poterat testari de illo superbo q̄ esset falsa locutus, q̄ esset factus uel creatus. Cū itaq̄ riuos suos emitteret (ut supra dictū est) ad uniuersa ligna regionis, mittebatur. Ecōtra, uerbū hoc fons uiuus & uerus q̄ apud deū erat: iuxta illud: Quoniā apud te est fons uitæ: Mittebat, in quā, ad irrigandū eadē ligna regionis, i. ad instruenda spiritūū agmina cognitione ueritatis. Talis nāq̄ fons est hoc uerbū, ut sit etiā lumē cordiū illuminās oculos mentis ad illuminandū & uidendū, nō solū quæ præsentiā, uerū etiā quæ præterita & q̄ futura sint: Vnde cū dictū esset, quod præmissimus: Quoniā apud te est fons uitæ, cōtinuo subiunctū est: Et in lumine tuo uidebimus lumē. Huius rei sufficiens habemus experimentū in hoibus sanctis, ad quos factū est uerbū dñi, q̄ & proinde uidentes dicti sunt, q̄ in isto lumine sic uiderūt lumē, ut cū eatenus fuissent nōnulli ex ipsis hoies sine literis, imō pastores, ut Amos & Dauid, repēte fierēt literati, & prudentes eloquiū mystici, & interpretes celestiuū secretorū miri & magnifici. Nōne etiā hoies hmoi inter cetera quoq̄ cōditionē & præsumptionē uiderūt illius Satanæ: id est, aduersarij, quē & descriperūt per figuras & tropologias mirabiles, nūc sub noie Pharaonis, nūc sub noie Assur, nūc sub noie principū Tyri, ceterorūq̄ superbiorū principū huius seculi, q̄ illū sunt imitati. Itaq̄ saltē secundū exēplū hoim prophetarū huius uerbi dñi perspicuū nobis fit, q̄ eleuati angeli p̄ infusionē eiusdē uerbi scierunt, nec q̄si incertū senserūt: sed claro lumine uiderūt illud qd erat p̄teritū scilicet, & q̄ sicut ipso iuniores ita fecisset vnus deus illū primū. Hoc erat uerbū, & fidele uerbi testimoniū uerbi quod erat deus, q̄ nō in incerto quicq̄ loquitur, sed quod uidit & audiuit, hoc testatur. Testimoniū eius spiritūū pars quædam accepit, pars quædam nō accepit. Pars quæ testimoniū eius accepit, signauit: q̄ deus uerax est, dices. Videte q̄ ego sum solus, & nō sit alius deus præter me. Et satanā ille mēdax est q̄ dixit: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & meus est fluuius: ego feci memetipsum, & cetera hmoi.

Solum uerbi dei testimoniū ghibet ueritatem Ioban. 3

Ioban. 1.

Psal. 10

Uerbum dei. Fons. Lumen.

Prophetæ cur uidentes.

Apostoli 7 p̄phete illiterati

Ioban. 3

Deut. 32

Ezech. 28. 29.

¶ Partē

¶ Partem spirituum superbia & inuidia deprauatos, testimoniū uerbi dei non recepisse, partem humiles & obediētes in ueritate perstitisse. Cap. XIII.

Pars quæ testimoniū eius nō accepit, sic est inexcusabilis, ut ille idē princeps & pater mendacij, qui cōtra propriā conscientiā mentitus est dicendo, se esse quod non erat, negando se esse quod erat. Nihilominus nāq̄ & ipsi oēs scire potuerunt uerū esse uerbi dei testimoniū, sed rebelles luminis, id est, eidem uerbo extiterūt propter superbiā, seu propter inuidiā, cuius uidelicet superbiæ siue inuidiæ nūc usq̄ prouerbiū usitatum est. Ob derogationē melioris semper fauere peiori. Hoc illi spūs qui dicuntur & sunt maligni, sine dubio fecerūt. Inuidentes nāq̄ meliori, imō soli bono creatori, malū & mendacem Satanā, id est, aduersariū eius suis fauoribus extulerint, testēq̄ eius: Uerbū eius, oderūt & repulerunt, ut puta quorū secundū exemplū maligni quoq̄ hoies eidē domino deo dicere soliti sunt. Recede à nobis, scientiā uiarū tuarū nolumus. Taliū spirituum maxime Iudæi imitatores fuerūt: de quibus nō recipientibus testimoniū suū, ait idipsum dei uerbū: Nūc autem & uiderūt & oderūt & me & patrē meū. Superbiā atq̄ stultitiā illoꝝ quidā pulchre deus clamauit, cum præmississet: O Israel q̄ magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius, magnus, & nō habet cōsummationē, excelsus & immēsus: ita subiunxit: Ibi fuerūt gigantes nominati illi, q̄ ab initio fuerūt statura magna, sciētes bellū. Nō hos elegit dñs, neque uia disciplinæ inuenerūt, propterea perierūt, & quū nō habuerūt sapientiā, interierūt propter suā insipientiā. Profecto superbiā illoꝝ nomine giantiū cōgrue signauit. Insipientiam autē proprio uocabulo expressit. Magnitudinē quoq̄ & immanitatē rebellionis eorū, qua cōtra ueritatē rebellauerunt miro modo, tā proprie q̄ breuiter exposuit, dicendo, scientes bellū. Porro sanctorū spiritūū, q̄ (sicut iā dictū est) uerbi dei testimoniū acceperūt, sapientiā, humilitatē atq̄ obediētiā, subinde pulcherrime expressit, dicens: Stellæ autē dederunt lumē in custodijs suis, & lætitiæ sunt: uocatae sunt & dixerunt, assumus: & luxerūt ei cū iucunditate. Deinde contra principē illum malignorū, qui dixit: Deus ego sum, ueraciter intulit, dicens: Qui fecit illos hic deus noster est: & non æstimabitur alius ad illum.

¶ Satanam propter testimonium uerbi à deo damnatū, à sanctis angelis gladio uerbi dei debellatum, & è cœlo reiectum esse. Cap. XV.

Igitur quia gigantes erant, q̄ scientes bellū erant, id est, q̄ superbi erant & tota intentione creatori rebellabant, decebat eū qui fecerat eos, ut tam contra ipsos q̄ contra principē eorū, æquā proferret sententiā, & ostenderet in illis fortitudinem suā. Sententiā ipsam noie gladij, loco superius memorato per prophetā cōtra Assur designat, cū dicit: Cui assimilatus es ò inclyte atq̄ sublimis inter ligna uoluptatis: ecce deductus es ad terrā ultimā, in medio incircumcisorū, dormies cū his q̄ interfecti sunt gladio. Eandē sententiā damnationis licet illic per gladiū intelligi: Cū dñs in Apocalypsi de bestia quæ de mari ascēdit, q̄ habet plagā gladij, & uixit. Plagā nāq̄ gladij habet bestia & uiuit, q̄ sententiā damnationis diabolus in cœlo accepit, & adhuc superbit, ac semetipsum defendit. Itaq̄ gladio percussus est cū lignis uoluptatis, id est, sententiā uerbi dei, damnatus est cum angelis sequacibus suis. Damnatus autē per iustissimū uerbi dei iudiciū, statim de cœlo proiectus est per ministeriū sanctorū angelorū, uictoriæ uerbi dei militantiū. Sed quæ uel qualia fuerūt uel sunt arma, quibus illi spūs in illo prælio usi sunt? Nō utiq̄ arma materialia fuerūt, sed oīs armatura eorū fuit & est ipsum dei uerbū. Ipsum, in quā, dei uerbū rebellibus illis spiritibus uim suā p̄ angelos sanctos intentās per semetipsum pficit uictoriā. Ignis quippe est dei uerbū, id est, sic intolerabile impijs, spiritibus malignis, ut est infirmis corporibus ignis uisibilis. Hinc in parabolis scriptū est: Omnis sermo dei ignitus clypeus est speratibus in se, & Psalmista dicit: Ignitum eloquiū tuū uehemētē. Itē, sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Igitur nō qualibuscūq̄ armis diabolū & angelos eius debellauerūt sancti angeli, sed igne ardente, in ipsis nāq̄ est uerbum dei. Etenim ignis iste intolerabilis quidē est impijs & odientibus se, sed blandus & suauis est pijs & diligentibus se. Idcirco apud prophetam supra memoratū angeli sancti lapides dicuntur igniti. Sic em̄ scriptum est: Et posuit te in monte sancto dei, in medio lapidū ignitorū ambulasti. Et subinde ait: Et peccasti, & eieci te de monte sancto dei, & perdidisti ò Cherub, protegens de medio lapidum ignitorum.

¶ De eo

Iob. 1.

Ioban. 17

Baruch. 3

Baruch. 3

Ezech. 31.

Apoca. 13

Arma posuit dei. Uerbum dei ignis.

Prouer. 30. Psal. 118.

Ezech. 28

De eo quod in Psalmis scriptum est: Tu terribilis es, & quis resistet tibi, extunc ira tua? Cap. XVI.

Psal. 75

Ex eo satis liquet, q̄ ueraciter Psalmista dicit: Tu terribilis es, & quis resistet tibi, extunc ira tua? quod idem est ac si dicat: Nō ex quo quisq; peccat, sed ex quo tibi resistit peccator (quod ille primus fecit) ira tua uim suā exercet, cui resistere nemo potest. Et quis recte cōsiderans, tantā terribilis dei nō pertimescat irā? ille q̄ uidebat̄ tur sibi fortissimus sic inter angelos, quorū uolebat esse dñs, quasi cæra uel tanq̄ stipula in ter flāmas inualidus est inuentus. Quis hoc in laudē uerbi dei nō admiretur? Consideretur diligētius litera prophetalis, quomodo in eū declamat, Præmiserat dicēs: Omnis lapis pretiosus operimentū tuū, sardius, topazius, iaspis, chrysolitus, onix, berillus, saphyrus, carbunculus & smaragdus. Post hæc ita subiunxit: Repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eieci te de monte dei, & perdidisti te. Cherub protegens de medio lapidū ignitorū. Non uem pretiosos lapides, per quos nouē angelorū intelligimus ordines, quos uelut operimentum tibi usurpabat ad ornatum & obsequiū suum, lapides ignitos appellauit. Nonne hæc dicendo, mirabilē euentū prædicauit? Velut si quis latro uel prædo palliū uel tunicā rapiat, & induat, statimq; in lorica siue thoracē ignitā conuertatur illi. Vere igitur tu terribilis es deus, & nemo resistit tibi. Nā ubi resistere tibi quis audeat, extunc ira tua, quæ nō potest portari, ille tam magnus, tam robustus, dū a facie tua effluxit, sicut fluit cæra a facie ignis, terribiliter in semetipso expertus est, & omnibus pro experimento sufficit, q̄ tibi nemo resistere possit. Veruntamen cū legimus uel audimus, extunc ira tua, seu quodlibet aliud eiusmodi, non intelligimns, nec intelligere debemus de deo impassibili, q̄ in eū cadant motus animi, qui signantur uocabulo iræ uel furoris. Ipse nanq; suauis semper in tranquillitate omnia disponit, sed creatura corrupta, suoq; uitio turbata, ipsam creatoris suauitatem atq; tranquillitatem male & pœnaliter sentit. Inde est, q̄ uno eodemq; tēpore uel momēto, & lapides supradictos, q̄ incorrupti sunt, illustrat, & nō urit, & aduersarios illos urit, & nō illustrat qui sunt corrupti, & a natura bona degeneres. Hoc licet satis per semetipsum intelligibile sit omni sensato homini, iuuat tamen adhuc per notam similitudinem indagando melius intueri.

Affectus quomodo tribuatur deo.

Pulcherrima similitudine declarat, motus & affectus animi in deum non cadere, sed eum immutabilem esse. Cap. XVII.

Deus semper immutabilis.

Ecce quæmpia lapidē lucidū ex clarissimis lapidibus eiusmodi, qualium uocabulis in propheta (ut iam dictū est) dominus deus nouē ordines angelorū significauit. Præterea q̄ dū libet attollis in facie solis sereno cœlo fulgentis, statimq; lapis idē in parua sui quantitate magni solis concipit imaginē, supponis continuo materiam per aridam igniū escam. Nōne unus idemq; splendor solaris, & in lapide radiū uibrat innoxium, & in materia iam dicta tactu molestū traicit incendiū? Unus idemq; ignis & in lapide radiat, nec urit, & in esca sumat, & urit. Nō ergo mirū, q̄ deus noster, qui (ut ait Apostolus) ignis cōsumens est, simul uno eodemq; actu, sanctos angelos sic ignitos reddit, ut ipsorū pulchritudo & delectatio sit, & aduersarios suos sic attingat, ut cōsumant pœnaliter afflati: Itaq; & perdidisti te, inquit, Cherub, proteges de medio lapidum ignitorū, subauditur, quia tu illorum ignem sufferre nō potuisti. Tua nāq; superbia, & illorū humilitas, ita sunt cōtraria contrarietate naturali, ut quod illis gloria est, id ipsum tibi pœna sit. Sciendū interea, quia quocumq; se uertat, pœnam suā secum portat, & plaga ignis ignitorū lapidum, qua semel est fulminatus, intrinsecus in ipso perseverat. Hæc eius pœna ex illis domini dictis ad beatum Iob (saluo sacratiore intellectu) ualet intelligi: De ore eius lampades procedūt sicut tedæ ignis accēsæ, de naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ, atq; feruens halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Interim ergo donec ueniat dies uniuersalis iudicij, quo in ignem æternū, qui paratus est ei & angelis eius, præcipitabitur cunctis uidentibus iam habet pœnā incendiū fulminis, quo fulminatus de cœlo cecidit, & nihil sic timet q̄ fulmen uerbi dei, nihil habēs uirium, ut subsistere possit ubicūq; illud senserit, in corde uel ex corde & ore hoīs, siue angeli uerbi eiusdem dilectionem habentis.

Hebraic. 12

Ezech. 28.

Iob. 42

Matth. 25

Ex illo certamine, quo diabolus uictus est, quendā de principibus militiæ cœlestis, & principatū & inclytū nomē retulisse, ut iā dicat Michael, i. quis sicut deus. Cap. XVIII. Ex illo

Ex illo certamine magno & mirabili, pulchro nomine & honore donatus unus & primus de militiæ cœlestis principibus gloriose redijt, nomine uidelicet, ut exinde uocaret Michael. Honore ut nō solū angelorū, uerū etiā hominū habētū dei uerbū ipse sit princeps. Sic em̄ Danieli de illo ab alio angelo dictum est: Et ecce Michael unus de principibus primis, uenit in adiutoriū meū. Itē, ueruntamē annuntiabo ubi quod expressum est in scripturis ueritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps uester. Itēq; post aliqua: In tēpore autē illo cōsurgēt Michael princeps magnus, q̄ stat pro filijs populi tui, & ueniet tēpus, quale nō fuit ex eo, q̄ gentes esse cœperunt, usq; ad tēpus illud, cū dicitur: Qui stat pro filijs populi, loquēs illi cuius populo soli creditū & notū tunc erat uerbū dei, dicitq; ei: Princeps uester magnus. Profecto cōstat quia princeps est omniū, usq; ad finē seculi, qui uerbū dei credūt & cōfitentur. Et hoc honore uel principatu donatus est, ex quo cōtra diabolū dicentē: Deus ego sum, restitit, ut diceret: Quis sicut deus, & uincēdo illū probauit, quia nullus est alius sicut deus. Hinc (ut iā dictū est) noie quoq; est donatus, ut Michael uocaretur. Michael nāq; interpretatur, quis sicut deus. Iste, & tunc in cœlo uictor effulsit, & nūc in ecclesia, quæ ad cœlū tendit, Vnde & ipsa cœlū dicitur, quæ cœlestē uitā ducit, eūdē antiquū hostē uincit: sicut mystica Apocaly. cōtinet scriprura: Et factū est, inquit, præliū magnū in cœlo, Michael & angeli eius pugnabāt cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius & c. Magnus igit princeps iste est, princeps belli diuini. Uerbū autē dei belli eiusdē uirtus est. Nā quia uerbū ipsum Satanā illū, & tūc in cœlo tanq̄ deus elisit, & nūc caro factū in hoc mūdo fortē eūdē tanq̄ fortior alligauit. Inde archangelus iste cū angelis suis pugnādo, & tūc illū de cœlo proijcere potuit, ubi dicebat: Deus ego sum, & sedi uel sedebō in cathedra dei, & nūc eundē de tēplis uel delubris idolorū, ubi a nobis genibus colebatur, protrahere præualuit pugnādo cōtra illū, nō solū cū angelis suis, uerū etiā cū hominibus sanctis, maximeq; p̄ijs martyribus Christi, quibus mori uicisse fuit.

Michael

Daniel. 10

Daniel. 28

Ecclesia cœlum dicitur. Apoca. 12

Lucæ. 11.

Ezech. 28

De eo quod dictū est ad beatū Iob. Quis dimisit lapidē angularē terræ, cū me laudarent simulastra matutina, & iubilarent omnes filij dei. Cap. XIX.

Itaq; proiecto illo, laudauerūt, & iubilauerūt angeli sancti, participes cū Michaelē, & cooperatores uictoriæ uerbi dei, sicut ipse deus & dñs, ad beatū Iob loquens, pulchre innuit: Præmissō nāq; Vbi eras quādo ponebam fundamēta terræ? indica mihi si habes intelligētiam? quis posuit mensuras eius, si nosti? uel quis tetendit super eā lineā? super quo bases illius solidatæ sunt? ita subiunxit: Aut quis dimisit lapidē angularē eius, cū me laudaret simulastra matutina, & iubilaret omnes filij dei? Equidē si futurorū prophetiā in uerbis istis attendimus, spūalis terræ, id est, sanctæ ecclesiæ positionē, dimētionem, atque solidationem utiliter intelligimus, cuius lapis angularis est Christus, sicut docet beatus papa Gregorius. Veruntamē si præteritorū narrationē attēdere placet, quia reuera deus huius terræ, quā calcamus fundamēta posuit (quod mirabile est) super nihili, & bases eius, id est, firmitatē eius solo præcepto suo solidauit. Lapis alius, scilicet Satanus, erit intelligēdus lapis terræ angularis, i. princeps huius mūdi. Nā de isto sine dubio superius idē Iob assumpta parabola dixit: Lapidē quoq; caliginis & umbræ mortis diuidit torrēs a populo peregrināte, eos quos oblitus est pes egētis hoīs & inuios. Haud dubiū, quin eo loco lapis Satanus ille debeat intelligi lapis caliginis, utputa nihil habēs de illuminatione septē oculorū, quos in illo lapide Zacharias propheta uidit. Lapis, inquā, caliginis & umbræ, nō qualiscunq; sed umbræ mortis. Istū lapidē diuidit torrēs iudicij diuini a populo peregrināte, ut uidelicet nō obscuret, nō sua caligine inuoluat eos, qui in hoc mundo peregrinos se esse nouerūt, qui manentē ciuitatē hic non habent, sed futurā inquirunt. Diuidit ab eodē populo cū eiusmodi lapide, etiā eos quos oblitus est pes egētis hoīs & inuios, id est, omnes homines impios, quos propter incredulitatem ipsorū oblitus est, & deliquit pes egētis hominis, id est, gratia Iesu Christi, qui cum diues esset, propter nos pauper factus est. Dereliquit inquam, utputa inuios, quia noluerunt parere, uel parari apud se uiam domino. Lapis itaq; durissimus ille hostis, lapis terræ angularis, id est, superbus princeps huius mundi, recte ualet intelligi. Et illum deus reuera demisit, id est, deorsum misit, nec alius nisi deus demittere potuit. Cū igitur demisisset illum, laudauerunt, inq̄, simul astra matutina, & iubilauerunt omnes filij dei.

Iob. 38

Iob. 38

Terra noua

Iob. 28

Lapis caliginis Zach. 4

2. Cor. 8

Quod

Job. 38 Quod dixerat, laudauerunt astra matutina, repetit dicendo: Et iubilauerunt omnes filij dei, uidelicet sancti angeli, qui dum in gratia claritate perstiterunt, recte dicuntur astra matutina, id est, angeli lucis. Angeli habentes charitatem, & cognitionem dei, quæ tunc illis per uicti ruina diaboli clarius illuxit.

¶ De eo quod dictum est ad eundem beatum Iob, Potestates & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. **Caput XX.**

Quod autem putamus huius laudationis, uel iubilationis initium fuisse: Quid pulchrius, eo quod sonat ipsum nomen Michael? Quid ad tonandam laudem sonorius quod istud, Quis sicut deus? Nimirum res ipsa ferebat, ut sic intonantes laudarent atque iubilarent, quatenus in ipso laudis & iubilatiois exordio uictum illum, stultitiam magnæ redarguerent, qui sibi uidebatur esse sicut Deus, & uerum & solum Deum digne magnificarent, quod ei similis esse non possit alius: Simul astra illa matutina laudabant, simul omnes illi filij Dei iubilabant. Simul inquit uidelicet, quod illa uictoria, magnam cum diabolo & angelis eius excluderat discordiam, magnam omnibus residuis illis beatis spiritibus fecerat concordiam. Ablatum erat de cœtu illorum omne scâdalum. Hinc est illud ad beatum Iob: Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. Plane ueraciter dictum, sed non bene, neque competenter illatum. Nam quia dixerat idem sanctus Iob in fine sermonis: Quid si non est ita, quis potest me arguere esse mentitum, & ponere ante deum uerba mea? Unus amicorum eius, qui omnes de illo sermones nimis male sentiebat, putans eum hoc dixisse per nimiam mentis superbiam: Potestas, inquit, & terror est apud eum, qui facit concordiam in sublimibus suis, ac si diceret: Ille te potest arguere esse mentitum, qui terribiliter potuit arguere diabolum, & deiecit illo pro eo quod in sublimibus suis faciebat discordiam, indissolubilem in eisdem sublimibus fecit concordiam. Potestas, inquam, & terror apud eum est, sicut ex illo, & ex omnibus superbis comprobatum est, & ex teipso qui propter superbiam percussus, & omnibus bonis spoliatus, nunc in sterquilino sedes. Male quidem (ut iam dictum est) & incompetenter ille dixit. Quia contra uirum simplicem, rectum, deum timentem, & a malo recedentem dixit, sed nihilominus bona & uera sententia, quæ recte dici posset contra talem quempiam qualem illum esse putabat. Cui igitur dicit, quia simul astra matutina laudabant siue iubilabant, magnam insinuat exclusam esse discordiam, magnamque factam in cœlo cadente diabolo concordiam. Non leuiter est hoc sentiendum, quasi aduersarius ille in illa tanta multitudi-
ne spirituum paruorum discordiam fecerit tumultum, dum se mendaciter deum uellet haberi contra uerum deum & uiuum.

¶ Satanam non statim ut conditus est, cecidisse. **Cap. XXI.**

Quando ceciderint angeli.

EI qui opinione illa præuentus est, ut eundem Satanam cecidisse putet statim ut conditus est, non apparet, non accedit ad cor, ut sentiat, magnam illum fuisse diabolicæ seditionis & discordiæ tumultum, licet magnas esse iras daemonum, magnam e contra zelum bonum, zelum non ignoret sanctorum angelorum. Prius ergo sciendum est, eum non cecidisse statim ut conditus est. Sic enim in eum per prophetam supra memoratum dictum est: In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in uis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te: Perfecto dicto huiusmodi, à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te, sensum siue opinionem illam non admittit, ubi dicat, uel putet quis, quod ubi conditus est ille, statim ceciderit. Consequeretur etiam illa suspitio ut posset suspicari, quia qualis idem nunc est, scilicet malus, talis à deo conditus esset: Nunc autem & innocentem & rectum illum fuisse conditum, & non parua mora permanisse in medio angelorum sanctorum, præsens sermo conuincit, dum ita præmittit: In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in uis tuis. Ac demum subiungit: A die conditionis tuæ, ac deinde, donec inuenta est iniquitas in te. Diem conditionis non sic accipimus ut nunc cursum & recursum solis, quia necdum erat sol iste uisibilis, sed melius exprimi non potuit sensus prophetæ uel dei ad hominem loquentis. Non ergo putandum est, quod conditus statim ceciderit, imò istud uerum est, quia primum conditus & tunc demum positus est in illo paradiso cœlesti. Sic enim ibidem scriptum est: In die, inquit, qua conditus es, foramina tua præparata sunt, tu Cherub & extensus protegens, & posuisti in monte sancto dei. Sed & illud datur intelligi, quod non statim in initio peccati de cœlo proie-

ctus fuerit: sed ipsum quoque expectauerit patientia dei. Ipse autem secundum duritiam suam & cor impœnitens iram sibi thesaurizauit. Cum enim præmissum fuisset, donec inuenta est iniquitas in te, statim subiunctum est: In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, statimque & peccasti: ait & tunc demum: Et eieci te, inquit, de monte dei. Tria hæc sunt incrementa peccati, quæ in hominibus quoque tandem iustum consequitur iudicium dei. Primum, iniquitatem mente concepisse. Deinde ipsam iniquitatem non semel aut uno actu, uel multipliciter adimplesse. Deinde opera iniquitatis defendendo peccare. Itaque quia & inuenta est iniquitas in te: & multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: non parua intelligitur mora in iniquitate illius peccatoris antiqui, ad instruendos electos angelos, ut scirent iustum esse iudicium dei, uidentes illum peccatorem, quod esset incorrigibilis.

¶ Satanam in sublimibus dei pacem turbasse. **Cap. XXII.**

Igitur in sublimibus dei discordiæ tumultus grandis extitit inter magnas iras daemonum magnumque & bonum zelum spirituum bonorum. Nimirum ut hoc animaduertamus, scilicet quod in sublimibus dei nimirum pacem turbauerit. Idcirco sub nominibus arguitur hominum, qui terram turbauerunt, uidelicet Assur, Pharaonis, regisque Tyri, & Nabuchodonosor regis Babylonis: diciturque illi: Nunquid iste est uir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? Item: Tu enim terram dispersisti, tu populum occidisti, & cætera huiusmodi. Alioquin, si non secundum horum similitudinem de ipso est sentiendum, quod ita turbauerit angelos per semetipsum, sicut turbauit gentes per tallium superbas hominum, tyrannidem in populos arripientium, ut quid nominibus & rebus gestis denotatur illorum? Non ergo dubium, quin iam tunc propter illam motam fuerint uirtutes cœlorum, quæ & ultimo iudicio contra eum mouendæ sunt. Motus ille quantus fuerit, ut tandem rueret ille de cœlo proiectus ipse qui proiecit illum deus, dei uerbum breuiter innuit, dicens: Uidebam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Quomodo cadit fulgur? utique motis atque collisionis nubibus tanto cum fragore, id est tonitru, ut concuti machina cœli & terræ tremere uideatur. Tunc fulgur excussum breui lucet, statimque disparet. Itaque dum dicit, sicut fulgur, mirandum innuit motum uirtutum cœlestium, magnumque prælium angelorum Michaelis principe contra illum, magnumque super hæc omnia uerbi omnipotentis, quod ipse est, tonitruum, & excussum illum, ut de cœlo caderet cum uana luce sua, protinus extinctus est miser, eoque proiecto, serenitas pacis cœlo rediret. Notum est, cur ita dixerit, cur ita taliter illius Satanæ mentionem fecerit, uidelicet propter gaudium inconsultum discipulorum septuaginta duorum, quos ipse miserat, quique reuerfi. Domine, inquit, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Idcirco tale illis obiecit, ut cauerent exemplum ne & ipsi per uanam gloriam seducti exciderent, & abirent retrorsum.

¶ Quod Christus, cum diceret: uidebam Satanam cadentem, se non solum hominem esse, uerum etiam uerbum patris ab æterno fuisse insinuauerit. **Cap. XXIII.**

Simulque hæc dicens, antiquitatem suam paucis credulo auditori suauius insinuat uerbis: Quam enim antiquius est quod illud uidebat? Nimirum secundum hominem quod uidebatur, cum hæc diceret paulo plus quam triginta annos erat. Porro longe ante triginta annos, imò ante omnes annos, & ante creationem solis, cuius circuitus annum efficit, Satanam ille cecidit. Igitur quod illud uidebat, longe ante suæ carnis annos erat: Et uerum est, nam in principio uerbum erat, in principio uerbum deus ipse erat. Sed & hoc attendendum, quia nec ita dixit, uidi Satanam, sed uidebam, ait, Satanam de cœlo cadentem. Recte quidem dixisset, & uerum esset dixisse, uidi, sed uidebam, uerbum imperfecti temporis, quamuis præteriti, plus continet, & maiorem sensum importat auri bene audienti. Denique uidi Satanam de cœlo cadentem, dicere posset Michael quoque & quicuis alius angelorum, quibus utique uidentibus ille cecidit, nec solum uidentibus, uerum etiam cum illo præliantibus. Ac uero nullius eorum est dicere, uidebam, sed tantum uidi cadentem. Hic solus est, quod non solum modo tunc uidit cadentem dum caderet: sed etiam uidebat cadentem antequam caderet, sed & antequam idem formaretur aut fieret: Fiebat namque per ipsum, sicut & omnia per ipsum facta sunt, nec poterat deus uerbum ignorare, quid de illo esset futurum, præsertim cum ipsum sit uerbum quod homines facit prophetas.

B id est,

Ezech. 28 id est, præcios futuros. Hoc plane sciendū & confitendū, quia dum fieret ille angelus, dum formaretur ille lapis magnus, & præpararentur foramina eius, sicut in eū per prophetam dicitur: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt. Cū in quā, præpararetur foramina eius, uidebat uerbū deus, q̄ in eisdē foraminibus ligaturus aurum non esset recepturus lapis rebellis & durissimus. Hoc ut manifestius dictū sit, dū ingenio, in tellectu, memoria, plenāq; & perfecta rationalitate magnifice insigniretur, uidebat uerbū deus quod creatoris sui dilectionem, qua ad illum solum deberet astringi, nullo modo esset recepturus. Melius ergo & magnificentius uidebam ait, cadentem, subauditur, etiam ante, quā m caderet. Nam angeloz quoq; posset quibus dicere: uidi cadentem, & subaudiremus, dum caderet. Ad summum & illud inferre libet, quia solus iste uidebat, securus sui. Angeli autem uiderunt in magno terrore positi. Sic em̄ ad beatū Iob dicit ipse dominus: Cū subla-

Iob. 42 tus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.

¶ Quæstionē, quare deus Satanā, cum malum fore sciret, creauit, soluit, iustitiamq; dei irreprehensibilem defendit. **Cap. XXIII.**

Ezod. 9 **D**icat aliquis, si iam tunc uidebat cadentē, quare illū tam magnifice formabat? quare re foramina eius tam diligenter præparabat? Si quē res ista mouet, Idē illi quod de Pharaone dictū est, de illo quoq; Satana respondendū est: Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendā in te fortitudinē meā, ut annuncietur nomē meū in uniuersa terra. Hoc audiens fidelis animus, qui de dño in bonitate sentit, non suspicatur quod eundē Pharaonē malū esse uoluerit, uel malū esse fecerit deus, sed ita intelligit (in hoc ipsum excitaui te) uel sic, ut alibi legitur (Posui te) ac si diceret: Regē feci, uel esse uolui te. Longe enim aliud est, fecisse hominē malū, & aliud, hominē qui malus erat, excitasse & subleuasse in regnū. Quod malus est homo, à semetipso fit: q̄ autē cū sit malus, in regnū ascendit, dei ordinatione fit, aliquando propter peccata populi, aliquādo propter probationē, ut manifesti fiant electi: aliquando propter declarandā & amplificandā gloriam & laudē nominis dei, ut proficit audituris per interitum illoz cognouisse omnipotentia dei: quod manifeste de illo Pharaone uox prædicat diuina. In hoc ipsum, inquit, posui te, ut ostendā in te fortitudinē meam, & narretur nomen meū in uniuersa terra. Quid aliud sana fides sentire debeat de illo Satana, præsertim cū typus illius Pharaō fuerit, quod omnis sancta Christi nouit ecclesia? Igitur & de illo rectissime dicas, quia cum sciret creator illum malum futurū, cum faceret, uel prius quā eū faceret, sicut uidebat, ita & damnabat malum, Et ut in illo ostenderet fortitudinem suam, magnū sapientem, speciosum (sicut iam superius ex propheta demonstratū est) fecit eum: & tanta præ cæteris angelis illi contulit, qui malus sponte futurus erat, quāta nec Pharaō, qui similis illi dicitur, præ cæteris hominibus habere potuit, qui priusq̄ in regem excitaretur, malus erat: Deniq; Pharaone aliquis homo in regno ipsius, & statura maior, & sapientia capaxior, & forma pulchrior esse potuit. Illo autem Satana nullus ex angelis altior, sapientior aut speciosior fuit: Nam, ut supra memoratum est, Omne lignum paradisi dei, ait deus ipse per prophetam, nō est assimilatum illi. Veruntamen quia loquitur dominus: Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Nos super quæstione hac temperanter cum Apostolo dicamus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quā incomprensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius.

Roma. 11.

¶ Vnde & quo diabolus proiectus sit, quali de cœlo, qualem iam tunc in infernum ceciderit **Cap. XXV.**

Ezech. 28 **F**actum est quod uidebat ueritas, cecidit Satanas. Vnde cecidit, de cœlo inquit. De cœlo utiq; non suo, sed dñi: quia nec saltē in cœlo conditus fuit, sed postq̄ conditus est, positus fuit in cœlo ab eo qui & cœlū & ipsum condidit. Planē sicut homo non in paradiso factus fuit, sed postq̄ factus est, tulit eū factor eius, & posuit eū in paradiso uoluptatis. Sic & illū non in cœlo fecit, sed factū, in cœlo posuit. Vnde cū præmississet **Ezech. 28** Aurū opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt, tu Cherub extentus & protegēs, Tunc demū subiunxit: & posuit te in monte sancto dei, Iure ergo de cœlo cecidit, quia quod datū sibi erat cœlū, rapinā arbitratus est: & per humilitatē non custodiuit. Vbi autē cecidit? putas in terrā? utiq; in terrā. Veruntamen non talē, ut nūc uidemus

Gen. 1 **T**unc em̄ terra inanis erat, & uacua, & tenebræ erant super faciē abyssi: imō & ipsa terra tegebatur aquis, nec à cæteris distincta erat elementis: chaos erat magnū, quod illic terrene signatur, id est, non tantū unū elementū, quod prius aridū, & deinde terrā deus appellauit, sed tota quatuor elementoz moles confusa. O ergo miser, nō tamē miserabilē. Quanta em̄ ex beatitudine, in quantā miseriam cecidit? quantis ex diuitijs, in quantā paupertatem incidit? Nihil hic nisi abyssum inuenit, & tenebras super faciē abyssi. Non erant hic regna mundi & gloria eoz, quæ aliquando dño Iesu ostendens: Si, inquit, adoraueris me, hæc oia tibi dabo, quia mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa. Quid dico, regna mundi nondū erant? Sol & luna, stellæ & lumen, & cætera oia, quæcunq; die secūdo, & deinceps facta sunt, nō dum erant, sed tantū (ut iam dictū est) chaos, & super faciē abyssi caligo tenebrarum. Sciendum quippe tres esse cœlos, autoritate scripturarum. Primum & summū, quod à principio creauit deus, quod est inuisibilis patria beatorum spirituum. Infimum uero, aerem istū qui cœlum dici consueuit, unde & dicuntur uolucres cœli. Medium autē, firmamentum, quod die secundo deus fecit, cœlumq; appellauit. Hoc cœlū medium nondum erat factū, quando diabolus cecidit, sed erat factū cœlum illud inuisibile, quæ habitatio est sanctoz angeloz & hominum, semper lucens illis ex dei uisione, Et hoc infimum cœlū, scilicet aer, nihil habebat saltem corporeæ lucis, sed tenebræ, inquit scriptura, erant super faciē abyssi. Isti duo cœli, medium & infimum, cōparatione illius tertij, terra sunt, quia terrenis conspiciuntur oculis. Illud autē, quod terrenis non conspicitur oculis, priusquam immutentur per gloriam resurrectionis, dicitur cœlum cœli. Iuxta illud Dauidicū: Cœlū cœli dño, terram dedit filijs hominum. Nonne ergo iam tunc usq; in infernū cecidit? Reuera, quamuis nondū in inferiorem missus sit. Iam iste locus, infernus est illi, respectu latitudinis illius domicilij sui quod dereliquit, respectu principatus sui quem non seruaui: & sub caligine tenetur uinculis æternis, quemadmodū Iudas Apostolus in epistola sua dicit: Angelos uero qui nō seruauerunt suū principatum, sed dereliquerunt suū domicilium, in iudiciū diei magni uinculis æternis sub caligine reseruauit. Petrus quoq; Apostolus id ipsum confirmat his uerbis: Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari.

¶ Quare diabolus, quare Satanas, & quare spiritus eius dæmones appellati sint. **Cap. XXVI.**

Recte igitur ex eo uocabulū sortitus est, ut uocaretur diabolus, quod primus ædit per scripturā David, loquens in spū: Constitue super eū peccatorē, & diabolus stet à dextris eius. Diabolus nāq; hebraice deorsum fluens, siue clausus ergastulo interpretatur. Porro uocabulum, de quo iam dictū est, scilicet Satanas, quod interpretatur aduersarius, cuius propter causam nois cecidit, & factus est diabolus, antiquior scriptura libri Iob primitus ædidit: Quodam, inquit, die cū uenissent filij dei, ut assisterent coram dño, affuit etiam inter eos Satan. Ex quo superbiere cœpit, ex eo Satan est, scilicet dei aduersarius, & ex quo ppter eādē superbiā, peccatus cecidit: ex eo dicit, & est diabolus. Tunc nāq; deorsum fluxit, & ergastulo clausus est: quia uidelicet in grande chaos cecidit, longe à sublimitate dei, & quasi in ergastulo tenetur, dū in aere depressus impossibile sentit esse, ut rursus ascendat illuc unde cecidit, imō futurū esse non ignorat, ut adhuc inferius præcipitetur, tradaturq; in inferno inferiori, scq; ad hoc in diem iudicij reseruari. Nec uero loco tantummodo deorsum fluxit, sed etiam intentione semper deorsum fluit. Semper enim uilissima quæq; appetit tā uilis nunc nebulo, q̄ gloriosus Archangelus primū extitit: Quod perpendat q̄ potest, ex eo q̄ in scriptura sacra spūs immundus nuncupari cōsueuit. Græce quoq; diabolus idē sonat, quod latine criminator siue accusator, & hic sensus ueraciter illi congruit pro causa duplici. Nam & omne crimen suum refert semper, & ab initio retulit in deū, sese iustū, deum uero audens dicerere iniustū, & fictis criminibus innocentia accusat electoz. Vnde & in Apocalypsi angelica uoce dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū dei nostri die ac nocte. Angeli eius græce dæmones, id est, scientes di-

Gen. 1

Luc. 4

Mat. 4

Cœli tres.

Psal. 23

Gen. 1

Cœlum cœli.

Psal. 113.

Infernus locus

Judæ. 1.

2. Pet. 2

Diabolus

Psal. 108

Satanas

Iob. 1.

Apoca. 12

Dæmones

ria uitae longissimae, partim per dei iussu angelica reuelatione. Hi corpora aereorum natura uigent. Ante transgressionem quidem caelestia corpora gerebant, lapsi uero (ut iam dictum est) per superbiam, in aeream qualitatem conuersi sunt.

¶ Quibus uerbis noue ordines angelorum in prophetis figurati sunt, & quod mali spiritus ultra resurgere non possint. Cap. XXVII.

AT contra beati illi spiritus, qui in creatoris sui dilectione sua manserunt, & in ueritate steterunt, uenerabilibus ordinibus distincti, & splendidis nominibus merito sunt decorati, ut alij uocentur & sint Angeli, alij Archangeli, alij Throni, alij Dominationes, alij Principatus, alij Potestates, alij Virtutes, alij Cherubim, & alij Seraphim. Isti noue ordines angelorum, lapides illi sunt preciosi, Sardius, Topasius, Iaspis, Chrysolitus, Onix, Beryllus, Saphirus, Cabuculus, & Smaragdus: quorum ut foramina, sic & tua preparata sunt in die qua conditus es tu Chrus extensus & protegens, sed non similiter ut istitu quoque in foraminibus tuis auri ligaturas receperunt, imo repulisti manu aurificis siue artificis Dei. Qualis auri ligaturas receperunt? Aurum est Verbum Dei, aurum illud est spiritus oris domini. Illo auro sic sunt ligati lapides preciosi, lapides igniti, ut in aeternum stent in ordinibus suis, & nullus ex eis unquam excidere possit. Hoc est quod psalmus canit: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Ipsi sunt lapides, ipsi sunt caeli. Lapidem propter aeternam stabilitatem, firmamque aeternitatem: Caeli propter inhabitantem in eis sanctam Trinitatem. Haec est iam uictoria Verbi Dei, quia contra principem malignitatis, ne cum illo caderent, sunt prauecti, & retenti per ipsum Verbum, per quod & fuerant conditi. Et raptor qui illos rapere nitentur, comprehensus est, & ingentis ruinae poenas dedit. Copleuit in his quod uoluit Verbum Deus: Verbum quod dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: & eodem Verbo suo diuisit Deus lucem & tenebras. Firmatum namque est iudicium, Et data est immutabilis sententia, ut Diabolus & Satanas lucis reuga nunquam amplius lux fiat, neque ullus apostatarum angelorum eius ad consortium lucis, id est sanctorum angelorum ultra resurgat.

¶ Falli eos qui opinantur angelos ante caelum & terram creatos. Cap. XXVIII.

B Reuiter nunc respondere libet quorundam opinioni qui opinantur, quod antequam caelum & terra fierent, statim fuerint angeli: Et quod aliud respondendum est, nisi quod huiusmodi opinio, neque scripturae alicuius testimonium, neque ulli rationis habeat firmamentum: Non enim ita scriptum est: In principio creauit Deus angelos, sed in principio creauit Deus caelum & terram. Deinde paucis interpositis. Terra autem erat inanis & uacua, & tenebrae erant super faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Tunc demum subiunctum est: Dixitque Deus: Fiat lux: & facta est lux. Lucem hanc, angelicam esse naturam nonnulli doctores, praecipueque B. Augustinus sentit, eiusque sensui non solum ratio uerumetiam, quod maius est scripturae uoluntas diligenter considerata ualde consentit. Quod si quis dubitare uoluerit, dicat ipse, cum locus extra caelum & terram nullus sit, angeli qui utique locales sunt & circumscripti, quo in loco esse potuerint, si ante creationem caeli & terrae fuerant conditi? Quod si arguitur, unde sint facti, qui tam gloriosi sunt & splendidi? Responderi utcumque potest, quod de aere substantia facti sint. Habent enim, & a doctoribus tacitum non est, eos habere corpora aereae quae tamen in sanctis angelis feliciter immutata sunt, ut dicantur & sint corpora caelestia. Porro apostate angeli, ab illa felicitate lapsi, rursus in aeream qualitatem conuersi sunt: nec aereis illius puriora spacia, sed caliginosa ista tenere sunt permisi, qui eis quasi carcer est, usque ad diem iudicii. Nonnullos forte hoc dicto contingit offendere, putantes non conuenire angelorum dignitati, ut de aerea substantia dicantur, uel credantur facti, cum tamen firmiter teneat, ut necessarium est, uerum corpus Christi de terrena substantia sumptum esse, quod super omnes angelos & super omnes caelos ascendit, & sedet nunc ad dexteram maiestatis in excelsis. Quis autem nesciat terrae mole siue substantiam elemento aeris multo grauiorem siue inferiorem, multoque seculiorem esse? Terra namque caeterorum quaedam fex elementorum est? Quis rursus nesciat genus humanum de limo terrae formatum, in resurrectione ad societatem & aequalitatem sanctorum perueniturum esse angelorum? lamque hominem ex eadem massa Iesum Christum, unam cum Verbo in beata trinitate personam, sedere & regnare super omnes choros angelorum? Nihil igitur putet beatis angelis quis derogari, si dicantur facti esse de aere, dum regem & dominum

minum ipsorum, quem ipsi adorant, constet corpus habere de limo terrae. Ad summum, ruina spiritu apostatae, quo (ut iam dictum est) de caelo in aerem modo lapsi sunt, eodem modo conuenit eos quod natura de caelo fuerint, sed aere inferiori deus illuc eos transtulerit, sicut hominem propter simile peccatum, sententia penae simili, licet multo clementiori comprehendit, scriptura dicente: Emisit eum dominus deus de paradiso uoluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Aequum profecto iudicium, ut uterque, quia gratiam perdidit, in illud reijceretur, unde exiit stendi initium sumpsit. Hic in terram paradiso deteriore: ille in aere caelo inferiore. Verumtamen hinc ommissis. In beatorum felicitate angelorum, primi huius libelli constituendus est finis.

¶ Angelos non ita creatos, ut proficere non potuerint, sed solum deum absque profectu, semper fuisse perfectum. Cap. XXIX.

F Imati uerbo domini caeli illi, nouemque (ut iam dictum est) ordinibus distincti, non parum profecerunt ad cognitionem creatoris sui, & eius per quod facti sunt uerbi, & dilatatis cordibus charitate pleni, laudauerunt laude incessabili tremendam fortitudinem eius, quam uiderant in iudicio & deiectione tanti aduersarii. Nam profecisse & proficere adhuc sanctos quoque angelos, constat in cognitione creatoris sui, testante Apostolo, qui cum praemisisset inuestigabiles esse diuitias Christi & dispensationem sacramenti absconditi a saeculis in deo, qui omnia creauit, subiunxit atque ait: Ut innotescat principatibus & potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Per ecclesiam, id est, per ea quae in ecclesia uel cum ecclesia deus homo factus egit, sponsum pro sponsa, passus, mortuus, & resurgens a mortuis, superato principe mortis. Innotescere dicit principatibus & potestatibus in caelestibus multiformem sapientiam dei, siue dispensationem sacramenti absconditi a saeculis in deo, qui omnia creauit, uidelicet ita, ut admirantes in uisitantem potentiam, dicant: Quis est iste rex gloriae? quis est iste rex gloriae? sed de hoc aliam: Nunc illud dicendum erat: quia non (ut nonnulli putant) tales creati sunt angeli, ut creatis illis, continuo nihil deesset totius perfectionis, quia profecto solus creator est, qui absque profectu perfectus semper fuisse uel esse credendus sit. Alioquin si ab initio creationis perfecti fuerunt angeli, & nihil defuit eis, multos consiliarios in caeteris operibus suis, deus habere potuit. Dicit autem scriptura prophetica: Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Apostolus quoque ait: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Nimirum sicut idem prosequitur, quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia, solus creator sciuit & fecit omnia. Angeli autem ubi ab ipso creati sunt, caeteris operibus spectatum admisi, quae bono & simplici oculo uiderunt, & non inuiderunt, sed laudauerunt sapientiam tanti artificis ad eius amicitiam digne sunt prouecti. Qui uero nequam habentes oculum, inuiderunt & oderunt, iuste repulsi, longaque sunt remoti.

¶ Angelos bonos, cognita in deiectione Satanae, fortitudine, in confirmatione sui, bonitate uerbi dei, in aeterna sanctae trinitatis laude prorupisse. Cap. XXX.

Sublato igitur, & terribiliter deturbato Satana siue diabolo cum angelis eius, continuo profectum hunc sancti angeli habuerunt, ut nouam diuinam laudis habentes materiam, nouum inciperet canere canticum. Fortitudinem namque creatoris in magna creaturae deiectione uiderant, gratiam & misericordiam creatoris eiusdem in semetipsis agnouerant, quam se, ne & ipsi corruerent prauectos fuisse non ignorant. Eiusdem quippe conditionis cum essent suam in perditione illorum salutem referuata, statimque retentum non leuiter appendere potuerunt aut possunt. Laxata sunt foramina lapidum preciosorum, laxata & dilatata sunt, plusque in semetipsis auri receperunt, grossiores atque fortiores insolubilis auri ligaturas admiserunt, & ad creatorem suum aeterno amore astricti sunt. Ex eo laudantes atque iubilantes tacere non possunt, sanctam trinitatem glorificantes, silentium non habent, nec habebunt in sempiternum. Vere ergo beati, quia uerbo domini sic firmati sunt, & spiritu oris eius sic firmata est omnis uirtus eorum, ut nullius unquam instabilitatis timere possint euentum. Haec est uictoria uerbi dei, daemonia in spiritu sancto iam tunc de caelo eicientis, quia sicut in ipso propositum fuerat, ita factum est, dum isti intellectuales caeli eius in ipso sunt firmati & in spiritu oris dei.

FINIS LIBRI PRIMI.

B 3 Rupertus

RVPERTI ABBAT. TVITIEN. DE VICTO
RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI
 LIBER SECVNDVS.

¶ Quid sit, quod dominus ad Ezechielem prophetam dixerit, fili hominis
 leua planctum super regem Tyri. Capitulum primum.

INTEREA DVM LAVDANTIVM ATQVE
 iubilantiū pro uictoria Verbi Dei, angeloz mens humana contemplati int
 tur, gaudiū & exultationē, ecce auditū facit, non leuiter attendendū uerbum
 ipsum factū ad prophetā, & dicens: Fili hominis leua planctū super regē Ty
 ri, & dices ei: Hæc dicit dñs deus: Tu signaculū similitudinis eius, plenus sapi
 entia, & perfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti, & c. Magna & mira uerbi dñi discipuli
 na, cuius præceptū est, ut tanti aduersarij ruinā irrecuperabilē plangat propheta. Nā & in
 cælo beatis spiritibus illis exultantibus pro ipsius uerbi uictoria planctū super eiusmodi cre
 aturā leuare iubebat, pro eo q̄ in illa fuisset inuenta iniquitas, & q̄ perdidisset iā uerbū ipsum
 perditione sempiterna: Nescit homo uiuens quid laudantes & iubilantes dicant angeli: &
 si quis audiuit quicq̄ ex eoz dicitis, nō annunciauit hominibus totū quod audiuit, quia dñs
 & illoz arcana sunt, & nō licet ea homini loqui. Veruntamē postq̄ in carnatū idipsum uer
 bū per crucē & sanguinē suū de eodē aduersario rursus triūphauit. Iā nō est cur debeat plan
 gi uel super eū planctus leuari. Antea uictor exercitus uerbi dei, uictrix cæloz militia ois,
 sic imperfectū habere poterat gaudiū, quomodo bello ciuili peracto, multisq̄ ciuibz perent
 ptis, pars uictrix plenariū nō potest triūphaliter uictoriaz suæ celebrare tripudiū. Habet etiā
 quod plangat, quia uidelicet tot uel tantis ciuibz amissis orbata ciuitas, diminuta est respub.
 Exemplum de sacra proferre libet historia.

Ezech. 28

2. Cor. 12

¶ Quemadmodum filij Israhel, deleta tribu Ben lamin, planxerunt:
 ita uerisimile planxisse sanctos angelos, diminuto
 ciuium regni dei numero.

Cap. II.

CVM pro scelere ciuitatis Gabaa, quæ erat in tribu Ben Lamin filij Israhel, cōmune
 cōtra filios Ben lamin bellū suscepissent, atq̄ semel & iterz frustra congressi, tertio
 tandē cōflictu ita uicissent & interfecissent eos, ut nō remanerēt ex eis, nisi sex cen
 ti uiri, uenerunt oēs in domū dei in Silo, & in cōspectu eius sedentes usq̄ ad uespē
 ram leuauerūt uocē, & magno ululatu cœperūt flere, dicentes: Quare dñe deus Israhel, factū
 est hoc malū in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur ex nobis. Rursusq̄ altera die cō
 surgentes, & holocausta dño offerentes flebant & dicebāt: Ablata est una tribus de Israhel.
 Non utiq̄ pœnitebat eos quod fratres suos uicissent & occidissent iure prælij, sed quod cau
 sa uel malū accidisset, propter quod sic oportuisset fieri. Deniq̄ inter ipsum ploratū, dñs con
 silij quærenter qualiter ablatā possent recuperare tribū, dixerunt: Quis nō ascendit in exci
 tum dñi de uniuersis tribubz Israhel? Et ecce inuenta sunt habitatores labe Galaad in il
 lo exercitu non fuisse. Miserūt itaq̄ decem milia uiros robustissimos, & præceperunt eis: Ite
 & percutite habitatores Galaad labe in ore gladij, tā uxores q̄ paruulos eoz, & tantū uir
 gines referuate. Sicut dictū, sic factū est: Non ergo fleuerūt, quod unā tribū deleuissent, sed
 quod causa euenisset cur ita facere merito debuissent. Iuxta hanc similitudinem non absur
 de uel incongrue credi potest priores sanctos fecisse angelos, id quod facere iubetur homo
 propheta, & uerbi dei auditor, scilicet leuasse planctum super illum regem Tyri, id est, prin
 cipem huius mundi. Ita ut gauderent quidem illo deiecto, factam esse concordiam in subli
 mibus dei, sed dolerent imminutam esse ciuitatem supernā, paucioresq̄ eē ciues regni dei.

Jud. 21

¶ Quare

RIA VERBI DEI LIBER .II.

Fo. X.

¶ Quare filius hominis iubeatur plangere principem Tyri.
 Cap. III.

CAUSA similis, & si non prorsus eadem, erat prophetæ uel cuilibet homini, ut leua
 ret planctum super lapsum primi hominis. Eo namq̄ per præuarcationem laben
 te, non partis aliquantæ detrimentum, sed totius massæ, totius generis humani cō
 stat euenisse interitum, ergo & hoc facere debuit, & facere iussus est propheta, sci
 licet, leuare planctum, siue assumere lamentum super genus humanum, dum dicitur illi: Tu
 ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum, & dices Tyro, quæ habitat in introitu
 maris, negotiationi populorum ad insulas multas, O Tyre, tu dixisti, perfecti decoris ego
 sum, & c. Tyrus namq̄ genus humanum uel præsens designat seculum, non solum propter
 suum & circumfluentiam aquarum, abundantiamq̄ negotiationum, uerumetiam propter
 sui nominis interpretationem. Interpretatur enim angustia. Et quid est humani generis præ
 sens uita, nisi misera angustia, & angusta miseria? Porro, ut leuaret planctum super regem
 Tyri, id est, diabolum, principem huius seculi, non eadem fuit causa homini quam fuisse iā
 dictum est, sanctis & beatis angelis. Cur ergo illum plangere iubetur, dicendo: Fili hominis
 leua planctum super regem Tyri? Quomodo plangere debet illum, cuius ruina non homi
 num, sed angelorum multitudines diminuit? Hominibus autem mansiones in cœlestibus
 ad quas ascendere, & quas possidere possint cadendo uacuas reliquit planē, non ociosa hæc
 inquisitio, & non inutiliter solui potest. Quod ut planius fiat, uidentum prius est, quis uel
 qualis ille planctus sit, de quo curare deceat deum, dicentem: Fili hominis leua planctum,
 planctus iste humilitas mentis & contractio cordis est, considerantis & uidentis opera do
 mini, quàm terribilis sit in consilijs, non solum super filios hominum, uerumetiam super or
 dines angelorum. Ille reuera utiliter plangit, ille planctum rationabilem leuat super regem
 Tyri, qui contrito corde, & humili spiritu scrutatur & perpendit quid sibi faciendum sit pul
 ueri & cineri, cum ille summus angelus tam magnus, tam sapiens, tam speciosus, ita terribi
 liter proiectus sit, pro eo quod creatori suo subditus esse noluit, tamq̄ uilis, tam fatuus, tam
 deformis sit effectus, ut iuxta ueritatem propheticam, Omnes qui uiderint eum, obstupe
 cant super eo. Quia nihil factus est, & non erit in perpetuum. Qui hæc perpendens humili
 ter animam suam sub potenti manu dei, uera humilitate, uero humilitatis spiritu, qui ubi cor
 tetigerit, utiq̄ excitat inenarrabiles gemitus. Ille reuera planctum leuauit super regem Ty
 ri, condolens sibi, quod uel de imitatione eius aliquid iniquum admisit, uel quod fieri
 pote st, ut admittat si nondum admisit. Ad hoc pertinet quod Psalmista dicit: Seruite domi
 no in timore, & exultate ei cum tremore, & quicquid huic simile personat in scripturis san
 ctis, per quod commonetur homo ut uigilans & ualde sollicitus sit, ne quando in superbiam
 elatus in iudicium incidat diaboli.

¶ Soli deo notum fuisse mysterium uerbi incarnandi, per quod restituendus esset
 numerus ciuium dei. Cap. III.

ET quidē sancti angeli detrimentū (ut iam dictū est) suæ multitudinis plangere pote
 rant in spū pietatis. Deus autē apud se in uerbo suo, in quo uita erat quicquid factum
 est, iam dudū habebat & uidebat quid esset factururus, ad gloriā & laudē nominis sui.
 Solus ipse nouerat, & cunctis angelis absconditū erat, quemadmodū apostolus, cū
 uidisset, quæ sit dispensatio sacramenti, addidit absconditi à seculis in deo, qui oia creauit, ut
 innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia
 dei. Quid erat absconditum, uel quale erat illud sacramentum? Nimirū ut summæ beneuo
 lentia largitas, largissima creatoris beneuolentia, de inope & abiecta terræ materia, quæ tūc
 sub aquis latebat, gloriosam & angelicā claritatē consimilē æderet creaturā, & uni personæ
 ex multitudine eiusdē creaturæ suam daret potestatem & honorem & regnum, nihilq̄ minus
 haberet creatura ipsa q̄ ipse creator omnium, totumq̄ reipub. eius obtineret imperium. Vere
 magnum pietatis sacramentū, quod tunc quidem (ut iam dictū est) erat absconditum nunc
 autē manifestū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est genti
 bus, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Nota est persona illa, quia non solum
 modo creatura, sed etiam creator est, id est, non solummodo homo, sed etiam deus est.

Ezech. 27

Tyrus.

Psal. 77

Ezech. 28

Jacobi. 4

Psal. 2

1. Tim. 3

Ephe. 4

1. Tim. 3

Elia. 14 Celsitudinē illā diabolus per superbā ambire præsumpsit, dicendo: Ascendā super altitudinē nubiu, & similis ero altissimo. At ille scilicet altissimus tantā præsumptionē repulit & dā nauit, non quod eandē suā celsitudinē rapinā arbitraretur, cuperetq; gloriari solus, sed quod sciret creaturā non posse humiliter sustinere tantæ felicitatis pondus, nisi creatura ipsa sic assumeretur, ut salua unitate personæ esset etiā creator, id est deus. Restanta tam mirabilis ingēti prælio decertata, tandē ad effectū peruenit, uictō & confuso diabolo, qui per audacissimā impudētiā semper nifus est auertere propositū dei. Et hæc est uictoria uerbi dei cuius prædicare triumphum præsens opus intendit, &c.

¶ Conditō mundo factum hominē, propter quem diabolus, contra uerbū dei certamen arripuit. Cap. V.

Gene. 2. Causa certaminis. Quid longius morer, positus est locus certaminis, & factus est homo legitima possessio dei, & causa totius certaminis hoc modo positus est: Dixit deus, fiat firmamentū, & factū est firmamentū in medio aquarū, diuisitq; aquas quæ erāt sub firmamento, ab his quæ erāt super firmamētū, dixitq; deus: Cōgregent aquæ quæ sub cælo sunt in locū unū, & appareat arida. Factūq; est ita. Istis partibus tribus, scilicet firmamēto, id est cælo, & cōgregationibus aquarū, id est mari, & arida, id est terra, locus effectus est, scilicet hic mūdus, & deinde ornatus est, ita ut recte uocetur cosmos in græco, quod ornatū sonat in latino. Dixit em̄ deus: Germinet terra &c. & germinauit herbā uidentē & afferentē semen iuxta genus suū, lignūq; faciens fructū, & habēs unūquodq; seminē secundū speciem suā. Dixit deus. Fiant luminaria in firmamēto cæli, & factū est ita. Dixit deus: Producant aquæ, & produxerunt reptilia animæ uiuentis, & uolatile super terrā, sub firmamento cæli. Dixitq; deus: Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ, secundū species suas, & factū est ita. Ut tandem esset homo, qui (ut dictū est) possessio dei totiusq; certaminis est causa, nō dixit deus: Fiat hmo, sed faciamus ait, hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. De ista parte creaturæ dei, id est, de humano genere qualiter pro illo uerbum dei certauerit, & per semetipsum uicerit, notæ planæ sunt historiæ sacris digestæ literis, non solū euangelicis siue apostolicis, uerum etiam legalibus & propheticis. Porro de alia, id est, angelica creatura, quale in cælo certamen fuerit, tandem notum est quantū ex eiusmodi sermonibus propheticis ualet agnosci, quos ex parte aliqua contingere siue explanare præcedentis libri ratio postulauit. Sacræ namq; scriptorū historiæ, imō qui per illū scripsit digitus dei, ea sufficere iudicans, quæ ad rationes pertinet generis humani ferē nihil de angelorū conditione, reprobatorūq; spiritūū præuocatione narrauit, nisi hoc tantum, quia dixit deus: Fiat lux, & facta est lux, & uidit deus lucē q̄ esset bona, & diuisit lucem & tenebras; appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. Quod de angelis esse dictū q̄ recte doctores præcipui senserint, hic prætereundū non esset, nisi quia iam in alio opere tractatū est, & alterius nunc incepti cursus nos detinet.

¶ Diabolū ueterē diuini nois ambitionē retinuisse, deū uero in proposito prouehendi hominis ad similitudinē suam perstitisse. Cap. VI.

Gene. 1. Exaltare solū Roma. Propositū uerbi dei. Pulcher locus, & pulchra facta erat possessio dei, ubi prius erat abyssus, & tenebræ super faciē abyssi. Erant autē hæc oia ualde bona per uerbū facta, quia (sicut iā prælibatū est) de singulis dixit deus, fiat, & factū est ita. Iuste igitur eiusdē uerbi, eiusdē dei debebant esse oia. Sed ò infinita diaboli ambitio, proiectus de cælo principatū arripere p̄sumpsit tyrānus furiosus in hoc mūdo, eandē q̄ppe spirās diuini nois audacitatem, qua dixerat in cælo: Sup̄ astra dei exaltabo solū meū, i. super omnē dignitatē sanctorū angelorū, & sic ero similis altissimo, saltē sic adimplere cupiuit audacię propositū, ut sup̄ hæc astra uisibilia, super solē & lunā & stellas leuaret nomen suum, id est, coleretur ab hoibus ut deus, sub noibus solis, lunæ, stellarū, & ætheris, & terræ, & maris, & uolucrū quoq; & quadrupedum, & serpētium. Hanc horribilem spirans ambitionem, tria simul intēdit, scilicet, ut & hominē in primis decipiens faceret sui similitē: Deinde ois creaturæ honore uel obsequio, quantum in se erat, spoliaret creatorē, & sibimet deitatis usurparet incōmunicabile nomē: Porro dei & uerbi eius hæc erat pia intentio, sanctumq; propositum, ut hominē faceret sibi consimilem, id est, suæ bonitatis imitatorē, suæq; diuinitatis capacem, ut homo inuisibilia ipsius à creatura

creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiceret, & conspiciens siue intelligens ipse quod natura non erat, gratia Deus fieret. Hoc intendens & proponens dixerat ipse, per magnam suæ bonitatis abundantia: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram, uidelicet ad imaginē in eo, ut esset creatura rationalis, ad similitudinē in eo, ut eēt imitator sui creatoris, & imitādo illum proficeret ad gloriam uisionis Dei. Sic propositū, & sic nunc tandem est impletum. Charissimi, inquit Ioānes, nūc filij Dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus, scimus quia cū apparuerit Christus, similes ei erimus, quoniā uidebitur mus eum sicuti est.

Roma. 1. Imago. Gene. 1. Similitudō dei. Joban. 3

¶ Diabolus impedire uoluisse propositum Dei, & cur Deus hominē præceptū posuerit. Cap. VII.

Hoc propositū ausus est inpetere, ut expugnaret Satanā idēq; Diabolus Verbi Dei, quod est ueritas, sempiternus aduersarius, ne fieret sicut p̄posuerat Deus. De duabus propositi eius dictionibus auferre intēdit unā, scilicet similitudinē diuinam. Duo quippe dicta fuerāt, uidelicet ad imaginē & similitudinē nostrā. Ita miserum reddere intendit hominē, ut ex deo solā retineret imaginē, nec attingeret similitudinē, tanq̄ diceret: Factus quidē sit homo ad imaginē dei, ut sit rationalis & æternus, sed mihi similis, sit dei cōtemp̄tor, meiq; imitator effectus. Cœpit prior facere deus quod suū erat, id est, cū creasset ad imaginē suā hominē, cœpit illū informare ad similitudinē suā. Sic em̄ scriptum est, & notādum diligētē, præmissō: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, ac subiuncto: Et creauit deus hominē ad imaginē suam; ad imaginē dei creauit illum, ubi de similitudine omnino tacitū est. Non em̄ creādo, sed in formādo perducit deus hominē ad similitudinē suam; post plura sequitur ita: Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradisi comedē, de ligno autem sciētia boni & mali ne comedas: In quocūq; em̄ die comederis ex eo, morte morieris. Hoc uerbum, hoc præceptum si custodisset, profecto ad similitudinē eius qui dixerat, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, bene formatus astitisset. Deus nāq; qui dixerat, faciamus, Trinitas est, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: Et impressio præcepti eius si fuisset admissa, tria formasset, quæ sunt charitas, spes, & fides, quæ nūc nō ab re doctrina Christiana sic reciprocatur, fides, spes, & charitas. Ad id quod dixerat, Ex omni ligno paradisi comedē; charitas debuit occurrere, ut diligeret homo deum sufficiētiam sibi offerētē magna largitate. Ad illud, De ligno autem sciētia boni & mali ne comedas, spes prompta debuit assurgere, ut cōsideret largienda sibi fore maiora propter obedientia subiectionē, ab eo qui iam gratis tām impēderat largitatem. Ad id quod subiunxit, In quocūq; em̄ die comederis ex eo, morte morieris, debuit adesse fides hominis, ut crederet uerbo dei tanq̄ ueritati. Hæc ergo tria si nō defuissent homini, iam tūc factus fuisset ad similitudinē dei, quoniam in his tribus haberet signaculum trinitatis.

Gene. 3. Gene. 3. Gene. 1. Trinitas. Trinitas. Imago. Fides. Spes. Charitas.

¶ Diabolus serpētem ingressum decepto homine, meruisse, ut iam dicatur serpens antiquus. Cap. VIII.

Egit ecōtra ille hostis dei, ut nō reciperet homo præceptum dei, ut sibi potius q̄ deo fieret homo similis. Serpētem nāq; ingressus: Cur (inquit ad mulierē) præcepit uobis deus, ut nō comederetis de omni ligno paradisi? ait illa: Ne forte, inquit, moriamur. Et ille: Nequa q̄, ait, morte moriemini: Sed cur præcepit? uultis melius nosse cur ita p̄ceperit? Ecce dico uobis. Scit em̄ deus, quod in quocūq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii, sciētes bonū & malū. Credidit mulier magis diabolo q̄ deo, magis serpēti q̄ creatori, & ambo comederūt, scilicet mulier & uir. Itaq; similitudinē dei perdidērūt, & ei potius facti sunt similes cui crediderūt, q̄ simile peccatū admiserūt. Propter quod em̄ peccatū ille cecidit de cælo, nisi q̄ dixit: Ascendā in cælū, & similis ero altissimo? Quid autē aliud in præuocationē illis præsumere persuasit dicēdo: Comedite, & eritis sicut dii: igitur quasi palmā de homine obtinuit aduersarius dei, & magnifice gloriabatur quasi uicisset & auertisset penitus propositū dei, ut puta dicēs in corde suo: Nō de? ad similitudinē suam, sed ego effeci hominē ad similitudinē meam. Ex eo qui prius causas habuerat, ut uocaretur diabolus & satanas, iam tertiam habet causam, ut adhuc alio nomine uocetur, scilicet, serpens antiquus. Hoc est illi opprobrium sempiternū, quod tali nomine censetur. Hoc illi ex

Serpens antiquus. Gene. 3. Elia. 14

illi exprobat uerbum dei, dei ueritas, quia pro admittendo tali sacrilegio serpentem ingressus est, uenenata totus ardens inuidia. Qui enim hoc intendens cum fuisset summus angelus, abiectum reptile ingressus est, ut suum mendacium de serpente in mulierem, de muliere in uisum serpente faceret, ad perditionem totius posteritatis, ad mortem totius generis humani, Nonne merito nomen serpentis hæreditauit?

¶ Quare diabolus serpens antiquus, deus antiquus dierum appelletur atq; prædicetur. Cap. IX.

NEc uero prætereundum, quod non solummodo serpens, uerum & cum adiecti-
one serpens antiquus cognominatur. Recte siquidem sic prædicatur, quia multo
uetustior est serpente illo uisibili animæ siue reptili, quem ingressus, & per quæ
locutus uenenum deceptionis effudit. Ille namq; sexta die mundanæ creationis in

Gene. 1. ter animantia cætera creatus est, dicente deo: Producat terra animam uiuentem in genere
suo, iumenta, reptilia, & bestias terræ secundum species suas. At ipse uidelicet diabolus q̄
Job. 40 uetustus est: ipse est principiu uiarum dicit, ait ipse deus ad beatum Iob. Multum ergo antiquus
Antiquus. ille serpens est: Attamen nõ sic prædicatur, uel prædicari debet antiquus, quo modo deus,
Ille namq; solus sic prædicatur antiquus, ut hoc ipsum adiectiuum uice proprii nominis pos-
natur, ut illic: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Item: Et ecce
Dante. 7 in nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit. Huius
Antonomasia. modi dictio per tropum ponitur, qui à grammaticis Antonomasia dicitur, uidelicet, cum
uice nominis, aliud quid insigniter prædicatur. Igitur serpens antiquus quidem, & ab initio
nocens & persequens, Antiquus inquam adiectiue dicatur. Solus autem deus, quia ab æter-
no & in æternum est, quia sine initio & sine fine est, proprie uel proprii nominis uice, anti-
quus dierum gloriose prædicetur. Talis uictor, ut sibi uidebatur, qualem & quam congru-
um suæ uictoriæ acquisiuit titulum: ut uocaretur extunc serpens antiquus, & diabolus &
Satanas, contra quod, deus dicitur & est solus antiquus dierum, & solus altissimus, & solum
uerbum eius ueritas.

¶ Diabolus (cum deciperet hominem) in eodem usum fuisse fraudibus,
quibus nunc Sophistæ utuntur. Cap. X

Sophistæ **P**Orro, uictoria eius in qua gloriebatur (ut iam dictum est) talis erat, qualis odibilis
Æquiuoca. Sophistarum esse solet. Nam per æquiuationes incautos & imprudentes, circū-
uenit in primis dicendo. Nequaquam morte moriemini, uolens intelligi mortem
carnis, quæ est separatio animæ & corporis: cū deus diceret: In quacunq; die come-
Gene. 3 deris ex eo, morte morieris, intelligi uoluerit mortem animæ à deo. Deinde dicendo: Ape-
rientur oculi uestri, apertionem oculorum ualde nequiter æquiuocauit. Est enim alia aper-
Aperire tio oculorum, qua cognitari erant confusibiliter se esse nudos. Et est alia, quæ illuminatio di-
citur ut nihil latere possit. Illum priorem modum apertionis oculorum, ille proditor intendit
hunc autem posteriorem, seducta mulier intellexit. Similiter æquiuoco dixit: Eritis sicut di-
se & suos angelos cogitans, quos intendebat generi humano ita ingerere, ut diuinam illis ex-
hiberent culturam. Ipsos autem intelligere uolens, quæque ut creator deus uera diuinitate
Gene. 3 dii fierent. Item dicens: Sciens bonum & malum: boni & mali cogitabat experimentum
Ipsos aut uolebat intelligere, scientiam omnium rerum bonarum siue malarum, scientiam
omnium inquam, siue præteritorum, siue præsentium, siue futurorum. Idcirco dicere noluit
it, scientes omnia, sed scientes, inquit, bonum & malum, ut dum cuncta euenissent contra
spem, sensumq; illorum, ipse nihilominus seipsum defendere posset tanquam ueracem, &
Ecl. 37 omnia uera locutum. Recte igitur sapientia: Qui sophisticè, inquit, loquitur, odibilis est, om-
nino defraudabitur. Nõ enim data est illi à domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est.
Cum hæc dicit, recte subaudimus, quemadmodum ille serpens antiquus, qui uere omni scientia
Ezech. 28 defraudatus est: Sic in eum per prophetam inter cætera dicitur: Perdidisti sapientiam tuam
in decore tuo. Sic enim quisquis eiusmodi est, ipse similiter quemadmodum ille serpens om-
ni est sapientia defraudatus: nec uere dici potest sapiens, sed maliciosus.

¶ Hominem non ex ignorantia, non ex infirmitate, sed
ex superbia peccasse. Cap. XI.

NEc uero tantummodo de uictoria gloriebatur, uerū etiā de iustitia, siue de iusta uic-
toria sibi met placebat, dei & hois inimicus nimis iniustus. Neq; enim inuitū, sed
uolentē hominē uicerat. Deniq; neq; de ignorantia, nec de infirmitate homo ex-
cusari poterat. Quomodo de ignorantia excusaretur, cui rem per semetipsum no-
tam fecerat deus: Quomodo de infirmitate, qui nullas corporis uel carnis suæ pugnas pa-
tiebatur? Ne saltē esuriret, sufficere poterant cætera oia paradisi ligna, quæ gratia largitoris
abundanter uno excepto tribuerat. Ex omni, inquit, ligno paradisi comede, de ligno autē
sciētiae boni & mali ne comedas. Restat ut p̄ superbiā & contēptū peccasse credat, nolendo
scilicet pati imperiū, nolendo recognoscere quod eundē quē creatorem & tam delitiosi para-
disi habebat largitorē, deberet habere etiā præceptorem & dominum. Ita esse litera quoq;
manifeste declarat. Cum enim dixisset dominus deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? nul-
lum subiectionis aut humilitatis uerbū respondit, sed hoc tantum dixit: Serpens decepit me,
& comedi. Adā quoq; nihil aliud respondit, nisi hoc: Mulier, quā dedisti mihi sociam, dedit
mihi de ligno, & comedi, profecto responsa hæc non consentientiū dño, haud & humiliū,
sed rebellium sunt & contumacium. Palam enim faciunt dicta hæc, quia non quasi per uim
capti, sed quasi transfugæ defecerat ab imperio legitimi dñi & creatoris sui. Igitur quodā q̄
dem iure genus humanum peruasor hostis extunc detinebat, sed nihilominus in ipsum tota
perditionis hominū causa redundat. Nec uerius iusta fuit eius uictoria q̄ eiusdem inuidentiæ
callida malicia, & maliciosa calliditas.

¶ Non dei proudentiā culpandam, sed creaturæ leuitatem accusandam, quā
consideratur, tam angelū q̄ hominem, non potuisse sustinere ma-
gnitudinē diuinæ beneficentiæ ne superbiat. Cap. XII.

Discipulant nunc usq; homines curiosi, & inquieti secretorū dei, scrutatores nimij,
scrutatores suspiciosi. Quare inquit: Deus omnipotens & deus oia sciens, nõ
præuenit, non precauit, ne illa cōtingerent? Si uoluit angelū in cælo, & hominē
permanere in paradiso, cur non præuidit, cur non prius effecit, ne uel angelus in
cælo uel homo peccaret in paradiso? O homo quisquis es qui uersas quæstiones huiusmo-
di, desine sic pulsare altitudinem maiestatis creatricis, magisq; pulsa & accusa leuitatem utri-
usq; creaturæ rationalis, scilicet tam angeli q̄ hoies, quia neuter ingentia dei beneficia susti-
nuit, uterq; grandia dei dona in materiam uertit superbiendi. Quid enim nisi bonū creatoris
donū in superbiā extulit tam hominē q̄ angelū. Illum in apice celsitudinis angelicæ consti-
tuit: istū patrem multitudinis hominū, multitudinis sanctorū, & dei filiorū esse uolens, in pa-
radiso collocauit. Nimirū magna utriusq; celsitudo, illius in principatu angelico, istius in pro-
pagando genere humano. Neuter pondus tanti honoris humiliter ferre potuit, utpote uter-
q; creatura leuis. Vnde autē leuitas utriusq; creaturæ, nisi ex propria cōditione? Et ut manife-
stus dictū sit, unde uterq; leuis, nisi quia de nihilo, uel de non existentibus creata est? Crea-
tus quidem est homo de aliqua materia, scilicet, de terra, sed ipsa terra de nihilo creata. Simi-
liter angelus de qualicūq; materia creatus sit, ipsa eius materia de nihilo creata est, quia ergo tā
angelus quā homo de nihilo creatus: creatura leuis est, & nisi ipsum, per quod creata est
uerbū dñi uerbū increatū, per amorē suscipiat, nullius ponderis est: nullū dei donū siue bene-
ficiū ferre potest humiliter. Quid ergo homo deū accusas, si cuncta dona sua creaturæ sub-
trahit, nihilq; confert, ne habeat occasionē superbiendi ipsa creatura, siue angelica siue huma-
na quid erit? Si autem omnia uni quæ cuilibet creaturæ conferat, nõ supportat creatura per-
elationem subuersa. Ecce comprobatū est ex duobus, scilicet ex summo angelo & ex hoie,
qui prior conditus & pater omnium fuit constitutus: quia principatum omnium nullus hu-
militer ferre potest, nisi deus increatus.

¶ Utile fuisse, ut reuelaretur per experientia quod nouerat deus p̄ scientia, scilicet non posse
principatū creaturæ humiliter sustineri, nisi à uerbo incarnato. Cap. XIII.

Comprobatū in quā est, hoc notū esse, ualde tam angelis quā hoibus electis utile
esse. Dicit enim Apostolus: Scimus autē quoniā diligentibus oia cooperatur in
bonū. Si oia, nonne inter oia tale experimentū cooperatur illis in bonum? Profe-
cto nõ parua coopatio ē bonū res gesta p̄ quā ad cognitionē creatoris eruditi sunt
& eruditi.

& erudiuntur usq; nunc. Scimus em̄, & adhuc discimus recolendo ista quæ nunq̄ oblitisci debemus, quia necessariū fuit, ut neq; angelus neq; homo quisquā principatū totius creaturæ adipisceretur, sed solus deus ipse, qui ueraciter dicere potest: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Plane & cū angelum summū in cœlo, & cum protoplastum collocaret in paradiso: illū super cæteros angelos, istū ut humani generis esset unus propagator sciebat apud se, neutrū posse in talis disciplinæ magisterio cæteris præsidere, ut diceret: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Sciebat in quā, sed non eo modo quo scire uultres, de quibus iudiciariam debet proferre sententiā. Exempli gratia: Sciebat quale peccatū esset Sodomæ & Gomorrhæ, & tamen dicebat: *Descendā & uidebo, utrū clamorē qui uenit ad me opere cōpleuerint, an non est ita, ut sciam.* Ergo modo quodā nouerat, scilicet per scientiam modo quodā nondum nouerat, uidelicet per experimentū. Ita & anteq̄ angelum sublimaret in cœlo, & humani generis propagatorem in paradiso nouerat, iam utrunq; per scientiā, sed nondū per experimentū. Noluit ante experimentum proferre iudicium, expectans ut noticiæ suę participes electos haberet, tam hoies quā angelos, quod ab experimento actū est, & utriusq; perutile est. Sed iam ad ipsū certamen & uictoriā uerbi dei secundum res gestas recolendam ordine accedendum est.

Datth. 1.

Gene. 18.

¶ Deum quasi dormiuisse, dū deciperet hoīem serpens, deinde excitatū, tanquā potentem crapulatū: à uino, percussisse inimicos suos. Cap. XIII.

Paululum quasi dormitauerat dñs deus, quodammodo dormierat, interim dū res accidit, qua se serpens ille uictorem esse, id est propositū dei auertisse putabat. Nisi em̄ dormitasset siue dormisset, nihil aduersarius eius efficere potuisset. Hoc ip̄m uidelicet eū dormisse dormitione quadā, propter quā solemus dicere: *Exurge, quare obdormis dñe?* scriptura innuit, cum dicit. *Et cū audissent uocem dñi dei deambulātis in paradiso ad auram post meridiē. Post meridiem nanq; deambulare ad aurā: consuetudinis humanæ est, ut post calidū soporem quispiā qui forte crapulatus obdormierat in aura tepida respiret, & corpus suū refrigeret ac releuet.* Dormierat ergo quadā dormitione, id est taciturnitate, permittendo serpentē accedere, mulierē colloqui cum serpente, uirū, quoq; mori pariter per inobediētā morte animæ. Porro ut sic dormiret deus, culpa hominis extitit, quæ deū neq; gratias agendo, neq; inuocando excitauit. Quid igitur à diabolo factū fuerat, nisi quoddā latrociniū? Quomodo gloriari solet fur cū furatus recesserit, sic ille deceptor ad horam gloriari pro scelere suo potuit. Verū sicut tempore longe posteriori factū & scriptum est: *Et excitatus est tanquā dormiens dñs, tanquā potens crapulatus à uino, & percussit inimicos suos.* Ita & de illo tempore recte dici potest. *Excitatus em̄ est tunc, tanquā potens crapulatus à uino, id est, tanquā negligens factus hominis propter ausum superbiæ, qua deo fieri similis ambierat homo.* Excitatus in quā est, id est requisitū perditū, & percussit inimicos suos, uidelicet serpentē, uirum, & mulierē. Quo percussit eos? Nimirū uerbo suo uerbo uictorioso, singulis quidē pro meritis, sed nō eadē animaduersione percussit. Nā quomodo percutit quis inimicū suum ut interficiat illum, ita percussit serpentem antiquum ut damnaet, imō ut damnationis sententiā confirmaret super eum. Et quomodo percutit quis filiū uel seruū suū ut corripiat eum, ita percussit superbientē hominem, ut ad humilitatem, quæ initium salutis est, reduceret eum.

Psal. 43. Gene. 3.

Psal. 77

Gene. 3

A quibus uerbis & quare serpentē, uirū, & mulierē increpauerit deus. Cap. XV. It em̄ ad serpentē: *Quia fecisti hoc, maledictus eris inter oīa animātia terræ: super pectus tuū gradieris, & terrā comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ uero dixit: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam, &c. usq;: Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluere reuerteris. Profecto neq; mulieri, maledicta es, neq; uiro, maledictus es, dixit: sed tantū hoc, maledicta terra in opere tuo. Cuius uidelicet terræ maledictio non aliud est quā multimoda & frequēs afflictio, quā per uarios euentus terræ ex eo corruptæ & deterioratæ affligitur homo. Soli serpenti dixit, maledictus eris, quo uidelicet dicto, firma & immutabilis intelligenda est sententiā æternæ dānationis, quā uis em̄ ita litera sonet*

Maledictio terræ.

sonet, ut de animante serpente possit intelligi, nihilominus tamen & multo amplius de serpente diabolo totū oportet intelligi. Alioquin quomodo pro maledictio uel pœna maledicti, reputabitur illi quod dictū est ei: *Super pectus tuum gradieris, cū hoc ipsum prius à natura habuerit, q̄ diabolus eo usus fuit ad perditionem hominis.* Magis ergo illi serpenti anti quo hoc positū est in maledictio, ut supra pectus suum gradiatur, & terram comedat cunctis diebus, id est, ut super homines eos tantum, qui ita terra sunt, ut non desiderent, aut respiciant cœlum, quærat & deuoret odio insatiabili, corde impœnitenti, ita datus in reprobū sensum, ut contra intentionē suam, semper bonū dei circa electos, dum impedire nititur, magis expediat, & adiuuet propositum, Quod est miro modo gradi super pectus proprium. Porro ad mulierem & ad uirū quæcunq; dicta sunt, etiā ipsa mors corporis quā imponens miserors deus, quia puluis es, ait, & in puluere reuerteris, uerba sunt corripientis & saluare cupientis, & iam tunc uias hominis auersi, sepientis spinis, ut saltem sola uexatio det intellectū auditui, memorēq; faciat hominē suæ conditionis, ut humiliatus corrigi possit & saluari.

Super pectus gradi.

Roma. 1.

¶ Quare prima promissio conterendi serpentis, quæ fuit caput uictoriæ uerbi, non ad mulierem, sed ad serpentem facta sit Cap. XVI.

Capitulum distulimus quod maximū est, & maxime ad præsentis operis rationem pertinet, uidelicet illud, quod ad serpentē post alia supra memorata dixit deus: *In inimicitias ponā inter te & mulierē, & semen tuū & semen illius.* Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. Quid primū in hoc uerbo gratiosa fides miretur, quid potissimū collaudet? Uerbi ueritatē, an uerbi & patris eius bonitatem? Vtrunque collaudet, utriq; digne prædicare desideret, quia uere magna bonitate sic elocutus est, magna & constanti ueritate locutio eius adimpleta est. Inimicitias, inquit, ponā inter te & mulierē, tanq̄ diceret: *Nunc mulier simul & uir tibi foederati sunt, tecūq; fecerunt pactū, & cū morte foedus percusserunt, ut pote quia à facie mea profugi atq; absconditi, dū requiruntur à me, quare hoc fecerint, cōtemnūt uocē cōmouētis, & defendēdo peccatū suū palam faciunt, quia tibi fauent, tibi cōsentientes tui amici sunt.* Ego aut̄ huiusmodi amicitias dissoluam inter te & mulierē inimicitias ponā. Cur hoc ad ipsam mulierē non dixit? Poterat nanq; ubi dixit mulieri, multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, &c. hoc ipsum sic ad eandē dicere: *Inimicitias ponā inter te & serpentē, & semen tuū & semen illius, cur ergo non dixit? Nimirū duplicem ob causam: primū, quia propter peccatū & peccati defensionem hoc mulier nō merebatur, ut iā tūc ad eam promissiones tales, promissioēs tātæ gratiæ faceret deus. Deinde quia nō ad ipsam Euam, sed ad alterā eiusdē sexus personā, uidelicet ad beatā uirginem Mariā intendebat ipse qui loquebatur. Recte igitur nō ad mulierē male meritam facta est auxiliatricis gratiæ promissio, sed potius ad serpentē hostilis & bellica cōminatio. Quid autē hoc dicto deus, nisi semetipsum in proposito suo manere uelle testabatur: Serpens nanq; insidiabatur ne fieret quod proposuerat deus dicēdo, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram. Vicisse & hoc propositū se auertisse gloriabatur. Deus autem eiusdē propositi sui uictoriam in potestate habens serpenti comminabatur.*

Gene. 3

Gene. 1.

¶ Per mulierē & semen illius intelligi quidē oēs electos, præcipue tamē, beatā uirginē Mariam, & semen eius, qui Christus est, sicut per semen serpentis, eos qui sunt ex patre diabolo, intelligimus. Cap. XVII.

E quidem principaliter beata uirgo Maria, mulier illa est, inter quā & serpentē inimicitias posituræ se dixit: & posuit deus, & semē illius, filius est ipsius, Iesus Christus. Veruntamē quoniā mulier, uniuersale fœminei sexus nomē est, oēs per mulierem intelligimus personas electas fœminei sexus, & per semē mulieris oēs personas electas uirilī sexus, quæ oīm uidelicet personarū utriusq; sexus Iesus Christus, cū eadē, ex qua factus est muliere, princeps & caput est. Quod si ratio quæritur, cur per semē mulieris personæ intelligi debeant sexus uirilī. A iunt, qui de naturis scripserūt, ex paterno semine puellas, & ex materno pueros nasci, quia duplici semine cōstat oīs partus, cuius maior pars in ualuerit, occupat similitudinē sexus. Igitur cū dicit: *Inimicitias ponā inter te & mulierem, & semen tuū & semē illius, oēs electos, tam fœminei q̄ uirilī sexus, per mulierē & semē illius intelligimus, Et ecōtra: Sicut per serpentem diabolus, ita & per semen serpentis oēs iniqui & maligni*

Gene. 3

C maligni

Genimina viperarum
Johan. 8 maligni hoies imitatores eius recte intelliguntur, licet nemine genuerit aut creauerit ille. Nam si iniqui & impij hoies, serpentis, id est diaboli semen non essent: nequaquam dominus diceret Iudaeis: Et uos quae uidiistis apud patrem uestrum facitis. Itemque, uos facitis opera patris uestri, profecto diabolus uolens intelligi. Sequitur enim protinus in eodem sermone: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Eorum qui tam constanter dicuntur semen serpentis, id est filij diaboli, causa ut nasceretur peccatum extitit, dicente deo ad mulierem: postquam peccauit consentiens diabolo: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. Porro illos qui intelliguntur per semen mulieris causa ut nascerentur extitit benedictio dei, qua ante praeuaricationem primis hominibus benedixit, sicut scriptum est: Masculum & foeminam creauit eos, benedixitque illis, & ait: Crescite & multiplicamini.

Hanc inimicitiam caput & initium fuisse bellorum domini, & quod sacra scriptura dicitur liber bellorum domini, & liber iustorum. Cap. XVIII.

Rum. 21. **C**apitulum hoc initium est libri bellorum domini, cuius Moyses hoc modo meminit: Siquidem Arnon, ait, terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorreos, unde dicitur in libro bellorum domini: Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Quis enim est ille liber bellorum domini, uel quae sunt bella domini? Constat nimirum ante ipsam, in qua hoc scriptum est, legem Moysi, nullos fuisse materiales uel manu scriptos libros bellorum domini, sed nec ulla nouimus bella alia domini, nisi illa, quibus extunc positus inimicitias inter mulierem & serpentem: Inter semen mulieris & semen serpentis haec uenus certatio est, & certabitur usque in finem saeculi. Et contritum est caput serpentis, & idem uidentibus cunctis praecipitabitur in die iudicij, quae uictoria est uerbi dei. Ergo liber bellorum domini uniuersa sancta scriptura est, cuius partem praecipuam, scilicet pentateuchon Moyses ipse scripsit, & caetera uolumina sacra ueteris ac noui testamenti scribenda esse non ignorauit cum esset propheta, qualis ultra non surrexit in Israel, sicut de illo scriptum est: Quem nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis. Et quis dubitet librum eiusmodi, scilicet sacra scripturam, librum esse uel recte dici bellorum domini? Quid enim aliud continetur uel agitur in scripturis sanctis, nisi bellum & certamen uerbi dei ad destructionem peccati & mortis. Dicitur autem eadem scriptura sacra, liber iustorum, scriptum est enim: Planxit autem Dauid planctum super Saul, & super Ionatham filium eius, & praecipit ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Idem enim est ac si dicatur: Quomodo male pugnatum fuerat propter Saul, quia uerbum domini non custodierat, praecipit ut docerent filios Iuda, in quo sperare deberent belli fortitudinem, quae intelligitur per arcum, id est, ut sic pugnare & uictoriam sperare discerent, sicut docet omnis liber iustorum, omnis textus scripturarum sanctarum. Igitur ab hoc initio libri iustorum, libri bellorum domini, quo sic deus edixit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Ab hoc inquam initio tanquam de monte excelso uirtutem contemplemur uerbi dei, descendentem uelut in campi planiciem aduersus maliciam siue mendacium diaboli serpentis antiqui, qualiter pugnauerit, qualiter uicerit atque triumphauerit, ut completo proposito suo, in quo benedicens primis hominibus in constitutione mundi, dicitur: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi.

Inter Cain, semen serpentis, & Abel semen benedictionis, dominum statim inimicitias posuisse, & Abel uictoriam uerbi sua morte figurasse. Cap. XIX.

1. Joban. 3 **P**rimum serpentis semen extitit Cain. Hinc Iohannes in epistola sua: Non, inquit, sicut Cain qui ex maligno erat serpentis, ergo semen erat, uidelicet imitatione inuidiae, non natura. Porro semen mulieris, semen benedictionis dei, primus extitit Abel. Semen autem mulieris dico, quia fuit non ex peccato, propter quod mulieri dictum est: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, sed ex bono benedictionis, qua ante peccatum benedicens & dicendo: Crescite & multiplicamini, nasci iusserat omnes sanctos. Inter hoc semen mulieris, & illud semen serpentis: Deus memor propositi sui, statim inimicitias posuit. Inimicitiarum principium illud extitit, quod a semetipsis dissenserunt studiis diuersis, imo contrarijs. Cain namque infidelis & agricola extitit, Abel fidelis & pastor ouium fuit, de quo Apostolus: Fide, inquit, plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit deo, per quates testimonium

testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo. Eo nimirum modo maxime deus inimicitias posuit, inter eos uidelicet muneribus, Abel testimonium perhibendo. Sic enim scriptum est: Et respexit dominus ab Abel, & munera eius: ad Cain in uero, & ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain uehementer, & concidit uultus eius. Inimicitias ergo inter utrumque deus posuit, quia respectus dei in Abel: Semini nequam inimicitiarum & odij causa extitit. Sed & illud considerandum, quia contra serpentem in ipsa oblatione sua, pius Abel uisibiles inimicitias exercuit, offerendo agnum simplex animal, & innocuum contra serpentem maliciosum atque nocuum. Sed quid euenit, qualis inimicitiarum tunc euentus extitit? Pium impius occidit, Semen bonum inuidia seminis nequam extinxit. Ecce initium bellorum domini. Hic primus ex facie uerbi dei, uictoria eiusdem uerbi, pie mortis praecursione declarauit.

Abel per iustitiam fidei, ad similitudinem dei factum, & hominibus mortuum, deo melius uiuere, imo loqui etiam. Cap. XX.

Ecce iam unum hominem de massa illa, cuius principia fuerunt Adam & Eua, iuxta suam prouexit intentionem bonam, quam proposuerat dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Iste enim non solum ad imaginem dei factus est, id est rationalis, quod non negatur etiam de maligno Cain, uerum ad similitudinem quoque eiusdem dei, in eo quod imitator eius extitit, per iustitiam fidei. Amplius autem in eo spectat, ad similitudinem dei, quod pulcherrimam in semetipso praetulit figuram uerbi dei, uerbi incarnandi, & per patientiam peracturi uictoriam peccati & mortis. Notum est alumnis sanctae ecclesiae, penes cunctis, quod dicimus, quia in Abel Christus, in Cain qui illum occidit, Iudaicus populus, qui Christum erat occisurus, in uoce & clamore sanguinis Abel, accusatio sceleris Iudaeorum inexcusabilium, in terra quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem Abel: Ecclesia quae sanguinem Christi, fideliter in sacramento bibitura erat, pia similitudine signabat. Non ergo uinci, sed uincere incipiebat uerbum dei, propositum dei, in morte iusti: Qui tunc reuera perfectus est, ad imaginem & similitudinem dei, quando tali modo decidit. Etenim hominibus quidem mortuus est, sed deo uiuit, deo loquitur, imo & nobis loquitur, & uerbum dei sonat sanguis eius. Nam & ipse deus: Vox, inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et Apostolus dei cum dixisset: Fide plurimam hostiam Abel obtulit deo consecutus, & persecutus, & per illam, inquit, defunctus adhuc loquitur. Nonne & hoc ipsum testatur in Euangelio dominus, qui cum de mortuis daret testimonium resurrectionis dicente deo: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: Protinus assumpsit dicens: Deus non est mortuorum deus, sed uiuorum: Omnes enim ei uiuunt. Ex abundanti est hoc astruere, quod omnium primus Abel mortuus hominibus, nihilominus uiuere deo, nisi quod delectabile est insultare serpenti antiquo, qui tam fatuus est, ut iam uictorem faciat deum in bono proposito, dum cupit ipse esse uictor. Quia quem fecit interfici hominibus, melius fecit uiuere hominibus & deo, uere super peccatum suum gradiens, idem nequissimae intentioni suae omnino contraria efficiens.

Generationem Cain qui erat semen serpentis, uelocius pullulasse, ciuitates & regna constituisse. Item, Cain reproborum, Abel autem electorum generationis principium fuisse, easque deinde secundum carnem conuptas diluuij uindictam meruisse. Ca. XXI.

Interea uelociter pullulabat semen serpentis, quod erat Cain, uidelicet secundum imitationem patris eius, id est, serpentis antiqui, ut puta homicidae & inuidi. Quia per inuidiam & ipse occidit. Velociter inquam pullulabat semen illud, iamque regnare propeperabat, condens ciuitates & oppida, sicut scriptum est: Et edificauit Cain ciuitatem, uocauitque nomen eius, ex nomine filij sui Enoch. Porro semen mulieris siue semen dei, tardius ueniebat, imo a radice perisse uidebatur, quando Abel non relicto semine, id est, nullos habens liberos, fuerat interfectus. Sciendum quippe est, Cain & Abel duarum generationum fuisse principia, quarum altera reproborum, altera electorum generatio est. Sunt quidem generationes istae, secundum carnem commixtae, sed hoc accidit per peccatum, quia cum coepissent homines multiplicari super terram, uidentes filij dei, filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Hoc ita contra dei statutum euenit,

sicut & illud, quod longe posterius filij Israēl, contra præceptū domini duxerunt uxores filias Chananzæorum. Ipsiq; filias suas, eorū filijs tradiderunt. Vnde & accidit, ut per mulieres subuersi, facerent malum in conspectu domini, seruiendo dijs alienis. Sic inquam & illud cōtra dei præceptum exitit, quod tunc filij dei, id est homines electæ generationis, filias hominum, id est, generationis reprobæ, cuius Cain erat principium, uxores acceperunt. Vnde & ita corrupti sunt, ut deus induceret diluuium, & deleter eos. Pœnitent enim, inquit, me fecisse eos. Cum igitur sublatus esset iustus Abel, quasi de uictoria tumidus serpens sibi plaudere debat, eo quod sublato bonæ generationis seminario, sola in mūdo pullularet generatio sua, generatio mala & adultera.

Gene. 6

¶ Electorū generationē, deleto Abel, tardius per Seth & Enos restauratā, non habere hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirere. Cap. XXII.

Gene. 4

Sed cognouit adhuc Adam uxore suam, ait scriptura, & peperit filiū, uocauitq; nomen illius Seth, dicēs: Posuit mihi deus semē aliud pro Abel, quē occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quē uocauit Enos: Iste cœpit inuocare nomē dñi. Ab isto ergo semine mulieris, altera generatio rectorū, quæ secundū carnē defecerat, in Abel resuscitata est. Vnde & congruū satis uocabulū posuit illi pater, ut uocaret eū Seth. Seth nāq; resurrectio interpretatur. Nimirum uel prophético spū, uel ab experimentis quibullibet Adā prædoctus est, ut sciret eū esse de patre deo, & per generationē eius implendū esse propositū dei, ut prædestinati nascerentur electi, & idcirco dixit: Posuit mihi deus aliud semen pro Abel, quem occidit Cain. Quanta mora fuerat anteq̄ resuscitaretur hoc principium bonæ generationis: Vixit Adam, inquit, centum & triginta annos, & genuit ad similitudinē & imaginē suā filiū, uocauitq; nomē eius Seth. Nimirū per tot annos Adā potuit genuisse filios & filias, nec solus Adam potuit genuisse filios & filias, nec solum Adam, sed & ipse Cain, qui iam ciuitatem condebat. Recte ergo & ueraciter sapiens dixit: Hæreditas ad quē festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit. Hoc em̄ nō solum in quolibet homine, uerumetiam in uniuersitate hominum, certis claret experimentis, quia uidelicet generatio Cain, id est, semē serpētis, & cum festinatione uenit, & cum festinationē ciuitates condidit. Generatio autem Abel siue Seth, semen dei, quod posuit deus pro Abel, & tardius uenit, & ciuitatem hic manētem nō habuit, sed futuram inquisiuit.

Gene. 5

Prover. 20

¶ Generationē filiorū dei, denuo per mulieres, callido antiqui serpētis cōsilio corruptam fuisse. Cap. XXIII.

Quid ageret, quo se uerteret ille serpens antiquus, dū semini suo cōtrariū semē dei multiplicaretur? Inuenit quid faceret, unde uerbū dei superare, propositūq; eius adhuc sese auertere posse sperabat. Sciebat quod per mulierē, uirū primū cepisset. At uero tūc multæ succreuerāt mulieres pulchræ & cōcupiscibiles, & uirū quamuis iusti, ab libidinē prouocantem, utpote de uiciata radice nati. Sciēs ergo ualere sibi ad mortis ipsorum prouētum, cōsortia mulierum alienarum, id est, earum, quæ de generatōe Cain exortæ sunt, egit ut fieret quod scriptura factum narrat, dicēs: Cūq; cœpissent homines multiplicari super terram, filiasq; procreassent, uidētes filij dei filias hoim quod essent pulchræ, acceperūt sibi uxores ex oibus quas elegerāt. Ecce primus effectus, primumq; experimentū, propter quod ueraciter de illo ad beatū Iob dictum est: Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius i umbilico uētris eius. Per luxuriam nāq; quæ uiris in lumbis & fceminis in umbilico est, rem tātā effecit, ut uirtuosus sibi uideretur, & potēs siue fortis. Quia secundū intentionem suam nō parum profecisse sibi uisus est, in eo quod filios dei, filijs siue filiabus hominum fecit cōformes, ut nulla uel parua esset discretio generatōis Cain, & generatōis Seth. An parum sibi uisus est fecisse, quum is, q̄ proposuerat dicēs: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, talem, tāquam diuersum proferret sermonem: Pœnitent me fecisse hoim: Sic em̄ scriptum est: Delebo, inq; hoim quē creauī, à facie terræ ab hoie usq; ad animatā, à reptili usq; ad uolucres cœli. Pœnitent me fecisse eos, Si ergo rite perpendis uanitatē serpentis blasphemī, leuitatēq; inimici præsumptuosi, haud dubium quā multum res illa magnos eius flatus auxerit, ut putaret se omnino auertisse propositum dei: uerbumq; eius fecisse uacuum ad ipsum reuerti.

Gene. 6

Job. 40

Gene. 1

Gene. 6

¶ Que

¶ Quo pacto sit intelligēdum quod deus dixit: Pœnitent me fecisse hoimē, & delebo hoimem quem creauī à facie terræ. Cap. XXIII.

Interim quid rogo est, quod uel scriptor de deo loquēs: pœnituit eū ait, quod hoim fecisset in terra? Vel quod ipse deus, cū dixisset: Delebo hoimem quem creauī à facie terræ, subiunxit: Pœnitent em̄ me fecisse eos? Si idcirco delere se dicit hoim, quia pœnitent eū fecisse hoim, cur uel unū tātoperere, tātōq; miraculo reseruat hoim, de cuius posteritate rursus multiplicentur homies boni & mali, & pauci quidem boni, multi uero mali. Valde repugnat hoc sensui, quem signare uidetur litera dicēs: quia deum pœnituit. Nec uero factū hoc solum repugnat, ne sicut sonat litera passiuā intelligatur dei pœnitudo. Verū etiam & alterius loci scriptura, quæ dicit: Quia nō est deus quasi filius hominis ut mutetur. Itemq; de pœnitudine ait: Nō flectetur, neq; em̄ homo est ut agat pœnitētiam. Si igitur deus nō quasi homo uel filius hominis est ut mutetur, & si pœnitudine nō flectitur (ut uerbigarā nec nūc quidem quādo dicit, pœnitent me fecisse hoim, uniuersum deleat hoim) qualiter in hoc dicto & loquētis ueritatem, & nō pœnitētis mutabilem seruabimus maiestatem? Hic primo sciēdum est, magnam eius quæ deo ascribitur, & eius quæ homini accidit, pœnitudinis esse distātiā. Homo nāq; cum sit mutabilis, aliquādo de malis uel iniustis, aliquādo de bonis quoq; & iustis actibus suis pœnitudinem gerit. Et neuter huius, id est, humanæ pœnitudinis modus, in sapiētē cadit. Sapiēs nāq; apud philosophos seculi ille esse cōceditur, qui neq; mali uel iniusti quicquam quod pœnitudo corrigat admittit, neq; bonū aliquod uel iustum quod gessit in prauum mutauit. Quod si talis pœnitudo in sapiētem nō cadit, quāto magis deo nūquam accidit: Ille nāq; nō nisi de bonis uel iustis nūquam pœnitudinē gessit aut gerere potuit, quia mali quippiā uel iniusti cōmittere nūquam potest aut potuit. Multū ergo à pœnitudine hois differt dei pœnitudo, quæ nimirū nō aliud est, nisi uel à misericordia ad iudiciū, uel de iudicio ad misericordiam trāsitiō. Nam istæ sunt uniuersæ uia: domini, misericordia & ueritas iudicij. Est autē quādo de misericordia trāsitiō ad iudiciū nequaquā pœnitudine flectitur, ut de iudicio rursus trāseat ad misericordiam, uidelicet, dū homo peccator cōtra deum permanet impœnitēs, ut idem Saul, de quo cū dixisset dñs: Pœnitent me, quod cōstituerim Saul regē. Postea Samuel cōtra eūdem loquitur: Porro triumphator in Israēl nō parcat, & pœnitudine nō flectetur, neq; em̄ homo est, ut agat pœnitētiam. Est etiam quādo post misericordiā, uel inter ipsam misericordiā largitatē, exercēs iudiciū, nequaquā tamē à misericordiā proposito ulla pœnitudine deflectitur: Exempli gratia, ut in Dauid, super quē post multā misericordiā, sauerū propter Vriam Ethæum iudiciū exercuit: nec tamē eūdem à facie sua proiecit sicut proiecerat Saul. Secundū hanc misericordiā & iudicij dispōsitiōnē, pœnituit quidē eū fecisse hoim. i. de misericordia, filijs dei impensa uel impēdēda, trāsiiuit ad iudiciū. Veruntamē eadē pœnitudine flexus nō est, ut bonum deleteret propositū propter quod fecerat hoim primum.

Pœnitentia del. Gene. 6

1. Reg. 15

Gene. 6

Pœnitentia del.

Sapiens pœnitendo.

Uia domini. Psal. 24

1. Reg. 17

2. Reg. 11

¶ Quid sit, quod Moyses de deo scripsit: Et præcauēs in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus. Cap. XXV.

Quid de hoc dicemus, quod nō solū pœnituisse, uerumetiam intrinsecus dolore tactū fuisse dñm, scriptura testatur? Sic em̄ scriptū est: Pœnituit eū quod hoim fecisset in terra, & præcauēs in futurū, & tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hoim. Dicit aliquis, more humano scriptura loquitur, quia loquitur hoibus. Ita esse cōsentimus. Veruntamē necesse est uerū esse, quod scriptura loquitur ueritatē: Dolor cordis dñm tactum fuisse pronūciat. Porro dolor quædam passio, de quatuor passionibus una, quarum hæc sunt noia: Dolor siue tristitia, gaudiū siue inepta lætitia, pietas siue timiditas, spes siue cupiditas. Has quatuor passioēs, imō uitia, pueri legimus apud poetam insignē dicētem q̄ breuissime: Hanc metuūt hoies, cupiūt, gaudentq; dolētq;. Cū ergo sit impassibilis diuinitas, offenditur quispiā, quoties pro re mētio fit huius loci, ubi dolore cordis intrinsecus deū fuisse tactū sacra narrat scriptura. Sed ecōtra, sciēdum, quia dolor alius gaudiū aliud, alia spes, alius timor, à sancta nobis scriptura prædicatur, quæ nō passiones siue uitia, imō summæ uirtutes à spiritualibus spūaliter intelliguntur. Est em̄ dolor, id est pietas, quam efficit spūs sanctus, unde & spūs pietatis dicitur. Est gaudiū fructus eiusdē spūs

Gene. 6

Affectus animi.

Affectus fidelium.

Sala. r sicut dicit Apostolus: Fructus autem spūs, est gaudium, &c. Est & spes primarū uirtutum media, sicut ait idem qui supra: Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc. Est & timor sanctus, uirtus & uirtutum custos, quem idem spūs sanctus efficit, unde & in ordine septem spirituum, sicut spūs pietatis, ut iam dictum est, ita & iam prædicatur spūs timoris domini. Non igitur offenditur fidelis animus tanquam inconuenienter de impassibili deo prædicetur, quod sicut litera sacra prædicat, dolore cordis tactus fuerit intrinsecus, quia reuera, sicut & alibi ueritas prophetica testatur: Deus est æmulator & ulciscens dominus. Nec omnino quispiam deum ueraciter imitatur, nisi sit particeps boni zeli uel æmulationis eius.

Naum. i. Quo dolore tactus esse dicatur intrinsecus. Cap. XXVI.

Dolor namq; cordis, quo tactus est intrinsecus, tam fortis, tam pius, & impassibilis deus, zelus bonus est, & idcirco non passionē, sed uirtutē dicimus dolere eius, ut uere est. Econtrario inuidia diaboli, per quā mors intrauit in hunc mundū, zelus malus est, & ille zelus passio magna & misera summūq; uitium est. Vtrunq; zelū diffinire libet. Zelus bonus est diligere homines, odisse autem hominum iniquitates. Econtra, zelus malus est odisse homines, diligere autē hoīm iniquitates: Et ille quidē dei est, iste autē zelus diaboli est. Deus namq; primus & præ omnibus diligit hoīem, odit autē hoīs iniquitatem. Imitantur autē hunc quicumq; hoīes proximos suos ita diligunt, ut odio habeāt & persequantur mala facta ipsoꝝ. Econtra, diabolus primus & præ omnibus odit hominem, & diligit hominis iniquitatem. Imitantur autē illum, qui hoīes uel fratres suos ita oderunt, ut eorū diligant iniquitatem, id est, nō diligunt nisi cōsentiant uel cōsimiles sibi fiant ad faciendum iniquitatem. Ita zeli oppositio contraria, diabolū deo cōtrarium, & hominibus constituit inimicum, & utriusq; zeli cōtinuum ab initio usq; ad finem seculi perseverat duellum, semper uincente zelo domini exercituum, semper zelo diaboli cadēte in cōfusionem & opprobrium. Diabolus in zelum amaritudinis, dum ad iniquitatem, quæ mors animæ est hominē allicere non potest, ad occidēdum corpus per ministros suos cōsurgit. Deus autē eum quidē a quo zelus eius recessit peccatoris uel impij, pro eo quod de iniquitate incorrigibilis est, & corpus & animā in gehennam mittit: Eum autē, pro quo zelari dignatur, punit temporaliter ne puniat æternaliter. De huiusmodi Apostolus: Dum iudicamur autem, inquit, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

1. Cor. ii. De diluuiō, imō tribus iudicijs dei. Cap. XXVII.

Poenitudine igitur & dolore cordis tactus intrinsecus, id est, bono zelo excitatus, quid dixit quid fecit dñs deus? Nō, inquit, permanebit spūs meus in hoīe in æternū, quia caro est, eruntq; dies illius centū uiginti annorū. Ac deinde ad Noe: Fac tibi, ait, arcam de lignis leuigatis. Ecce ego adducā diluuij aquas super terrā, ut interficiam omnē carnē, in qua uitæ spūs est subter cœlum. Vniuersa quæ in terra sunt, cōsumētur. Iudicium hoc uictoriæ uerbi dei pars magna, triumq; iudicioꝝ eius quoddā mediū est. Notum quippe est, tria tremēdæ maiestatis eius esse iudicia. Primum, quo diabolus & Sathanas ille de cœlo proiectus est. Secundū hoc, quo mūdus per aquam mūdatus perijt. Tertium quod in nouissimo die futurum est per cōflagrationem ignis. Et primo quidē soli angelis, secūdo soli homines iudicati, tertio tandem & homines & angeli sunt iudicandi. Itemq; primi pœna iudicij solis angelis, pœna secūdi solis hominibus, pœna tertij simul & angelis & hominibus pro sui qualitate cōueniens, uel sufficiens parata est, mira & terribili dispositione creatoris. Angelos quippe, & nō etiam homines aëris substantia uehit, in quem angeli demones facti, de cœlo sunt præcipitati. Econtra, nō angelorum uel spirituum, sed hominum uitam aquarum substantia suffocare potest uel potuit, quibus inundantibus tunc homines terribiliter sunt deleti. At uero substantia ignis, tam angelos, quàm hoīes urere simul poterit, ut testatur ipse dominus diciturum se, profitens malis hominibus: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Non igitur uane præmissum est, deū pœnituisse, & dolore cordis tactum fuisse intrinsecus, quia uidelicet tanti iudicij pœnam erat illaturus. Ipse est qui miserorum pœnis non delectatur, nec rursus potest negligens esse aut in iustus, ut peccata secundum modum cuiusq; non ulciscatur. Hinc ait ipse in euangelio: Nō possum ego a meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico. A seipso nāq; facit, & iudicat, quod

Barth. 27
Gene. 6
Deas pœnis miserorum nō delectatur.
Johan. r

quod audit is, qui merita rerum subuertit & inordinata relinquit: Verbi gratia, ut dicat bonum malum, & malum bonum, & pro fauore suo sicut iustum ita & iniustum dimittit impunitum. Hoc qui facere non audet homo utcumq; iustus est, qui autē nō uult, iustus & sanctus est, qui autē facere nunq; potuit, solus deus est, qui natura iustus est.

Quid sit quod dominus dixit, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Cap. XXVIII.

Quare autem facturus hoc iudicium præmisit, dicens: Non permanebit spūs meus in homine in æternum, quia caro est. Nonne & anteq; hoc diceret, auferebat spiritum homini deus, & deficiebant & in puluerem suum reuertebantur? Nōne & primo dixerat homini: Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris: Imō nōne idcirco emiserat eum de paradiso ne uiueret in æternum? Dixit em̄ cum ironia grauissima, dixit iam tunc dolore cordis tactus intrinsecus: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malū, statimq; subijunxit: Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno uitæ, & comedat & uiuat in æternum, emisit eum dominus deus de paradiso uoluptatis. Quid ergo sibi uult, quando filij dei, filias hominum uxores acceperant, illæq; genuerunt gigantes, id est, uiros famulos & potētes à seculo, quādo corrupta iam erat terra, omnisq; caro corruerat uitam suā, cū propter hoc uellet inducere diluuiū, quasi tunc primū decernēs dixit: Spiritus meus, id est spiritus à me datus, siue ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in æternum? Quid inquam, nisi omnibus seculis satis factum esse uult ab experimētis, quod sapienter, & utiliter, rationabiliter & misericorditer faceret, hoc ipsum quod hominem morte animæ iam mortuū, per peccatū, in corpore mortale esse noluit, edicendo illi, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, præueniendo illū, & eijciendo de paradiso uoluptatis, ne forte mittens manū, sumeret & comederet de ligno uitæ, & uiueret in æternū. Igitur cū dicit: Nō permanebit spūs meus in homine in æternū. Hoc eum intendere arbitramur, ut approbatus & laudemus bonū eius cōsiliū, quia uere quod hominē in animam mortuū uertit esse corpore immortalem, hoc fecit misericorditer nobis consulens, & sicut scriptū est, præcauēs in futurū. Quid em̄ si propter uitam longiusculam, qua tunc uiuebat, alius annos nongentos triginta, alius nōgentos quinque, alius nōgentos sexagintaduos, alius nōgentos sexaginta nouem, ut Mathulala. Si, inquam, propter tantulam uiuendi morā, quæ ad æternitatem cōparata, nec momenti quidem, uel puncti rationem obtinet, ita superbiebant hoīes uiri famosi, à seculo potentes atq; gigantes, id est, dei contemptū habentes, mente superbissimi, & carne corruptissimi, sicut ipsa scriptura semel & iterū atq; tertio, imō & quarto inculcans & replicans manifeste asserit, quid egissent uel quales fuissent, si se nūq; morituros esse scirent? Perpendat qui potest, quia reuera nec leuiter dictum est, præcauēs in futurū: nec leue fuit aut paruum, quod precauit deus impedimētum salutis suorum ad æternam gloriam prædestinatorum, cupiens bonū usq; ad uictoriā perducere propositū. Arbitrari namq; licet, quia non minus in hominibus q̄ in dæmonibus incorrigibile fuisse superbiam malū, addita corruptione carnis ultra miserā dæmonū, qui carnei non sunt.

Quare Noe accepta sentētia perdendæ uniuersæ carnis, nō intercesserit pro hominibus sicut Moyses. Cap. XXIX.

Propterea dicentē deum: Finit uniuersæ carnis uenit coram me, & ego disperdam eos cum terra, fac tibi arcam &c. Audit Noe uir iustus atq; perfectus, & tacet, nullamq; precē pro iniustis offert, ut deū teneat, ut iram eius suspendat: Exēpli gratia. Sicut eundē deū tenuit Moyses, dicentē sibi: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te gentē magnā. Hoc ille fecit, ut uere mitis & iustus, nullatenus ambiens, ut fieret ipse in gentem magnam, magisq; alijs quàm sibi consulens. Sed non proinde immitis aut iniustus Noe, qui cum pararet arcam cum filijs suis ad reparationem orbis terrarum, non intercessisse legitur aut elaborasse, ut iratum cunctis uiuentibus & cunctos delere uolentem, tenere posset eundem deum. Moyse namque alia in fide & dilectione cordis sui fuit causa, quàm ea, cuius solius sensus prebere uidetur litera dicens: Recordare Abrahamā, Isaac & Israël seruatorū tuorum, quibus iurasti dare terram hanc, &c.

Et seipso quipiam facere.
Gene. 6
Psal. 103
Gene. 3
Gene. 3
Gene. 4
Gene. 6
Exo. 33
Exo. 33

Nam ille non tantū attendebat multiplicationem seminis uel possessionem terræ Chanaan, quam tūc erant intraturi, quantū aspiciēbat ad honorem dei, salutemq; generis humani, ut esset deus uerax & uictor propositi. Iuxta illud: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Abraham nāq; promiserat, imò & cum iuramento repromiserat deus, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, quod est Christus: Et per os Iacob prædixerat spūs ueritatis, quod de tribu Iuda Christus foret nasciturus. Non, inquit, auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Si ergo minas impleuisset deus, cōtra populum illum dicēs Moysi: Dimitte me ut irascatur furor meus cōtra eos &c. non uideretur deus iustificari in sermonibus suis, uictoriamq; propositi peregrisse uerbum ueritatis. Moyses nāq; & si de genere Abraham, non tamen erat de tribu Iuda: ideoq; & si faceret eum deus in gentem magnā, ut de linea eius Christus nasceretur, nō omnino uicisset uerbum dei, quia non tribui Leui Christus, sed tribui Iudæ fuerat promissus, ut ex ea nasceretur. Igitur eūdem deū quem iratum uni genti Moyses fideliter tenuit: Noe uniuersam carnem delere uolentē, rationabiliter dimisit: Quia uidelicet, perditio multitudinis nihil impediebat uictoriā uerbi dei siue propositi dei, dummodo superest, uel unus ad suscitandum semen mulieris, inimicitias habitus contra semen serpentis.

¶ Quid sit quod scriptū est: Noe inuenit grām corā dño. Item: Noe uir iustus atq; perfectus in generationibus suis. Cap. XXX.

Hic unus tunc iustus erat, sicut de eo scriptura dicit: Noe uero inuenit gratiam corā domino. Item: Noe uir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis. Porro generationes eius, ab eo quē posuit deus pro Abel uidelicet: Seth nāq; genuit Enos & Enos genuit Cainan, & Cainan genuit Malalehel, Malalehel genuit Iareth, & Iareth genuit Enoch, & Enoch genuit Mathusala, & Mathusala genuit Lamech, & Lamech genuit Noe. Nā istæ generationes Noe, generationes erāt filiorū dei, & generationes Cain, generatiōes dicuntur filiorū hominū, cū scriptura sic dicat: Cumq; cœpissent homines multiplicari super terrā, filiasq; procreassent, uidentes filij dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Cum igitur in generationibus suis, id est generationibus filiorum dei, solus Noe iustus atq; perfectus fuerit, magna & dolenda demonstratur accidisse corruptio filiorū dei per cōmixtionem filiorū hominum, quæ eorum pulchritudo mentes & oculos cœpit, & sine dubio corda peruertit, sicut recentior tempore Salomonem quoq; sapientissimum, per mulieres alienigenas constat esse deprauatum. Vnus autem numero quid erat in illa tanta multitudine hominum, utpote diu uiuentium & multipliciter generantium. At tamen unus ille omnipotenti uerbo dei suffecit ad retinendam, siue perficiendam uictoriā suā palmam, ut nihilominus quandoq; perficeret bonum nostram. Quid enim erat coram deo omnis illa multitudo uirentis & florētis seculi, nisi fœnum & flos agri. Vere enim scenum est populus, Vere omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos sceni. Et sicut facile est scenum exiccari, & florem cadere uento flante, sic facile fuit uerbo dei, tantam multitudinem delere. Porro ipsum uerbum domini mans in æternum, obedientem sibi manere fecit hominem unum, gubernans eum per contemptibile lignum.

¶ Quod Noe quia seruauerat uerbum dei, idē a uerbo seruatus sit. Cap. XXXI.

Pta ergo iam tunc sibi dixisse deum: Quoniam seruasti uerbum patientiæ meæ, & ego te seruabo ab hora tentationis quæ uentura est in orbem uniuersum, tentare habitantes in terra. Multum em̄ attinet, ad laudē uictoriosi uerbi dei, quod obseruator eius propter hoc ipsum, quod illud seruauit, seruatus est ab hora tentationis, imò a toto anno iudicij, id est, diluuij quod per totum annum terram uniuersam occupauit. Quod erat illud uerbum patientiæ dei: Ecce, inquit, ego adducam diluuij aquas super terrā, ut interficiam omnē carnem, in qua spūs uitæ est subter coelum, &c. Hoc uerbum reſte dicitur uerbum patientiæ dei, quia uidelicet postquam hoc uerbum dixit deus, adhuc diu patienter sustinuit. Anni fere centum interfluxerunt ab hoc dicto, antequam inundaret diluuiū, & illi credere nolentes, & in impietate permanentes, patientiā dei contemnēdo, iram sibi

sibi irreuocabilem thesaurizauerunt. Hinc Petrus apostolus: Qui increduli, inquit, fuerant aliquando, expectabat dei patientia in diebus Noe cum fabricaretur arca. Vigilanter itaq; attendenti liquet, quod longa & magna fuerit patientia dei, & quod ueraciter ille uir iustus atq; perfectus, seruauerit uerbum patientiæ dei, uidelicet centum (ut iam dictum est) annis fabricando arcam, Irrisiones & forte multa difficilia sustinens ab incredulis dum annunciat ret uerbo & opere, inundaturas super omnem terram aquas diluuij. Deniq; cum quingentorum esset annorum, locutus est ei deus: Fac tibi, inquit, arcam de lignis leuigatis, Et eadem scriptura teste, sexcentorum erat annorum, quando diluuij aquæ inundauerūt. Quam tuos putas tanto tempore fluctus hominum sustinuit, si prophetae suis quisq; temporibus per uerbum domini præsciendo plagam quamlibet imminentem sic offenderunt, ut de uita quoq; periclitarentur? Vnde & dicit quidam illorum: Formido & laqueus facta est nobis uaticinatio & contritio, cui incredibile uidetur iustum illum multum offendisse fabricando arcā & futurum prænunciando diluuium, per tot annos apud superbos & gigantes illos, in illo recenti seculo, ceruicoso nimis atq; luxurioso: Igitur quomodo seruauit uerbum patientiæ dei, & ipse deus siue uerbum dei seruauit illum ab illa seueritate iudicij, miraculo magno & congruente eius fidei: Sicut em̄ corruptionem fluctus, quibus omnis caro corruperat uiam suam, mente euicit, & laudem iustitiæ siue perfectionis habere meruit, ita & aquas diluuij uehementer inundantes per contemptibile lignum superando, seculis omnibus innotuit.

¶ Quod dominus propositum suum satis declarauit toties benedicendo hominibus. Cap. XXXII.

Post illud iudicium, uerbum dei suos in mundo præcones & notos & insignes habuit, imò ut haberet, effecit, quorum primus idem Noe cum filijs suis benedictionem eandem accepit, quam dudum deus edixerat, quando primos homines mascululum & fœminam creauit. Sicut em̄ tunc illis benedixit deus & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, sic & post diluuium residuis istis eodem uerbo benedixit. Sic deniq; scriptum est: Egrede, inquit, de arca tu & uxor tua, filij tui, & uxores filiorum tuorum tecum, cunctaq; quæ sunt apud te educ tecum, & ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam. Ac deinceps: Odoratusq; est dominus odorem suauitatis, & benedixit Noe & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & implete terram & sit terror uester ac tremor super cuncta animalia terræ. Deinde tertio: Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Trina uerborum eorum dem repetitio, magna est propositi dei cōfirmatio, quod proposuit in uerbo suo,

sciens & præsciens atq; prædestinatos habens omnes sanctos atque electos suos, quos nasci uolebat sibi de genere humano, quantis meritis crescere, quanto numero multiplicari haberent extunc usq; in finē seculi, quando

& congregatis illis ad dexterā suā dicet ipsum uerbum incarnatum Iesus Christus uictor propositi: Venite benedicti patris mei, possidete regnū quod uobis paratū est à constitutione mūdi.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Moyses unigeniti dei iratum remittit, quē Noe uniuersam carnem delere uolentē rationabiliter dimisit.

Ad retinendū uerbum dei unius suffecit.

Dulca ad dei uerbi uictoriosi si laudē attinet

2. Pet. 3. Patientia dei magna.

Gene. 6

Gene. 7. Primos homines sustinuit hominum fluctus

Præcones suos in mundo factos det. sibi habuit Gene. 5. Gene. 1.

Gene. 2. 9.

Ibidem.

Sanctos atq; electos in mundo nascituros, proficere meritis deus iubet.

Matth. 25

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI LIBER TERTIVS.

¶ De tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iaphet, & quid sit, Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Capitulum primū.



Gene. 9
Tabernacula
Sem quid des
figuent.

Gene. 11.

Heb. 11.

DVNC IAM SERMO PER COMPENDIVM CVR
rens, videlicet omissis mysteriorū siue allegoriarū longis itineribus, magnisq;
circuitibus devenit ad tabernacula Sem, dicente patre Noe: Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Porro tabernacula Sem adoptionē filio-
rum dei, & gloriā & testamentū & legislationē, & obsequiū & promissā intel-
ligimus, quæ omnia data sunt semini Abraham, qui fuit de posteritate Sem. Sem quippe ge-
nuit Arfaxat, Arfaxat genuit Sale, Sale genuit Heber, Heber genuit Phaleg, Phaleg ge-
nuit Reu, Reu genuit Saruth, Saruth genuit Nachor, Nachor genuit Thare, Thare ge-
nuit Abraham. Tabernacula ergo Sem, beneficia dei sunt iam dicta, quæ præstitit deus
semini eius Abraham ueniēti ex posteritate Sem, & recta illa beneficia intelligimus per taber-
nacula, quia videlicet Abraham & cæteri patres per quos uel cū quibus illa sunt administra-
ta, manentem hic non quærentes habere ciuitatem, & illam expectantes, cuius artifex & cō-
ditor est deus. In tabernaculis habitabant confitentes, quia peregrini & hospites sunt super
terram. Ad hæc igitur tabernacula Sem sermone deducto ingrediendum est, & reueren-
ter aspiciendum, qualiter uerbum dei peregrinationem nostram subiens, exinde militauerit
contubernales non dedignans habere homines, per quos omnem militiam nostræ salutis
ordinaret, tandiu cum illis commorans & per eorum uoces sonans, donec ex ipsis quoque
carnem assumens bellator atq; princeps belli totius, ipse ad publicum contra serpentem an-
tiquum procederet.

¶ De confusione linguarum, natiuitate Abraham, & secūdo promissionis uerbo
quod in semine eius benedicendæ essent oēs gentes. Cap. II.

Gene. 10.

Gene. 11.

Gene. 10.

Diuisæ linguarū
Gene. 11.

Lingarum
confusio.

Gene. 12.
Abrahæ re
promissio

Gene. 22.

DIUISÆ IAM ERAT INSULÆ GENTIŪ IN REGIONIBUS SUIS TAM A FILIJS IAFETH & FILIJS SEM Q̄ &
A FILIJS CHAM. Enumeratis quippe filijs Iafeth, statim subiunctū est: Ab his diuisæ
sunt insulæ gentiū in regionibus suis, unusquisq; secundū linguā suā, & famili-
as in nationibus suis. Item, enumeratis filijs Cham: Hi filij Cham, inquit, in na-
tionibus & linguis & generationibus, terrisq; & gentibus suis. Deinde enūeratis filijs Sem
secundū cognationes & linguas & regiones in gentibus suis, statimq; præmittens: Hæ fa-
milie Noe iuxta populos & nationes suas: Ab his, inquit, diuisæ sunt gētes in terra post di-
luiuū. Quā autē ob causam in linguas dissonas eadē gentes diuisæ sint, cōtinuo scriptura nar-
rat, uidelicet q̄a facere ciuitatē & turrim, cuius culmen ad cœlū pertingeret, uolebāt per ni-
miā superbiā, quā ibidē scriptura denotat nominādo illos filios Adā, ait em̄: Descēdit autē do-
minus ut uideret ciuitatē & turrim quā ædificabāt filij Adā. Illic cū dicit, filij Adā, procul
dubio subintelligendū est, ac si diceret, imitatores Adā, qui dei similitudinē appetiuit, non p
uerbi dei obedientiā, sed per mentis suæ superbiā. Illa diuisio siue cōfusio linguarū accidit in
diebus Phaleg, qui & idcirco appellatus est Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, ut iā
dictū est. Anni ferē centū nonaginta successerunt post illā diuisionē linguarū hominum, &
natus est Abraham, ad quē incarnationis suæ desiderabilē fecit promissionē unicū & indiuisi-
bile dei uerbū, dicēte deo ad illū: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo pa-
tris tui, & ueni in terrā quā monstrauero tibi, faciāq; te in gentē magnā, & benedicam tibi, &
magnificabo nomē tuum, erisq; benedictus, atq; in te benedicetur uniuersæ cognatiōes ter-
ræ. Siue ut alibi dixit: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.

¶ Quod confusio linguarum abscondendo diuinæ promissionis
thesauro profuerit, Cap. III.

Hinc

HINC ILLUD DICERE LIBET, quia sicut Apostolus ait: Omnia diligentibus deū cooperan-
tur in bonū: sic & illa confusio linguarū, & sanctis patribus ad quos factum est hoc
uerbum, & ipsi deo dei uerbo cooperata est in bonum. Oportebat em̄ pro tempo-
re, ut fieret occultum tale mysterium, neq; super eo disceptaretur, per publicū, quia
dignus eo non erat mundus, fere totus ubiq; lasciuens & petulcus, nimirumq; ferox atq; su-
perbus, quamuis recenter seueritate inundantis diluuij percussus, & usq; ad paruas reliquias
una strage consumptus. Oportebat, inquā, interim manere occultum talem, tantæ promissio-
nis thesaurum. Primo, ne peregrini illi, quibus hoc bonū erat creditum, iam tunc inuidiā
intolerabilem paterentur. Deinde, ne diuinæ uocationis & supernæ spei margarita, ante
porcos missa conculcarentur. Sic erat uerbo dei pro sanctis patribus ab hominū impiorū uel
secularium inuidia cauendum, quomodo cauetur pro radice nouella, dum adhuc unicum
uix uirgultum protulit, unde bonum speras uel desideras fructum. Sicut enim extirpatio ra-
dicis spem fructus percipiendi præcidit. Ita patribus si intemptiua fuisset à persequentibus
illata iniuria, mortis facultatem præpediisset implendæ promissionis. Idcirco uerbū ipsū
futuræ carnis suæ patres custodiuit, testante psalmo, cum dicit: Non reliquit hominem no-
cere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite
malignari. Et quid ad cautelam istam tam idoneum, quā præmissa cōfusio linguarum?
Et quidem expedierat & utile fuerat, quod ubi deus confudit linguas, turrim illam ædificā-
tium, non audiuit unusquisq; uocem proximi sui, & ædificare cessauerunt: Sed magis expe-
dit, ut illiusq; fuit, quod gentibus ignorantibus præ confusione linguarum, sancta scriptu-
ra turris uera & uere pertingens usq; ad altitudinem cœli construenda erat, sacramenta con-
tinens iam dictæ promissionis.

Roma. 8

Dei mysteriū
occultum ma-
nere oportet
dum erat.
2. Cor. 12.7

Psal. 104

Ad dei myste-
rium celādam
linguarum con-
fusio idonea

*

¶ Quod mysteria dei, non solum ex teris per confusionem linguarū, uerum etiam
indigenis Israelitis per ænigmata & figuras abscondita fuerint. Itē,
de trium linguarū literis inuentis. Cap. III.

NVNQUID UERO & IN SOLA MULTITUDINE SEMINIS ABRAHÆ, ISAAC, & IACOB, quæ uide-
licet multitudo duodecim tribuū, gens una uel populus unus extitit, defuturi erāt
homines eiusmodi, homines indigni æquæ ut gentiles uel incircumcisi, quibus
manifeste deberet ostendi sacramentum uerbi dei? Non utiq; defutura erāt, imō
futurum erat, ut in illa gente carnaliū multitudo, sua insipientia paucoꝝ spiritualiū fatigaret
sapientiā: futurū hoc non ignorabat deus ipse dei uerbū, dum sicut ad salutē nostrā necessa-
rium erat, suū per scripturā legis & prophetarū uellet hominibus præsignare cōsiliū. Re-
de igitur non solū in una lingua sese abscondit uerbum dei, uerum etiam in eadem lingua, quæ
cæteris erat ignota gentibus, dicta uel decreta sua sic temperauit, ita similitudinibus uel figu-
ris obumbravit mysticis, ut uix pauci, uix soli spirituales percipere possent quale haberet cō-
siliū, quali ordine recuperare intenderet salutē mundi. Propter hoc primū literæ sunt, ut
uidelicet in eis & per eas significaretur, & usq; ad tempus clauderetur atq; signaretur uerbi
dei mysteriū, uenturi ad expugnandum generis humani inimicum, per assumptæ carnis &
passionis suæ sacramentū. Primarum, id est, Hebraicarū ista reperendarum erat & fuit cau-
sa literarum. Primo namq; literæ hebraicæ per Moysen repertæ, & Hebræis traditæ sunt.
Secundo græcæ, quas Græcis Cadmus tradidit, quo tempore dux Othoniel filij Israel p̄-
erat. Tertio loco trium linguarū principalium, iunior Latina lingua, literas habere cœpit,
quas Carmentis reperit, quo tempore populū Israël iudicabat Iair. Et illæ quidem iuniores,
græcæ & latinæ literæ ob humanas res significandas repertæ, quandoq; ad diuinas res sig-
nificandas gratia dei sunt admittæ. Primæ autē, id est Hebraicæ ad significandas res diuinas
repertæ uel traditæ sunt. Nunc uero ad ordinem redeamus.

Literæ quare.

Literæ hebrai-
cæ, & græcæ, la-
tinæq; unde ex-
ortæ.

Judi. 7.
Literæ hebrai-
cæ ad quid res
pertæ.

¶ Quod serpens antiquus propter uerbū promissionis, contra Abraham, Isaac &
Iacob, inuidia quidē motus sit, nocere tamē eis nō potuerit. Cap. V.

PROMISSIONE BEATI SEMINIS FACTA AD PATRES (ut iam dictū est) quomodo ille serpens an-
tiquus quippiā inde cognouit, imō quomodo nō cognosceret ipse callidus, & de re-
gno suo, de regno mūdi huius male sollicitus. Circūibat em̄ terrā, & perambulabat
eam tanquā fortis armatus, custodiens atriū suum, attēdens, ne quid forte cōtra suū
princi-

Job. 1.
Lucæ. 11.

principatū suboriretur, secundū illud quod audierat dicentem sibi deū: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semē tuū & semen illius. Hinc etenim requisitus est sub eisdē fere tēporibus à domino dicente: Vnde uenis Satan? & respondēs ait: Circūiui terrā & perambulauī eam. Et dñs ad eum: Nunquid ait, cōsiderasti seruum meū Iob, quod nō sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timēs deum, & recedēs à malo? Erat autē Iob de stirpe Hus primogeniti Nabor fratris Abrahā, cuius uidelicet Hus, scriptura libri Genesios hoc modo meminit: His ita gestis, nunciatū est Abrahā, q̄ Melcha quoq; genuisset filios Nachor fratri suo Hus primogenitū & Bus fratrem eius. De stirpe Bus Heliubuzites dictus est, qui & in libro Numeri Balaam nominatur. Porro iā dictus Iob in terra Hus, qui fuit (ut iam dictū est) ex Nachor primogenitus, Dinā quoq; filiaē Iacob (ut Philo perhibet) extitit maritus. Istum cōsiderauerat Satan circūeundo terrā, & perambulando eam, quod esset homo simplex & rectus, ac timēs deum, & recedēs à malo. Quomodo ergo nō etiā cōsiderasset Abrahā, Isaac, & Iacob fidē promissionis habētes, & propter illam spem, peregrinādo de gente in gentē, & de regno ad populū alterū pertransseuntēs? Plane cōsiderauit istos & sciuit eē ciues regni dei, regno suo cōtrarios, & de ipsis semen mulieris percepit fore nasciturū suo fermini contrariū. Sed quid ageret? Quomodo bonam radicem illam corrumpere, aut quorū per manus hominū extirparet? Verbū dñi frequenter illos uisitans, & intus fidem illorū in corruptā custodierat, & foris pro eis reges corripiebat, hominemq; eis nocere nō relinquebat. Et Abrahā propter pulchritudinē Sarā, Isaac propter pulchritudinē Rebeccā, & Iacob propter benedictionē quam surripuerat fratri suo mori timuit, idēq; propter Laban de Mesopotamia fugit. Sed (ut iam dictū est) uerbū dñi quemq; eis nocere non permisit. Nolite, inquiens, tangere Christos meos, &c. Ita contigit, ut nunquā eis nocere praeualeret inimicus, nullum ex eis siue in anima, siue in corpore laedere posset ille serpens antiquus, &c.

¶ Quod Ioseph deinde, primos serpentis insultus per fratres propter somnium exceperit. Cap. VI.

Vluente tamē patre Iacob, primos serpentis diaboli assaultus Ioseph sanctus excepit, & in illo accrescēte filio, aspectu decoro, pater pius nō nihil passus est, quia patenti paterno corde vulnerato compassus est. In illum adolescentem totos maliciae suae impetus ille inuidus intorsit. Verū tamen non est factum quod uoluit, ad quod fratres ipsius per inuidiam concitatos ut facerent animauit, sed factum est quod deus uoluit siue dei uerbū, quod cū illo & in illo fuit, sicut scriptū est: Quia eloquiū domini inflammauit eū. Quid em̄ serpens ille fieri uoluit? Nimirū uoluit illum occidi, & ex illa uoluntate eiusdem diaboli homicidā, ex illius inspiratione uox illa processit ut uidentes eū dicerent fratres sui: Ecce somniator uenit, uenite occidamus eū, & mittamus in cisternā ueterem. Quid autē deus uoluit? profectio quia uocaturus erat famem super terrā, & omne firmamentū panis contere habebat, uoluit mittere ante eos uirū hunc, & potius in seruū uenundari, q̄ occidi Ioseph, ut humiliaretur quidem in cōpedibus pedes eius, & pertransiret ferrū animā eius, non tamē humiliaretur sub peccato anima eius, neq; pertransiret ferrū corpus eius, haberetq; patientiam donec ueniret uerbū dei, donec inflāmaret eum eloquiū domini, ut mitteret rex & solueret eū, princeps populorū, & dimitteret eū, constitueretq; eū domini domus suae, & principem omnis possessionis suae. Vicit ergo in illo iam tūc eloquiū domini, quia non est factū quod primū dixerunt secundū inspirationē serpentis maligni: Venite occidamus eū: Sed factū est illud quod sonuit, utiq; eloquiū dñi per unū illorū dicentem: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrū, & celauerimus sanguinē ipsius? melius est ut uenundetur, & manus nostrae non polluantur, caro em̄ & frater noster est.

¶ Quod sit quod à Hieremia dictum est, Vox in Rama audita est, &c. Rachel plorans filios suos. Cap. VII.

Primos assaultus serpentis illos idcirco dixerim, quia uidelicet à promissione beati seminis facta ad Abrahā, qui persecutionē pateretur, cuius sanguis propter iustitiam quaereretur, primus iste fuit. Vnde animaduertere licet sanctum & uere diuinum Euāgelistā in morte paruulorū innocentium satis cōgrue, multūq; sapiēter ita dixisset: Tunc adimpletū est, quod dictū est per prophetā dicentē: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus

& ululatus multus: Rachel plorans filios suos & noluit consolari, quia non sunt. Quid em̄ nōne eiusmodi ponens testimonium, omnē filium qui pro causa occiditur illius beati seminis, quod est Christus, uult haberi tanq̄ Ioseph? & omnem matrem quaecūq; pro tali causa occisum plorat filium, siue una sit mulier carnalis mater, siue sit ecclesia spiritalis mater, prius rationabiliter uniuscuiusq; illorū innocētium paruulorum mater, in tali causa uocatur Rachel, similiterq; tota ecclesia martyrum Christi mater, quia uidelicet illius, cuius primi animā, ferrum pertransiuit, dicta est Rachel. Hoc spiritui sancto placet, in quo & propheta cecinit & Euāgelista intellexit, quia sicut tūc pater Iacob noluit cōsolari, & sicut mater Rachel si adiuueret nollet cōsolari, eo q̄ nō esset Ioseph, & tamen erat, & nō solum uiuebat, uerumetiā potens erat, & prospere agebat Ioseph. Ita ecclesia siue quaecūq; mater fidelis, plorat quidem pietatis affectu filiū occisum, tanq̄ nō sit, sed ille est, & nō solum est, uerumetiā melius est, & uerius uiuit, idcirco quia talē ob causam euenit ei quod in hoc seculo nō est. Proinde Rachel ploranti filios suos, & nolenti cōsolari super eis, quia nō sunt, cōtinuo haec dicit dominus: Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait dominus: Et reuertetur à terra inimici tui, & est spes nouissimis tuis: & reuertetur filij tui ad terminos suos. Firmiter hoc tenet catholica fides, quia filij reuertentur ad terminos suos, quia per martyres siue illi innocētes qui plorabantur, eo q̄ nō essent, & nullam carnis memoriam seculo reliquissent, resurgēt & apparebunt in regno Christi, regno suo secundū similitudinem illius Ioseph, qui cū putaretur à fera deuoratus, uixit, & uiuēs atq; potens inuentus est.

¶ Quod serpens ille antiquus nō solum insidias fratrum, uerumetiā illecebras concupiscentiae mulieris aduersum Ioseph suscitauit, neque tamen uicerit. Cap. VIII.

NOtandū interea quod nō uno modo tantū, sed duobus modis antiquus ille serpens aggressus est Ioseph. Neq; em̄ solummodo per fraternam inuidiam cōsurrexit, ut eū corporaliter occideret, sicut occisus fuerat Abel, neq; solummodo per scemiam circumuenire uoluit eū, ut animā eius occideret, sicut circumuenerat Adā, sed per utroq; & in utroq; conatus eius frustratus est. Dixerunt namq; fratres inuidētes: Venite occidamus eū: & factum nō est, dixit domina mulier: Dormi mecum, & factum nō est, Grandis pugna, grande spectaculū. Victus ille serpens, quia uerū infligere non potuit, falsum confinxit crimen, propter quod & humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertransiuit animā eius. Sed nōne haec agendo serpens super pectus suū gradiebatur, id est, suam intentionē conculcabat, sibimet cōtrarius. Tali namq; uia, taliq; processu procedebat ad uictoriam eloquiū dñi, quod inflammauit eū, & ad hoc perducebatur ut prodesse illi somnia sua uerbo dñi consonantia, ut scilicet uocata fame super terrā, consurgeret & staret manipulus eius, fratrumq; manipuli circumstantes adorarent manipulum eius. Itemq; ut sol & luna & stellae undecim adorarent eū super terram: Quod fratres quidem fecerunt, pater autem nō aliter fecisse legitur, nisi quod iurante illo de transferendo corpore eius adorauit deū, conuersus ad lectuli caput, qui uidelicet pater per solem figuratus fuerat, sicut & fratres per stellae undecim. Porro mater iam obierat, quae per lunam signata fuerat, sed profectio si adiuueret tunc temporis: deum in filio gratanter adoraret. Igitur in laude sapientiae uictoris, quae nō est alia q̄ deus, uerbū dei, ueraciter est dictum, & saepe dicendum, quia uentum iustum istum nō dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eū, descenditq; cum eo in foueam, & in uinculis nō dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potētiam aduersus eos qui eū deprimebant, & mendaces ostendit qui maculauerunt illum.

¶ De tertio promissionis uerbo, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittendus est. Cap. IX.

Post haec insignia diuinæ uirtutis, ecce iam tertio uerbū promissionis, uerbum inuictum tale per os Iacob patriarchae ædedit oraculum: Catulus leonis Iuda ad praedam fili mi ascendisti, requiescens accubisti ut leo & quasi leaena. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de scemore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Tertium hoc fuit beati seminis, quod est Christus, praedonum

Gene. 3
Job. 1.

Job de stirpe
Hus.
Gene. 22

Psal. 104

Psal. 104

Psal. 104

Gene. 37.

Psal. 104

Gene. 37.

Matth. 2
Hier. 32
Ehren. 1.

Gene. 37

Hiere. 31

Sipharia serpens antiquus aggressus est Ioseph.

Gene. 37

Psal. 104
Gene. 3

Gene. 37

Gene. 49

Gene. 3
Gene. 22

conium. Primum quippe fuerat illud ad serpentem. Amicitias ponam inter te &c. Secundu
dum illud ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Ac perinde tertiu
est, cuius ueritas duo praecedentia perficit, & complet. Nam si Christus, imo quia Christus
de tribu Iuda est, ergo semen Abraham est, & dum ad praedam ascensurus praecinitur, uerum
esse confirmatur id quod inimicitias inter semen serpentis & semen mulieris positurum se pre
dixerat deus. Itaque domus quidem Iacob, in qua uerbum promissionis repositum fuerat, ma
ligni serpentis instinctu couulsa, & scelere in fratrem admissio contaminata est, & Ioseph la
borauit usque ad uincula, sed ipsum uerbum neque concussum, neque alligatum exitit, quin imo
quod semel & iterum praedixerat deus, id ipsum tertio repetens, & clarius edicens per os pa
triarchae in Aegypto peregrinantis, & in ipsa peregrinatione morientis confirmauit. Ad
de quod tempora quoque aduentus eius certo signo praesignauit: Non auferetur, inquit, sce
ptrum de Iuda, &c. Hoc namque signo, quia non solum rex, uerum etiam dux auferendus erat,
& oblatu est de Iuda, id est, de gente Iudaica, temporibus Romani imperij quando rex dan
dus erat, & datus est Herodes alienigena, uidelicet patre Idumaeo, & matre natus Arabica.
Hoc inquam, & si non alio signo cognoscendum & cognitum est tempus aduentus eius, taliter
ut nunc apparet, quia non solum regem & ducem, sed & locum perdidit & gentem.

Uerbu dei in
concussu ex
iitit.

Gene. 49

De signo mulieris amictae sole, parturientis & clamantis ut pariat, & item de
signo draconis magni & rufi, &c. Cap. X.

Apo. 12

Qualiter deinde inimicitiae saepe dictae processerint, qua uoce, quibus conabimur
uerbis consequi, quali signo uel classico sono studiosus excitabit, attentumque fa
ciet spectatorem certaminis admirandi? Ecce Iohannes in Apoca. Iesu Christi
dicit: Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, & luna sub pe
dibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in utero habens, & clamabat par
turiens, & cruciatur ut pariat. Et uisum est aliud signum in caelo, & ecce draco magnus & ru
fus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda
eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram, & draco stetit ante muli
erem quae erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Signa haec magna sunt, suaque
significatione & coeptum dirigere sermonem, & attentum reddere ualere auditorem. Signa
haec mentis oculos feriunt, excitantque, & aperiunt ad cognoscendam earum, de quibus lo
quimur, faciem rerum. Mulier quippe illa: ecclesia est. Draco ille diabolus est. Mulier tunc
coepit in utero habere, quando fides patriarcharum, de quibus nunc loquebamur, promissi
onem habens, Christum coepit expectare. Diabolus autem tunc coepit draco esse, quando co
tra fidem uel spem illam saeuire coepit, aperta persecutione, scilicet mortuo Ioseph & omni
bus fratribus eius, quando rex nouus super Aegyptum constituitur, qui ignorabat Ioseph,
& ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est, uenite, sa
pienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur &c. Tunc inquam coepit draco esse, & tan
quam draco non solummodo fraudulenter decipere, uerum etiam fortiter pugnare. Non so
lummodo decipere animas, uerum etiam occidere corpora, dicente illo rege: Quando obste
tricabitur Hebraeas, & tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illum, si femi
na, reseruate. Item ad populum suum: Quicquid, ait, masculini sexus natu fuerit, in flumen
proijcite, quicquid feminei, reseruate. Antequam tale quid iuberetur aut fieret eis instinctu ser
pens erat & serpens dici merebatur, quia decipiendo latenter & subdole mentibus illabeba
tur. Extunc autem draco est magnus, draco rufus, palam saeuens, aperte persequens, mag
nus magnitudine regum, & multitudine hominum impiorum interficientium, rufus san
guine piorum morientium.

Mulier partu
ries ecclesia est

Draco diabolus
est cum coe
perit.

Exodi. 4.

Ibidem.

Corona duodecim stellarum in capite eiusdem mulieris, fuisse principes duodecim
tribuum, & quod in utero habuerit, fuisse uerbum promissionis. Cap. XI.

Philipp. 3

Apo. 12.

Vtrumque signum, & mulier illa, & draco ille apparet & uidetur in caelo, quia uide
licet ab his dumtaxat, qui caelestia meditantur, quae dicere possunt: Nostra autem con
uersatio in caelis est: ab his inquam uidetur, sentiturque animo, & in muliere quan
tus dolor, & in dracone illo quantus sit uel fuerit horror. Mulier illa amicta erat
sole, quia dotata erat patriarcharum fides caelesti promissione: luna sub pedibus eius, quia se
culi

culi temporalibus bonis sic utebantur sancti patres, ut non ipsa bona mentibus eorum domi
narentur per cupiditatem, sed non ipsi bonis illis per liberalem dominarentur dispositione. In
capite mulieris corona stellarum duodecim, qua in illo primitiuae ecclesiae initio, filij Iacob pa
tres fuere duodecim tribuum, iuxta illud: Fidele uerumque somnium, uidebam per somnium quasi
solem & lunam & stellas undecim adorare me. Sine dubio stella duodecima, ipse est, qui som
nium uiderat. Equidem secundum sua temporis illius merita, fratres undecim non lucebant,
sed secundum futurorum spem & electionem quae ex ipsis erat assumenda, stellas lucidas erant
inquit. Quid habens, & unde habens? Habens inquit semen in quo benedicentur omnes
gentes: Et hoc habens ex creatore deo rationalis creatura, tanquam de proprio uiro uxor legi
tima. Ex quo deus Abraham semen illud promissit, & eiusdem Abraham caeterorumque cuiusque
anima promissionis fide suscepit, extunc eadem mulier in utero habere, id est pregnantem esse coe
pit: Et clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Mulieres quae corporeos partus adiderunt
& pariendo dolores illos expertae sunt, bene sentiunt quam ueraciter ueritas dicat: Mulier
cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius &c. Sic profecto quaecumque anima uerbum dei,
uerbum deum: Christum Iesum filium dei diligit & in Christo pie uolens uiuere, persecuti
onem patitur, bene sentit id quod dicitur de muliere illa. Quia clamabat parturiens, & cru
ciatur ut pariat. Nos coepit persequentes, uictoriae uerbi dei magna & praecleara insignia in
eo maxime continemus, quod superatis cunctis draconis capitibus, filius mulieris masculus
raptus est ad deum, & ad thronum eius, gentes omnes uirga ferrea rectorus.

Gene. 37

Apo. 12

Gene. 22

Apo. 12

Iohan. 12

Apo. 12

Quando primum coepit parturire, clamare, cruciari ut pareret. Cap. XII.

Quando (sicut iam dictum est) surrexit rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat
Ioseph, & populum filiorum Israel crescentem affligere coepit, & masculos occidi
uel in aqua necari iussit, pro hoc inuidens, quia crescebant & multiplicabantur, tunc
mulier illa in utero habens clamare coepit, quia uidelicet tunc erigebat se pri
mum caput draconis tam in illo rege, quam in eo qui mortuo illo successit. Tunc namque ingemis
centes filij Israel propter opera uociferati sunt, ascenditque clamor eorum ad dominum pro
operibus, & audiuit gemitum eorum. Et omnes quidem uociferati sunt, sed non omnes uocife
randi scientiam habuerunt, id est, non omnes uociferando corporum pariter & animarum suarum
liberatores, qui ad patres ipsorum repromissus fuerat quaerere uel desiderare scierunt. Nam fe
re omnes de corporum sola salute solliciti, curam uel sollicitudinem habere nescierunt de anima
bus suis. Hinc animaduertendum est, multum profuisse mulieri, quod primum caput draconis
contra se stare uidet, quia uidelicet illo periculo commota se in utero habere recognouit, & in
partus sui felicitate sperare didicit. Nam si tranquillitas temporis in Aegypto illi arrisisset, ma
le secura iacuisset in medio fornicationum idolatriae. De quibus per prophetam parabolice
dictum est: Filij hominis, duae mulieres filiae matris unius fuerunt, & fornicatae sunt in Aegy
pto, in adolescentia sua fornicatae sunt, ibi subacta sunt ubera earum, & fractae sunt mammae
pubertatis earum. Bene igitur, quod saltem uexatio intellectum daret auditui, ut quamuis pau
ci, tamen nonnulli suspirarent & optarent iam semen illud, quod deus Abraham repromissit.
Nam primus Moyses tunc ad dominum dixit: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Sentie
bat namque nihil per se uel per alium posse ad perfectum adduci, nisi ueniret ipse qui mittendus
erat: de quo pater Iacob in benedictionibus Iudae: Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda &c.
& hoc non sine magni desiderij clamore dixit, quippe quod & alibi, tacito ore clamasse legitur,
domino dicente: Quid clamas ad me? Clamabat igitur mulier, id est, quae iam incipiebat esse
ecclesia, quam signat mulier: & cruciatur ut pareret, nonnullis iam cum temporali libera
tione corporum desiderantibus aduenire promissum patribus, liberatores animarum pari
ter & corporum.

Exo. 4.

Exo. 2

Uociferati
sunt, quid.

Ezech. 23

Uexatio intely
lectum dat.

Gene. 22
Exo. 4.

Gene. 49

Quod agnus quem immolabant filij Israel, uerbi fuerit typus incarnandi, econtra
Pharao rex Aegypti caput primum serpentis. Cap. XIII.

Sediratus inquit dominus in Moysen: Perge, Aaron frater tuus egredietur in occursum tu
um, & ostenda uobis quid agere debeatis. In hoc ipso dominum sibi iratum dixit, quod
Christum suum distulit, & non statim misit qui auerteret iram, quae propter Adae peccatum
D 2 accidit

Exo. 4

Exod. 12
Agnus pascha
tis, signum ven
turi Christi
Exo. 4

Johan. 1

Ezech. 17

Exod. 7

accidit: Veruntamen nō omnino illū exauditū reliquit, ita uidelicet, etsi ipsum quē missurus erat, nō statim misit, at saltem signū aliquod, signū magnū, sacramentū magnū eius prae-
 titudo filiorū Israel ad uesperam. Agnus ille signū & sacramentū fuit uenturi Christi, q̄ mite-
 tendus erat, pro quo (sicut iam dictū est) suspirans dixit Moyses: Obsecro dñe, mitte, quem
 missurus es. Hoc intendens baptista Iohannes, q̄ ante illum missus est, ubi uidit eū, ambulā-
 tem dixit: Ecce agnus dei qui tollit peccata mūdi. E contra ille Pharaō, qui tunc erat rex Ae-
 gypti, signū draconis iam dictū, signū & similitudinē gerebat diaboli, hoc innuens dicit in
 eū per prophetam spūs dei: Leoni gentium assimilatus es, & draconi quā est in mari, &c. In
 illa similitudine sui, in illa immolatione agni, qualiter pugnauerit uerbum dei, qualiter illud
 primū draconis, id est, Aegypti regnum uicerit atq; contriuerit, quis nescit? Erigebat se ca-
 put illud cōtra mulierem, ut omnē beati seminis tolleret expectationem, aboleret dei nomē,
 perderet promissionis fidem, deglutiret futuri regni spem. E cōtra per Moysen uerbum dei
 siue in uerbo dei Moyses multo caput illud plagis percutiebat. Dimitte, inquit, populū
 ut sacrificet mihi in deserto. At ille uidelicet Pharaō, nō solum nō dimisit populū, uerū etiā
 irridens atq; dicens, Vacant ocio, & idcirco uociferantur dicētes: Eamus & sacrificemus do-
 mino, amplius oppressit eos operibus, in tantū ut dicerēt Moyse & Aaron: Fecere fecistis
 odorē nostrū corā Pharaone & seruis eius, & praebuistis ei gladiū ut occideret nos.

¶ Quod omnipotēs uerbū dei percusserit primogenita Aegypti. Cap. XIII.

Quid multa, post ranas & cinifes, post muscas & locustas, quibus illud caput dea-
 conis extimulatum atq; corrosū fuerat, post uescas turgentes, & grandines
 igne permixtas, quibus exulceratum atq; grandinatum ingemuerat, cum neque
 istis, neq; ceteris plagis adhuc cederet exterminium primogenitorum, uictō-
 rem asseruit sermonem dei cum praedicta immolatione agni mystici. Dum enim, inquit sa-
 pientia, quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omni-
 potens sermo tuus domine exiliens de caelo à regalibus sedibus, durus debellator in mediā
 exterminij terram profiliuit, gladius acutus in simulatum imperium tuum portans, & stans
 repleuit omnia morte, & usq; ad caelum attingebat stans in terra. Hoc illa scriptura de illo no-
 ctis medio dixit, quando percussit omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito
 Pharaonis, qui sedebat in folio eius, usq; ad primogenitum captiuae quae erat in carcere, &
 omne primogenitum iumentorum. Surrexitq; Pharaō nocte, & omnes serui eius, cūctaq;
 Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto. Neq; enim domus erat in qua non ia-
 ceret mortuus. Cum igitur & illa scriptura prior dixerit: factum est in noctis medio, percus-
 sit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, & ista sequens dicat: Dum nox in suo
 cursu mediū iter haberet, omnipotēs sermo tuus &c. Non dubiū quin dñs qui percussit illa
 primogenita Aegypti, propria sit persona uerbi dei, filij dei. Verbi omnipotentis, filij uictō-
 riosi. Vnde uigilanter animaduertendum, quod cū dixisset: Transibit dñs percutiens Aegy-
 ptios, cūq; uiderit sanguinē in superliminari & in utroq; poste, transcendet ostiū, & nō sinet
 percussorē ingredi: cōtinuo subiunxit: Custodi uerbū istud legitimū tibi & filijs tuis usq; in
 aeternū. Quid enī est praesenti loco dicere: Custodi tibi uerbū istud legitimū, nisi ac si dicat,
 custodi tibi dñm istū usq; in aeternū (Verbum nanq; istud, omnipotēs sermo iste, dñs est, ut
 iam dictū est, quē custodire oportet usq; in aeternū) potius q̄ illius agni immolādi ritum, qui
 profecto permanere nō debuit uel custodiri usq; in aeternū, sed tantū usq; ad illam plenitudi-
 nem temporis, quo incarnandū erat uerbū istud, custodiendū usq; in aeternum.

¶ Quod de eodem uerbo dictum sit: Exultauit ut gigas ad cur-
 rendam uiam. Cap. XV.

Sapi. 18

Iam descriptio eius praelibata diligentius consideranda est, Omnipotens, inqt, sermo
 tuus dñe, exiliens de caelo à regalibus sedibus, durus debellator, in mediā exterminij
 terrā profiliuit, gladius acutus, in simulatū imperium tuū portans, & stans repleuit om-
 nia morte, & usq; ad caelū attingebat stans in terra. Nonne magnum & fortem in his
 uerbis gigantē agnoscis? gigantē illū, de quo Psalmista canit: Exultauit ut gigas ad currēdā
 suam suā, à summo caelo egressio eius: Quis enī alius gigas per incarnationē de caelo descē-
 dit, &

Exod. 12
Custodire uer-
bū legitimū.

Psal. 18

dit, & superato mortis imperio, cū uictoria in caelū ascendit, quod Psal. prophético spū cecidit:
 Nisi omnipotens sermo tuus dñe, q̄ tunc de caelo à regalibus sedibus, durus debellator
 profiliuit in terrā, & usq; ad caelū pertingebat in terra stans: Magnus utiq; gigas, q̄ stans in
 terra, usq; ad caelū pertingebat, quod Psal. dixit de futuro prophetās: A summo caelo egressio
 eius, & occursum eius usq; ad summū eius. Et quod sapiens ille dixit de praeterito memo-
 rans, Exiliens de caelo à regalibus sedibus in terrā profiliuit, & usq; ad caelū attingebat stans
 in terra. Eandem unius eiusdemq; q̄ & incarnatus uenturus erat in mundū, & nondū incar-
 natus uenerat super Aegyptū uelocitatem pariter & magnitudinem giganteam, magnifice
 praedicant. Verum q̄ praesenti operi susceptum uel propositum nō est eiusmodi mysteria
 perquirere, sed belloꝝ uerbi dei quandā uelut historiam texere, hoc nunc in laudem uictō-
 riae eius breuiter dicendum, quia dignū se fecit iste omnipotens sermo dñi, quod tunc de
 caelo à regalibus sedibus taliter exiliuit, quod durus debellator, gladiusq; acutus in mediā
 exterminij terrā profiliuit, & stans oīa morte repleuit, uidelicet ita, ut nō esset domus in qua
 nō iaceret mortuus à primogenito Pharaonis, q̄ sedebat in folio eius, usq; ad primogenitum
 captiuae quae erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.

¶ Idem uerbū dei Aegypti fuisse gladium acutum, filijs autem Israel
 agnum mitem & mansuetum. Cap. XVI.

Mirabile utiq; fecit inter domos Aegyptiorum & domos Israel uno eodemq; tem-
 pore, una eademq; nocte. Illic. i. in domibus Aegyptiorum tanq̄ durus bellator
 erat, tanquam gladius acutus sententiam uibrabat. In domibus autem filiorum
 Israel mitem se & humilem natura esse signabat. Per agnum, simplex & mansue-
 tum animal, quod immolari iusserat. Deus nanq; mitis & humilis est, neq; apud nos talis, di-
 dicit esse filius dei, ex quo carnē nostram assumpsit, ut diceret: Discite à me quia mitis sum &
 humilis corde, sed talis erat priusq̄ caelum & terra fierent, natura propria, non cuiusq; imita-
 tione. Inter nos istud non discere uenit, sed docere. Peccantiū impietas rebellando hoc mere-
 tur, quod talis esse uideatur, ut de illo tempore dictū est: Durus debellator & gladius acutus,
 uidelicet quorū cor durū mansuetudine & patientia eius abutitur, ut ille Pharaō durus & su-
 perbus. Ille enī ubi primū audiuit: Hæc dicit dñs deus Israel, dimitte populū meū ut sacrifi-
 cet mihi in deserto: Quis est dñs, ait, ut audiā uocem eius & dimittā Israel? nescio dñm & Isra-
 el nō dimittam. Ita incipiens, magisq; ac magis cor suū indurans & aggrauans, hoc emeruit
 ut iste mitis & humilis contineret mansuetudinē suā, & ostenderet in eum fortitudinē suam.
 Verūtamen neq; ipsum, neq; Aegyptios ceteros durus iste debellator debellauit, per semet-
 ipsum primogenita percutiendo, sed percussori uidelicet angelo malo, potestate dando. De
 quo dixit ipse ad Moysen & Aaron: Cūq; uiderit sanguinē in superliminari, & in utroq;
 poste, transcendet ostiū, & nō sinet percussorē ingredi domos uestras & laedere. Et Psalmis-
 ta cū dixisset: Misit in eos iram indignationis suae &c. Addidit cōtinuo, immisionē per an-
 gelos malos. Vita nanq; est iste omnipotēs sermo, & mortis pessimae, quae peccatoꝝ est, in
 se amaritudinē nō habet, sed ministros eiusdē mortis malos angelos in potestate habet, quos
 idcirco percutere iuste permittit, q̄ peccatoꝝ accusante culpa, iustitia uiuere nō sinit.

¶ Quā ob causam primogenita Aegyptioꝝ percussa sint. Cap. XVII.

Et quid iustius, qd in ordine iustitiae pulchrius, quam ut talium primogenita interfi-
 cerentur? Primogenitum nanq; dñi: Pharaō & Aegyptij penitus auferre uolebant
 & idcirco iusta uice, pulchro ordine in exterminio primogenitorum plagam recepe-
 runt extremam, sicut apud ipsum dñm praescitum fuerat atq; praordinatum. Dixe-
 ratq; dñs ad Moysen dum mitteret eum ad Pharaonem: Dices ad eum: Hæc dicit dñs filius
 meus primogenitus Israel, dixi tibi: Dimitte filium meum ut seruiat mihi, & noluit dimit-
 te eum, ecce ergo interficiam filium tuum primogenitum. Claret ordo iustitiae in eo qd eius
 interfecit primogenitum, q̄ primogenitum dñi nolebat dimittere. Vnde autem populus il-
 le primogenitus dñi aut filius? Nunquid deus illum genuerat? aut ante illum populū siue
 hoīem quem appellauit Israel, nullum à seculo electum uel gratiae suae filium habuerat? E-
 dem primogenitus aliquomodo potuit populus ille dici, uidelicet respectu gentilis populi,
 quem postea regeneraturus erat per euangelium Christi filij sui unigeniti. Veruntamen ni-
 hilomi,

Sap. 18

Psal. 18

Sap. 18

Exo. 12

Dat. 11

Exo. 7

Exo. 12

Psal. 77

Exo. 4

Primogenitus
domini quis,

Coloss. 1. hilominus causa cognoscenda est, cur ille populus tali in tempore filius dictus sit primogenitus, uidelicet quia carne de populo suo illo, erat assumpturus idem dei filius, uere primogenitus uere unigenitus. Agebat hoc instanter diabolus, & intendebat, ne populus ille permaneret, unde nasciturus erat ille filius unigenitus & primogenitus in multis fratribus, Et idcirco quod in eundem populum agebat per Pharaonem & seruos eius, in illum filium recte refertur, cuius originem carnis praecidere festinabat ne nasceretur. Non igitur leuem aut paruam ob causam primogenita caesa sunt. Quod si quaeras, cur etiam primogenita caesa sunt iumentorum? Ad hoc breuiter dicendum, quia per uim retinebat Pharaon iumenta uel armenta eorum. Cum enim diceret Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis quae offeramus domino deo nostro, cuncti greges pergant nobiscum. Itemque dicente illo: Cum paruulis nostris & senibus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: Recede, ait, a me, & caue ne ultra uideas faciem meam: Statimque eieci sunt de conspectu Pharaonis.

Ezo. 10. Quam ob causam item post caedem primogenitorum, omnes Aegyptii aquis operati fuerint. **Cap. XVIII.**

Ezo. 12. **P**Laga ista, id est, morte primogenitorum, caput illud contritum & euictum est, ita ut mollia loqueretur, & diceret: Surgite & egredimini, ite & immolate domino, sicut dicitis, & ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Sic locutus est recenti dolore adhuc sauius, sed postmodum cum dimisisset populum cum nunciaretur ei quod fugisset populus, respirauit inuidia rediuiua, intumuit superbia, & cunctis curribus cum omni exercitu abeuntem Israel usque in mare persequabatur, non tam ut illum ad seruiendum sibi retineret, quam ut omnino interficeret. Dixit enim inimicus, ait in cantico Moyses, persequar & comprehendam, diuidam spolia, & implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Idcirco sicut dum primogenitum domini populum dimittere nollet, iuste primogenitum filium suum perdidit, ita nimis iusto iudicio, dum omnes interficere cupit, ipse uersa uice cum omnibus suis perijt, coopertus aquis, & ne unus quidem superfuit ex eis. Ita primum draconis caput uicit uerbum dei, per figuratiuum sacramentum futurae suae carnis siue passionis, id est, per uespertinam immolationem agni, & mulier illa quae in utero habens clamabat, exultauit, id est, gens illa Christum quandoque paritura, praecentore Moysen, canticum gloriae domino cantauit. Vnde & sapientia dicit: Inimicos eorum dimerit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt: domine nomen sanctum tuum, & uicticem manum tuam laudauerunt pariter.

Ezo. 15. **Sap. 10.** **Sap. 18.** **Ezo. 10.** **Ezo. 12.** **Luce. 10.** **Ezo. 11.** **Oder.**

Haec omnia Abraham a deo praedicta fuisse, & quod filii Israel Aegyptios iuste spoliarent. **Cap. XIX:**

Gen. 17. **Sap. 18.** **Ezo. 10.** **Ezo. 12.** **Luce. 10.** **Ezo. 11.** **Oder.**

Nonne hoc est iustum & uerum uerbum, quod dictum fuerat ad Abraham patrem ipsorum? Scito, ait, praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum, in terra non tua, & subiicient eos seruituti, & affligent annis quadringentis: statimque subiunxit: Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post haec egredientur cum magna substantia. Perpulchrum & expectatione dignum est, quod iste omnipotens sermo taliter exiliens de caelo a regalibus sedibus, ut supra memoratum est, gladius acutus & durus debellator, non solum illic, uerum etiam in omnibus quaecumque debellat aut percutit, iudicio pugnat, iudicio uincit, nullumque omnino absque iudicio percutit, quia summus est iudex, imo quia iudicium est, quia ueritas iudicij est. Vnde non noua assertionem, sed antiqua ueritate in Apocalypsi de eo dictum est: Qui sedebat super equum album, scilicet de hoc ipso uerbo habente corpus immaculatum, quia uocabatur fidelis & uerax, & iustitia iudicat & pugnat. Quod si iudicium uel iustitia iudicij queritur, de hoc quoque quod iusti tulerunt spolia impiorum, quod cum substantia magna egressi sunt, spoliaueruntque Aegyptum, iubente ipso, ut postularerit uir ab amico suo, & mulier a uicina sua uasa aurea & argentea. Si, inquam, de hoc ratio queritur, qua cum iudicio factum esse probetur, sententia in promptu est, iusta & nota, quia dignus est operarius mercedem de sua. Operarios autem Aegyptiorum, filios Israel fuisse quis nesciat? Praeposuerat namque illis Pharaon magistros operum, ut affligerent eos oneribus, aedificaueruntque illi urbes tabernaculorum Phiton & Ramesses. Qualem pro illis operibus, uel inter illa opera tanti operarii mercedem receperunt? nullam utique mercedem bonam, sed e contrario poenam amaram sicut scriptum est:

Ezo. 1. **Behemoth.** **Job. 40.** **Ezo. 5.** **Ezo. 9.** **Ezo. 12.** **Danic. 4.** **Hester. 7.** **Job. 40.** **Deut. 32.**

Oderantque filios Israel Aegyptii, & affligebant eos illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant uitam eorum operibus duris, luti & lateris, omnique famulatu, quo in terrae operibus premebantur. Mercedem igitur quam illi iniusti, iniuste detinuerunt, isti iuste tulerunt, & tollendo spolia impiorum, iniustitiae argui non possunt, uerbo ipso (quod deus est fidelis & uerax, qui, ut iam dictum est, iustitia iudicat & pugnat contra gentem illam, cui serui erant) iudicante cum iustitia, ut egrederentur cum magna substantia.

¶ Eundem esse draconem & Behemoth, eumque a solo uerbo uinci, ut multiplicet preces & mollia loquatur. **Cap. XX.**

PAtrata hac uictoria & uictorici ueritate uerbi dei, super illud primum caput draconis completa, sub eisdem temporibus, idem dominus dicebat ad beatum Iob, de eodem dracone quem Behemoth nuncupabat, qui in illo Pharaone uictus est, per quem uerbum promissionis eius impugauerat. Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Item, qui fecit eum, applicabit gladium eius. Nimirum decebat eum, ut ita sic loqueretur: quia iam fecerat in illud primum, & facturus erat in caetera capita, ut unumquodque sibi mollia loqueretur. Nempe is qui corde indurato, dura locutus fuerat, dicendo: Quis est dominus ut audiam uocem eius? nescio dominum, & Israel non dimittam, & his similia: tandem humiliatus sicut vulneratus, idem superbus postquam semel & iterum false dixit: Peccaui etiam nunc, orate dominum, peccaui, sed dimittite etiam hac uice peccatum mihi, ut iam non ualeat ultra fallere. Surgite, egredimini, inquit, & abeuntes benedicite mihi. In mari quoque positus fracta duricia mollissime dixit: fugiamus Israel, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Similiter de caeteris capitibus draconis, id est, de regnis, quae pugnauerunt, uel per quae draco ipse pugnauit contra uerbum dei. Iam hic breuiter dicendum est, quia singula suis temporibus & locis, post multam superbiam atque duriciam multiplicauerunt preces, & locuti sunt mollia. Nam & Babylonij regni caput Nabuchodonosor, postquam ex hominibus abiectus est, & scenum ut bos comedit. Leuaui, inquit, oculos meos ad caelum, & altissimum benedixi &c. Sic & Aman caput superbiae regni Persici, cum uniuersum genus Iudaeorum sese iam delere putaret, tandem multiplicauit preces, & mollia locutus est in tantum, ut corrueret super lectulum pro anima sua rogans reginam Hester. Similiter de caeteris experimenta reperientur in suis locis quae ueraciter de agitatore illorum dracone diabolo dictum sit: Nunquid multiplicabit ad te preces, & loquetur tibi mollia? simulque illud: Qui fecit eum, applicabit gladium eius, ut uidelicet frustretur conatus gladij eius, quem admodum huius primi, qui cum dixisset: Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea suffocantibus aquis praepeditus est, ut gladium suum explicare non posset de uagina sua.

¶ Quod dominus populum Israel liberauerit in laudem & gloriam nominis sui, ut faceret eam excelsiorem cunctis populis. **Cap. XXI.**

Vere magnum & laudabile uictoriae uerbi dei spectaculum, si rite perpendas pugnantis siue duri debellatoris huius intentionem atque propositum. Quid enim intendebat? quod in proposito habebat, quando primum illud draconis caput omnipotens sermo tuus domine, de caelo a regalibus sedibus exiliens, debellabat? qualiter belli siue uictoriae suae fructum quaerebat? Hoc licet ferè omnes nouerimus, tamen ex ipsius sacrae scripturae oraculo audire praesenti loco amplius delectamur, cum praemisisset Moyses ad Israel. Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi: & custodias omnia praeccepta eius, subiunxit intentionis summam: Ut faciat, inquit, te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & nomen & gloriam suam. Quid hac intentione benignius, dulcius, amabilius? Populum numero exiguum, seruitute miserrimum, populis omnibus uiliorem atque contemptibiliorem, superbissimis famulantem, & in ipso famulatu inter opera dura luti & lateris affligentibus, atque illudentibus, Aegyptijs expositum, ita consolari intendebat, ut cunctis gentibus facere proponeret excelsiorem, & hoc intendens atque dicens: Videns uidi afflictionem populi mei in Aegypto, ad liberandum illum descendit & hoc tam grande certamen suscepit. Quae autem illa celsitudo sit, uel in quo populum illum cunctis populis excelsiorem facere uoluerit, & fecerit, apostolicis enunciamus uerbis: quia ipso rum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium, & promissio,

Rom. 9 quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula, amen. Num parua haec celsitudo est? Et in alio loco, cum percunctatus fuisset, Quid ergo amplius est Iudaeo, aut quae utilitas circumcissionis statim? ipse respondit: Multum per omnem modum. Primum, quia credita sunt illis eloquia dei. Tanta celsitudine excelsum facere illum dicitur quod quagesimo ascende ad me in montem, ait ad Moysen, & esto ibi, daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quae scripti, ut doceas filios Israel. Tanto ac tali studio deus illis eloquia sua credidit, ut eloquiorum quoque signa, scilicet literas traderet Moysi, dando illi tabulas scriptas digito dei.

¶ Populo Israel non solum commissa, uerumetiam scripta fuisse eloquia dei, idque digito ipsius. Cap. XXII.

Author literarum deus.

Exo. 24 **Q**uis denique alius, nisi ipse deus signorum huiusmodi, scilicet literarum, author uel inuentor existimabitur? Sic namque Moyses ipse testatur: Daboque tibi, ait dominus, duas tabulas lapideas, legemque ac mandata quae scripti. Legem cum dicit, subiungendo ac mandata, non utique caeremoniarum, sed legem decem preceptorum uult intelligi, & rursus scriptum est: Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu scriptas utraque parte, & factas opere dei. Scriptura quoque dei sculpta erat in tabulis, & in Deuteronomio digestis rursus decem mandatis. Haec, inquit, uerba locutus est dominus, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Item de tabulis secundis quas fecit, prioribus fractis: Cunctaque dolassem, inquit, duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus, scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat uerba decem. Item in Exodo: Dedit quoque Moysi (completis huiusmodi sermonibus in monte) duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei, ac deinceps: Praecide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas uerba quae habuerunt tabulae quas fregisti. Quorsum ita tot testimonia? Videlicet ut liquido constet, quod qui huiusmodi rationem & uocem siue linguam ad loquendum dedit, idem ipse deus literas, id est, ipsas elementorum figuras primus per semetipsum conscripsit, & ei quae primus ex omnibus hominibus scribere meruit, scilicet Moysi scriptas tradidit. Necdum quippe uel ipse Moyses quicquam scripserat, quando dixit ei: Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi duas tabulas lapideas & legem ac mandata quae scripti. Equidem Graecis Cathmus, quo tempore dux Othonieli filij Israel praerat. Et Latinas literas tradidit Carmentis, quo tempore populum Israel iudicabat Iair. Sed hoc fieri potuit humana industria per imitationem scripturae prioris & diuini operis, ut iam non esset impossibile fieri in alia lingua, quod homini per semetipsum deus ostenderat in una, scilicet Hebraica.

¶ Nihil utilius inuento literarum ad cognitionem dei creatoris esse. Cap. XXIII.

Exo. 17 **N**otandum itaque, quod inter cuncta opera manuum hominum hoc unum opus est, quod habet homo ex artificio opificis dei, & de cunctis operibus dei, quae multa sunt, hoc unum opus est, quod homini manu sua iussit operari. Nam & in tabulis opere suo, scripturam suam scripsit, & homini in libro scribere iussit: Exempli gratia: Scribe hoc, inquit, ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub caelo. Nunquid hoc tantum illi scribere iussit, quod Amalech principium gentium id est primis ex omnibus gentibus uenisset & pugnasset contra Israel, & idcirco memoria eius delenda esset? Imo amplius illud constat, & digne sciendum est, quod iusserit illi scribere: In principio creauit deus caelum & terram, quamuis non sit praemissum, dixit dominus ad Moysen: Scribe hoc in principio: In principio creauit deus caelum & terram, quod si utilitatem huius operis, scilicet manu scribendi recte perpenderit, profecto fateris decere uel decuisse deum maiestatis, quod figurarum huiusmodi, scilicet literarum non alius quam ipse primus author extitit. Quid enim est in omni mundo, in uniuersa multitudine rerum, uel signorum uisibilium, quod humanae menti ad cognoscendum creatorem suum tam efficax, tam utile, tamque certum praebet adiumentum? Nunquid ordo caeli, solis & lunae ac stellarum, quae omnia pulchra sunt, & creatricis omnipotentiae quaedam signa sunt, quae ita ut haec uerborum signa, sensus nostros instruunt aut instruere possunt? Haec signa de praeterito narrant, de praesenti demonstrant, de futuro seculo annuntiant & quod

Utiq; utilitas.

& quod summum est, creatoris non solum omnipotentiam asseuerant, uerumetiam uoluntatem nobis intimant, & quoties uolumus, deus nobiscum per haec signa loquitur. Dignum igitur opus, quod ipse deus operatus esse credatur, sicut manifeste scriptura testatur: Quia (sicut etiam dictum est) prior ipse scripsit in tabulis opere suo, digito suo, utique modo ineffabili, & deinde homini scribere iussit.

¶ Sicuti priores duae tabulae Moysi fractae sunt, ita & literarum characteres, sub Esdra mutatas fuisse arbitramur. Cap. XXIII.

Sunt autem literae apud eosdem, scilicet Hebraeos numero uigintiduae, & characteres quidem immutati sunt, quia certum est Esdras scribam, legisque doctorem post captam Hierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel alias reperisse figuras, sed sono eodem permanente. Quod uero mirum si elementorum figuras, quas ipse deus tradiderat, per prophetam Esdras immutari uoluit, quem ipsum esse Malachiam accipimus, qui in ordine duodecim prophetarum est nouissimus, cum ipsas quoque tabulas, in quibus scriptura dei literae sculptae fuerant, quas nimirum non Moyses praecidit, sed Moyses si ipse dedit, frangi placuerit, & alias Moyses ipse fecerit, quauis nec in illis scripserit, dicente domino ad eum: Praecide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas uerba, quae habuerint tabulae quas fregisti? Nam de prioribus tabulis, quod non Moyses illas praeciderit, sed dominus ipse, & scripserit, & illi dederit, manifesta est autoritas scripturae quae dicit: Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quae scripti. Item alio loco: Deditque Moysi completis huiusmodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei. Non ergo mirum si in restauratione ciuitatis uel templi literas, quas digito dei scripsit, per hominem immutari placuit, cum in constructione tabernaculi, quandoque destruendi, tabulis quas ipse deus praeparauerat, homo fregit, & aliam iussu dei praeciderit, potuit in utroque, scilicet & in alteratione tabularum, & in demutatione literarum eiusdem rei esse portentum? Quia uidelicet futurum erat ut omnia quae tunc instituit deus nondum homo factus pertransiret. Nam ecce uetera sunt, & transferunt, & noua omnia facienda erant, ut nunc facta sunt quae instituit idem deus homo factus, sacerdos in aeternum, de quo apostolus: Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, &c.

Literae apud Hebraeos quae.

Esdras idem Malachias

Exo. 32

Exo. 24

Exo. 34

Deb. 9

¶ Dona esse dei, quae homo in uerbo dei possit meditari, deinde & eloqui demum & scribere, atque aliorum scripta legere. Cap. XXV.

Ecce quam paruulo auxilio, quantum deus & uerbum eius subuenit generi humano? Vigintiduae tantum, sicut iam dictum est, literae sunt. Ecce de impensis tam paruis, quam magnum constructum est aedificium? Primo ex ipsis positum est fundamentum scripturarum, id est scripturae illae quae canonicae dicuntur, per spiritum sanctum conditae sunt, & deinde quam multi uerba omni natione & gente, maximeque Graeci & Latini, non pluribus uel literis, superaedificauerunt? Inde factum est, ut in publicum conuentum nostrum habeamus ascitum, & habere semper possimus dei uerbum. Eatenus homines pauci instructi fuerant hoc uerbo, quorum notissimi sunt, Abraham, Isaac & Iacob, ad quos fiebat dei uerbum, non huiusmodi lectione, sed occulta inspiratione, & idcirco paucissimi uerbum percipiebant, quia tali instructione non multi digni erant. Literae datae confestim uiam fecerunt multitudini ad percipiendum uerbum dei. Ac per hoc recte dixerim, quia literarum authorem siue inuentorem primum, non hominem quempiam, sed ipsum deum esse decernit, cuius hoc tertium est munus ad cognitionem ualens uerbi sui, quod homini literas dedit. Primum namque est donum dei, quod homo utpote rationalis uerbum illud potest meditari. Secundum, quod solus ex cunctis animantibus linguam habens eloquentem, ipsam suam meditationem ualet eloqui. Tertium, quod cum literas didicerit manu scribere, & aliorum manu scripta cognoscere potest uerbum dei, sapientiam dei, uisibilibus signis sub istis signis primum illi populo credita sunt eloquia dei, & instructus est de adoranda maiestate unius & solius ueri dei, quod unus ipse cuncta creauerit, caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt quod hominem ad imaginem suam creauerit, quod ad Abraham, ad Isaac & Iacob locutus sit, & semen eorum in populum sibi peculiarem elegerit, & sub eisdem signis leges eius

Literarum inuentor deus

eius accepit, quorū summa tota est in præceptis decalogi, quæ ipse scripsit in tabulis, & sub eisdem signis ceremonias eius, id est, ritum uel ordinem eidem deo sacrificandū suscepit.

¶ Sacramenta cœlestia sub sacra superficie literarum latentia, similia esse thesauro abscondito in agro. Cap. XXVI.

Theaurus in agro.

Quantum sapientiæ decus, quantos sapientiæ thesauros sub istis putas signis, id est, literis, esse absconditos? Quis explicare possit diuitias salutis, quas illa mulier supra memorata in illa prima uictoria, uidelicet ubi uictum est & contritum primū caput draconis, accepit reconditas sub illis literis? Hinc est em̄ quod apud Ezechielē dominus ad eandem mulierem dicit: Et ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi, & laui te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo, & uestiui te discoloribus, & calciaui te hiacinctino, & cinxi te bysso, & induite subtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum, & circulos in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & uestita es bysso & polymito, & multis coloribus. Tantis namq; diuitiarū splendidis nominibus, quid, nisi sacramenta cœlestia sub illius sacra scripturæ grosso uelamine latentia, significare putamus? Nam si eiusdem prophetiæ textum in præcedentibus ac sequentibus attendas, nimirum constat dicta hæc esse de sacra legis institutione, quam à domino in manu Moysi, imò in dispositione angelorum ecclesia primatiua tunc accepit, plenam cœlestibus sacramentis. Quisquis hæc attendis, profecto ueram & congruam perspicias illam parabolam uerbi incarnati dicentis: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet & emit agrum illum. Siquidem literatura illa in superficie quodāmodo agnoscibilis est, sed in huiusmodi agro thesaurus absconditus est sapientiæ cœlestis, thesaurus nobilis, quem qui inuenit, id est, qui intelligit, recte gratulatur, & ueraciter domino dicit: Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Qui hoc inuento delectati, uniuersa quæ habebant uendiderunt, & agrū huiusmodi emerunt, ut exonerati secularibus negotijs, uacare possent, & intendere uel meditari in illa lege dñi, & necdum potuerunt, nec nisi ex parte cognoscere poterūt sensum dñi, latentem illic in factis figuratiuis & dictis mysticis.

Latet sub grosso uelamine sacramenta.

Psalmus.

Matth. 7

Numc. 16

Deut. 12

¶ Hunc thesaurū ideo absconditū fuisse, ne paruuli quibus lacte opus erat, solidū cibū nō ferre possent, & porci margaritas pedibus subiectas concularēt. Ca. XXVII.

Planē sic abscondendo thesaurum tanti precij, iam tunc ipse primus fecit, quod alibi docet, cum dicit: Nolite margaritas uestras mittere ante porcos, ne forte conculerent eas, & conuersi lacerent uos. Item sapientia docet, paruulis non solidum cibū, sed lac esse offerendum. Hoc inquam tunc ipse fecit, dum uerbi sui thesaurum, & margaritas secretorum cœlestium taliter signauit, ut nec porci inuenire possent, nec paruuli pressi pondere deficerent. Profecto si temporis illius statum respicias, homines, aut contemptores erant nimis aut simplices, præter paucissimos quos spiritus propheticus, qui in Moyse amplior erat, consilij sui conscios habere dignatus est. Exempli gratia: Chore & Dathan atq; Abyron, & cæteri proceres synagogæ, qui contra dominum & contra Moysen steterunt subsannantes atque dicentes: Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & uinearum. Nonne porci erant qui conculerent obiectas sibi cū uidissent margaritas regni cœlorum? Idcirco ualde notandum, quod cum sanctæ scripturæ intentio tota tendat ad regnum cœlorum, ferè nusquam in omni parte uel uelociter ulla sit mentio de gloria eiusdem regni, uel comminatio gehennæ ignis, uerbis manifestis, præter illud quod dictū est in cantico: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima, minæ sunt ad deterendū ne peccent, de gladio, de fame, de pestilentia, de malis bestijs. Promissiones uero ad excitandum bonū studiū, de agris & de uineis, de oppidis siue uillis & ciuitatibus muratis, de ficetis & oliuetis, de terra fluente riuis lactis & mellis, quibus uidelicet nominibus & quæcunq; uulgo intelliguntur, leuiora sunt his quæ à spiritualibus spiritualiter sentiuntur: sed multo efficacius animos cōtingunt attendentiū uel expectantiū, non illa quæ non uidentur, sed illa tantum, quæ uidentur. Profecto si manifestius proprijsq; nobis iam tunc enūciata fuisset de futuro seculo illa dulcedo uitæ æternæ & reges.

& requies paradisi, quæ sub nomine terræ intelligitur lacte & melle manantis, paruuli quidam, quibus lacte opus erat, tanquam solidum cibum fastidirent, superbi autem tanquā potum margaritas concularent.

¶ Exemplis probatur, non expedituisse, ut sacramenta scripturæ apertis uerbis prodantur, donec opere compleantur. Cap. XXVIII.

Quid de mysterio dicam tabernaculi mystici, quod sine dubio secundum exemplar cœlestē dominus fieri iussit? Ait enim: Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Si res ipsa, scilicet sacramenta incarnationis passionis & resurrectionis suæ, quorum illa exemplaria fuerunt uerbum ipsum palam tunc describi iussisset, quis portare potuisset? Vt de multis unum, exempli gratia, proponam illud quod in Deuteronomio taliter dictum est: Et erit uita tua quasi pendens ante te, & non credes uitæ tuæ. Si paulo manifestius dici placuisset? Esaiam ferratum esse accipimus, quasi iusto & legis iudicio damnatum, eo quod dixerat: Vidi dominum sedentem super solium excelsum: Contrarius enim ipsi domino in hoc dicto esse iudicatus est, quia de seipso dixit: Non enim uidebit me homo, & uiuet. Si ergo ille ab hominibus damnatus est, quia dixit: Vidi dominum sedentem? quid fieret de Moysē? Si ubi dixit, erit uita tua pendens ante te, & non credes uitæ tuæ, ita manifestius dixisset: Crucifiges & pendere facies dominum tuum ante te, & resurrexisse non credes eūdem auctorem uitæ? Laudabilis igitur pro uidentia uerbi, in eo quod per scripturam & mundo innotuit, & mundo sese abscondit, taliter eandem scripturam temperans, ut quasi liber signatus, carnales illius temporis oculos effugeret, & custodiretur uenturis spiritualibus, quibus in suo tempore utiliter aperiri posset. Custodibus suis statim mercedem qualem cupiebant larga manu dedit, sicut scriptū est: Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Atq; ita factum est, ut quamuis pleriq; ipsorum imbelles existerent, attamen pugnaturis in militia uerbi dei, arma ferrent, miroq; modo pugnantium longe post futurorum præcursores atq; armigeri existerent. Hoc ipsum præuidēs dominus, dicebat ad Moysen: Feriam igitur eos pestilentia atq; consumam, te autem faciam principem super gentem magnam & fortioiorem quàm hæc est. Deniq; & si nō statim factum est: Moysē interueniente: nunc uidemus impletū quia percussi sunt Iudæi, & super aliam gentem, scilicet licet super omnem sanctam ecclesiam Moyses princeps & magister reuelata facie cōstitutus est.

Exodi. 27

Deut. 28

Esaias scriptus.

Esaias. 6 Exodi. 35

Exodi. 27

Psalm. 104

FINIS LIBRI TERTII.

RVPERTI ABBA. TVITIEN. DE VICTO
RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI
 LIBER QVARTVS.

¶ Quorum animalium septem illa capita draconis similia fuerint. Caput primum.

Apoea. 12



DE PRIMO CAPITE DRACONIS, QUI ANTE mulierem parituram stetit, ut cū peperisset, deuoraret filiū eius, id est, de primō regno, quod cōtra uerbū dei & promissa p̄secuti onē excitauit, ut nō perficeretur propositū eius, iā dictū est: qualiter triūphauerit uerbū dei, uerbū de^o. Nūc iam de secūdi capitis excidio narraturū opportunū esse arbitramur, ut quomodo septem capita sunt, & diuersas habēt facies, singulas singulorū capitū facies clara cōtemplatione discernamus. Ecce ex scripturarum iudicio pate nter animaduertere licet, quia primū caput simile erat draconi, secūndū simile erat uitulo, tertium simile leonī, quartū simile urso, quintū simile pardo, sextū cæteris dissimile bestijs, septimum simile homini. Draconi nāq; qui est in mari assimilatus es, ait dñs per Ezechielem super Pharaonē regem Aegypti. Nō necesse est hoc longis probare documētis, cum ubiq; in omni ecclesia notum sit, & celeberrimū quod Pharaon ille carneus, populū dei seruituti subiiciens, & per mare transeuntem persequēs, atq; submersus in mari cū curribus & equitibus suis, typus diaboli fuerit, cui post seruitutem peccati à populo cōfugiente ad Christū abrenunciatur, cū omnibus pompis suis Idcirco primū illud caput recte est simile draconi. De cæteris capitibus siue faciebus ratio nihilominus in promptu est. Secūdi nāq; capitis faciem, id est, Israelitici regni qualitatem, idcirco simile uitulo animaduertemus, quia statim post exitū de Aegypto caput uituli forma uit idem populus, & adorauit illud. Et tunc qdem caput illud ad tempus repromissum fuit, sed ubi temporis opportunitas accessit, confestim eandē faciem dupliciter, id est, duos uitulos reformauit, regnū illud scissum à domo Dauid, & colendo atq; defendēdo illos, præcones uerbi dei interfecit: Deinde tertij, quarti, quinti, atq; sexti capitis facies Daniel exprimit. Prima, inq; quasi læna, q̄ uidelicet regnū Babylonicum secūndū similitudinē lænæ, duobus malis abundauit, superbia uidelicet, & luxuria. Alia bestia, scilicet regnū Mædoꝝ atq; Persarū, similis ait urso, scilicet propter crudelitatem Aman Agagitæ hostis Iudæorum Bestia tertia uel regnū Macedonum, quasi pardus inq; nimirum propter uarietatem Græcorū, & sæuitiam Alexandri magni, & Antiochi, q̄ in Iudæos impie defæuit. Bestia quarta uidelicet regnum Romanorū, nō dicitur cui similis fuerit, q̄ regnum illud magnitudine & fortitudine cunctis dissimile extitit, & contra fidem uerbi incarnati plus omnibus & terribilius infrenduit. Post illa duo superiora, & ista quatuor inferiora capita siue regna, septimū futurum est caput, cuius facies similis homini, scilicet regnū Antichristi, q̄ homo peccati, & filius erit perditionis. Nunc ordinem prosequamur.

Psal. 104

2. Reg. 12

Exodi. 32

Num. 14

Exodi. 32

¶ Quod facies secūdi capitis facies uituli fuerit, quem fecit Aaron, & quomodo tunc mulier in utero habens clamauerit, Cap. II.

IN terea dū in monte cū Moysē dñs uel cū dño Moyses loqueretur, Serpens antiquus primo capite exarmatus, iam aliud caput erigere properabat contra deū & uerbū eius. Videns nāq; populus q̄ moram faceret descendendi de monte Moyses, formauit & fecit uitulū conflatilem. Et hi sunt, inq; dñi tui Israel. Item dixerūt alter ad alterū Constituamus nobis ducē, & reuertamur in Aegyptū. Quis nisi diabolus serpens antiquus hoc machinatus est: illud intendens, ut offensus deus populū reatu, uerbūq; sui ac p̄missionis oblitus, à proposito suo auerteretur: Sed clamauit mulier illa in utero habens uidelicet Moyses, cuius anima eiusdē mulieris, scilicet ecclesiæ pars erat, clamante & orante dñm deū suū, ac dicente: Cur dñe irascitur furor tuus contra populū tuū: recordare Abraham & Isaac & Israel seruorum tuorū, quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen uestrum sicut

sicut stellas cæli. Hæc & cætera dicens, nimis uehementer cupiebat iustificari deum in sermonibus suis, & uincere uictoria ueritatis, & per uirtutē huiuscemodi intentionis dñi dicens: Dimitte me ut irascatur furor meus: Fortis homo tenere potuit, quia reuera fortis est & apud deū & apud homines, quicunq; uerbi dei fidus auditor est, id est, qui optat sicut Dauid ut deus in sermonibus suis iustificetur, & uincat cum iudicatur. Itaq; (sicut iam supra dictum est) facies secūdi capitis, similis uitulo extitit, sed tunc gladiū caput illud habere non potuit, quia non sibi ducem constituerunt, imò statim ducem suū uindicemq; contra uitulū suū: Deum suū experti sunt, q̄ fortem haberet iustitiæ zelū, cum esset mitissimus omnium hominum. Ille nāq; iratus ualde, proiectis de manu tabulis atq; confractis, uituloq; combusto & contrito usq; ad puluerē: Si quis est domini, ait, iungatur mihi. Congregatisq; ad eum omnibus filijs Leui: Ponat, inquit, uir gladium super fœmur suum, & occidat unusquisq; fratrem & amicum & proximum suum.

¶ Quod idem caput sublatum ad tempus, sub Ieroboam denuo erectum sit. Cap. III.

ET tunc quidem ex oculis sublatū est caput illud draconis, scilicet uitulus, sed ex animo populi nunquam penitus fuit amotus: Eiusmodi deus semper erat illis in appetitu, sed sub sæueris iudicibus prohibebantur, usq; ad tempus Roboam filij Salomonis filij Dauid. Illo succedente patri, scissæ sunt decē tribus à domo Dauid, & fecerunt sibi regem Ieroboam, q̄ excogitato consilio, fecit duos uitulos aureos, posuitq; unū in Bethel, & alterū in Dan. Dixitq; idipsum, quod filij Israel formato (ut iam dictam est) uitulo in deserto, dixerant: Ecce dñi tui Israel, qui duxerunt te de terra Aegypti. Tunc toto conamine erexit se contra mulierem secūndū caput draconis, habens (ut iam dictū est) faciem uituli: Cœpit em̄ uti gladijs, & interficere & persequi maxime prophetas uerbi dñi. Eatenus, ex quo Pharaon interijt, & nullus regum gladios habuit ad causam hanc, ut prohibere posset deo uero sacrificari, & annunciari uerbum dñi, quicqd interim egit auertendo populū à cultu dei, non tanq; draco bellator, sed tanq; serpens deceptor egit, per eundem sexum populū decipiens, per quem & primū deceperat hominem sine ui. Duxerunt em̄ uxores filias eorū, ipsiq; filias suas, eorum filijs tradiderunt, & seruebant dijs eorum. Hinc iratus dñs tradebat eos in manus hostiū, à quibus afflicti clamabant ad dñm: Dominus quoq; fletebatur misericordia, & audiebat afflictorū gemitus, & suscitabat eis iudices, & liberauit eos de cæde uastantiū. Postq; autem mortuus esset iudex, reuertebantur: & multo maiora faciebant, sequentes deos alienos, & seruietes eis, & adorantes illos. Inde serpens inermis extitit, nec tanquā draco bellare potuit, q̄ iudicem aut principem neminē ex oibus possedit, cuius ui posset uti ad deterrendum illos à cultu dñi, quinimò ferē omnes iudices strenue gesserunt suis quicq; temporibus, astringendo populū ad custodiam legis dñi.

¶ Quod per iudices dominus populū ab idolatria represserit, & ab hostibus defenderit, uincente per eos uerbo dei. Cap. III.

EOrundem omnis uictoria iudicū, profecto uictoria uerbi dei est, Quia uidelicet non in multitudine exercitus, sed in uerbo dñi uicerunt, liberantes Israel ab oppressione hostium de Othoniel, q̄ primus illorum uidelicet duodecim iudicū extitit, ita scriptū est: Fuitq; in eo spūs dñi, & iudicauit Israel. Egressusq; est ad pugnam, & tradidit dñs in manus eius Chusan Rasathaim regem Syriæ, & oppressit eum. Post illum secundus Ahud, q̄ liberauit Israel de manu Moab, dū percuteret regem Eglon. Verbū, inquit, domini habeo ad te. Statimq; dictū eius, quod secum haberet uerbū dñi, uerum esse res ipsa probauit, q̄ uidelicet uictus & humiliatus est Moab die illo sub manu Ahud, & terra quæuit. Post illum, Samgar defendit Israel. Procul dubio non uirtute humana, sed uirtute eiusdem uerbi, Cuius rei testimoniū illud est insigne, quod percussit de Philistiim sexcentos uiros uomere. Deinde Barach dū pergat ad pugnam contra Sisaram principem exercitus Iabin regis Chanaan, dixit ad eum propheta Delboras: In hac uice tibi uictoria non reputabitur, quia in manu mulieris tradetur Syfara, quod & factū est: Nam Lahiel uxor Abercinei percussit eū in capite, querens uulneri locū, & tempus ualide perforans. De Gedeon quis nesciat quod uictoria, qua Madian & Amalēch, cæterosq; orientalium nationum uicit, uictoria fuerit uerbi dei.

Ibidem.

Ibidem.

2. Reg. 12

Exo. 32

Jud. 3

Jud. 2

Jud. 7

Ahud

Ibidem.

Samgar

Barach.

Jud. 4.

Gedeon.

dei: Cum trecentis uiris ad pugnam iuit, tenentibus in sinistris manibus lampades, & in dex-
tris sonantes tubas, illisq; conclamantibus gladius domini gladius Gedeonis, stantibus sin-
gulis in loco suo, immisit dominus gladium in omnibus castris, & mutua se caede truncabāt
Nimirum eiusmodi bellum & uictoria nō hominis, sed dei est. De Iephte non sic elucet, qđ
pugnauerit in eo uerbum domini absq; robore militari, excepto qđ de illo scriptū est: Factus
est ergo super Iephte spūs domini & circumiens Galaad & Manasse uotum uouit domino
transiitq; ad filios Amon, tradiditq; dominus eos in manus eius. De Samson nulla est du-
bitatio, quin fortitudo eius: Verbū ipsū fuerit cuius uenturi in hunc mundum per incarna-
tionis mysterium, mysteria praeclarissima praeclaris gestis praefigurauit.

Judi. 7
Iephte.
Judi. 12
Samson.
Judi. 15

Boni pntes/
pes a domino
dantur.

Sapi. 18

Judi. 3

Deut. 18

Ezo. 4

Ezo. 33

Ezo. 3

Gene. 49

Judices dicti
saluatores.

Judi. 3

Ezo. 4

Judices duos/
decim veri sal/
uatoris uicarij

¶ Iudices non nisi clamante ad dñm populo, suscitatos. Cap. V.

Iudices isti non in silentio, sed clamore populi praeunte suscitati sunt à dño, ut liberarēt
filios Israel de uastantiū manibus. Quid horū magis uenerandū est? quid amplius po-
tentiam uel sapientiā commendat uerbi dei ad uictoriā tendentis? Illud ne, quod tradit
dit eos in manus hostium ut clamarent; an quod clamantibus iudices suscitauit, qui eos
liberarent? Nimirū in utroq; omnipotens sermo tuus domine tanq̄ durus bellator decerta-
bat, ut non uacū reuerteretur ad te, qui salutem generis humani in ipso proposueras, & hoc
Abrahæ promiseras. Maxime autē in hoc dirigebat salutis eiusdē cursum, quod tradebat Is-
rael in manus hostiū. Vexatio nanq; auditui dabat intellectu, ut saepe dicta mulier aduersita-
tibus cōmonita, recogitaret, & memor fieret qualē in utero haberet conceptū, & qđ necessa-
rium sibi esset, ut conceptus ille perueniret ad partū. Quid em̄ clamasse arbitramur iuuen-
culam illius tēporis uel aetatis ecclesiā? Quoties illud legimus uel audimus: Clamauerūt filij
Israel ad dominū, qui suscitauit eis saluatore, & liberauit eos. Profecto nō uane illud nōnul-
los clamasse & clamādo postulasse intelligimus, ut iam ueniret iste saluator, qui Abrahæ su-
erat promissus, & per Moysen designatus, quali signo foret cognoscendus: Propheta, inquit,
de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dñs deustuus &c. Nunquid em̄ quia
solus Moyses illum in clamasse manifeste legimus, nullus uel eodem uel sequenti tempore
eundem in clamasse putabitur? Moyses utiq; cum in Aegyptum ad Pharaonem mitteretur
potius illū iam mitti cupiens qui plenam salutem perficeret. Obsecro, inquit dñe, mitte quē
missurus es. Item postq̄ uitulū fecerant, cum pro eodē populo deprecaretur, inter cetera di-
cebat: Praecipis mihi, ut educam populū istum, & non indicas mihi quē missurus sis mecū,
praesertim cū dixeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Vnde animaduer-
tendum quod eodē in loco recte dicitur idē Moyses festinus, hoc modo. Festinusq; Moy-
ses curuatus est pronus in terrā, & adorans ait: Si inueni gratiā in conspectu tuo dñe, obse-
cro ut gradiaris nobiscū &c. Multū nanq; festinabat, quia cū dixisset Iacob: Non auferetur
scepterū de Iuda & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est: Iam illū uenire cu-
piebat qui mittendus erat, parū attendere uolens quod de Iuda non solū duces aut iudices,
uerū etiam reges existere oporteret, priusq̄ ille ueniret.

¶ Quā ob causam iudices illi saluatores appellati sint. Cap. VI.

Quod de illo, uidelicet Moysē, manifeste scriptū est, de alijs quoq; nonnullis sine
dubio sciendū est. Neq; em̄ ullo tempore sic defecit fides in Israel, ut nō esset alij
quis qui eiusdem uenturi spem haberet, promissionemq; expectaret. Proinde re-
cte dixerim hoc ipsum, quod tradidit dominus filios Israel in manus hostiū.
De proposito fuisse uerbi dei ad uictoriā, opusq; perfectū tendentis, ut uidelicet mulier in
utero habens magis ac magis clamaret, & cruciaretur ut pareret. Hoc perpendenti animo,
pulchrū ualde & uenerabile apparet, quod eosdē sic datos iudices sacra scriptura nuncupat
saluatores. Exempli gratia: Clamauerunt ad dominū cū tribularentur, & suscitauit eis salua-
torem Othoniel. Item & postea clamauerunt ad dominū, & suscitauit eis saluatore uocabu-
lo Ahud. Nam quid clamabant ad dominū, nisi ut saluator qui mittendus erat iam ueniret?
Verbi gratia, ut diceret quisq; illo: Illud Moysi: Obsecro domine, mitte quem missurus es.
Sed quia tempus aduentus eius nondū erat: Illi qui interim mittebantur, ut liberarent popu-
lum tēporaliter, recte sic dici merebantur, quia erant unici & ueri saluatoris uicarij. Saluatio
per illos duplici modo, uidelicet iudicando & praeliando, administrabatur. Iudicando quip-
pe pop-

pe populum ab idolorum seruitute cohibebant. Praeliando ipsi in fronte gradientes de ho-
stibus, qbus seruierant, fortiter uindicabant. Erant ergo in disciplina iudices, in praelio duces
in utroq; saluatores, sacramenta uictoriasq; saluatoris aeterni gestis praeclaris & uictorijs my-
sticis praefigurātes. Sicut em̄ speculū oppositū soli similitē reddit imaginē, ita & saluatorum &
iudicum illorum lucida fides, saluatori & iudici aeterno, cuius erant uicarij, similem praeule-
runt in gestis suis pulchritudinem.

¶ Duodecim iudices, & duodecim apostolos, esse uiginti quatuor seniores. Cap. VII.

Sunt autē iudices hi, numero duodecim, primus Othoniel filius Cenem frater Caleph,
secundus Ahud, tertius Samgar, quartus Barach, quintus Gedeon, sextus Chola, se-
ptimus Iair, octauus Iephte, nonus Abesān, decimus Ahialon, undecimus Abdon,
duodecimus Samson. Post istos sequitur regnū Dauid, quē amoto Saul: Samuel par-
uulū in regē unxit iussu & electione dñi, quod uidelicet regnū Dauid, regnū est uerbi incar-
nati Christi filij dei, quia sic angelus quoq; de illo ad Mariā dixit: Et dabit illi dñs deus sedē
Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternū, & regni eius non erit finis. Si ergo
iam dictis duodecim iudicibus totidē iudices alios scilicet apostolos cōnumeres, Quibus ait
ipserex: Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: Ecce ha-
bes uiginti quatuor iudices, quos nimirū intelligi licet illos esse uiginti quatuor seniores, de q-
bus in Apocalypsi scriptū est: Et in circuitu sedis, sedilia uiginti quatuor & super thronos ui-
ginti quatuor seniores sedentes, circūamicti uestimentis albis, & in capitibus eorū coronae au-
reae. Nā per sedem illā quid splendidius intelligi potest q̄ illud iam dictū regnū Dauid, re-
gnū Christi filij dei, cui dedit dñs deus sedē Dauid patris sui: Itaq; in circuitu sedis, sedilia ui-
ginti quatuor, & super thronos uiginti quatuor seniores. Quia uidelicet & ante exordiū regni
Dauid fuerūt illi duodecim iudices, & in cōsummatione eiusdē regni ubi sedet rex Chrs su-
per sedem patris sui, sunt illi alij duodecim iudices sessuri in aeternū super duodecim sedes, &
iudicaturi duodecim tribus Israel. Et recte seniores non solum isti, uerū etiam illi dicti sunt,
quia per maturitatem fidei sui, populum dei iuueniliter lasciuientem coercuerunt, & qđ for-
nicationes eiusdem populi, quibus cum mulieribus alienigenis, & cum dñjs earum fornicā-
batur Israel, prout potuerunt iudiciali manu absterferunt, recte uestimentis albis circūamicti
dicuntur. Nihilominus quia per illos actū est, ut ad propositū suū dei uerbum percurrē-
ret & promissio non deperiret, seruareturq; genus Abrahæ, de quo semen benedictionis,
quod est Christus, in tempore suo ueniret. Recte in capitibus eorum coronae aureae. Iure nā-
q; cū uictore uerbo dei coronati sunt, quorū praelijs & uictorijs ad hoc ut dignatus est deus,
ut seruato genere Abrahæ compleretur promissionis uerbum.

¶ Quare apostolus, non ut iudicibus gladio uti liceret. Cap. VIII.

Iudicibus siue senioribus posteris, scilicet apostolis non eadem quae prioribus illis ra-
tio uel causa extitit, ut pro uerbo, uel testamento dei praeliantes, materialibus uterentur
armis. Venerat em̄ tēporibus illorū, ipse qui mittendus erat, nec alius iam sperari pote-
rat de carne Abrahæ uenturus, in quo esset salus, Vt quid ergo pro carne protegenda
gladio materiali pugnaretur? Idcirco ille qui ex illa carne expectatus uenerat, cū in passione
sua diceret illis: Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnū, ut edatis & biba-
tis super mensam meā in regno meo. Et sedetis super thronos duodecim iudicantes duode-
cim tribus Israel &c. Illiq; ad haec responderent, Dñe ecce gladij duo hic, statim huiusmodi
gladios eis interdixit. Ait em̄: Satis est. Itaq; cōtinuo cū pcuteret un⁹ ex illis gladio: Sinite, in-
quit, usq; huc. Et ad Petrū qui percusserat: Conuerte, ait, gladiū tuū in locū suū. Nepe quod
ait, satis est, uel finite usq; huc, hoc dat intelligi, quod sibi cōplacuerit ante aduentū suū usq;
illuc usus gladij, quomodo usi sunt eo duodecim illi, de qbus nunc sermo est, iudices primi.
Iam autē sibi nō placeret ut uterent illo, imō ut recōderent & penitus deponerent eū iudices
illi nouissimi, contenti meliori gladio q̄ iam uenerat, q̄ iam datus erat, q̄ est ipsum uerbū dei.
Proinde sicut laudabiliter materialē gladiū illi dimiserunt omnino, q̄ iam non erat necessa-
rius: Ita nimirum isti laudabiliter illo usi sunt, q̄ tunc erat necessarius, ne uidelicet prius radix
bona deperiret, q̄ ueniret fructus eius. Recte igitur in omniū seniorū illorū capitibus coro-
nae au-
E 2 na au

Judices duos/
decim qui.

Lucā. 1.

Mat. 19

Apo. 4

Lucā. 22

Gladius

Ibidem.

Mat. 26

Ufus gladij

næ aureæ, quia profecto iuxta diuersas rationes temporum, & istorum militaris industria, & illorum uerbo dei famulata est inermis patientia.

¶ Quantis in periculis uersati sint iudices Israel. Cap. IX.

ET cum talis in præliando eorū (ut iam dictū est) fuerit intentio, considerandum est, quod in illa intentione bona, magno & lachrymabili fuerint fatigati periculo. Cū em̄ per singula ferè prælia, sicut scriptura testatur, fuerint paucissimi numero, nō poterat deesse aliqua timoris infirmitas, cū ipso quāuis firmissimo fidei uel spei presidio. Vnde unus eorū Barach filius Abynoem canit cū Debbora: Qui sponte obtulistis de Israel animas uestras ad periculū, benedicite dño. Et rursum: Qui propria uoluntate obtulistis uos discrimini, benedicite dño. Non em̄ fuerunt aut sunt expertes patientiæ uel passionis in ipso usu gladij, pro qua coronati sunt iudices illi, quibus (ut iam dictū est) pro ratione tēporis uisum gladij uerbū incarnatum Christus ademit. Placet itaq; & multū delectat, quod sicut coronas aureas, ita tam isti, q̄ illi, scilicet omnes uigintiquatuor seniores, in eadem Apocalypsi citharas quoq; & phialas dicuntur habere aureas. Cum em̄ aperuisset agnus librū, quatuor animalia & uigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentoꝝ, quæ sunt orationes sanctorum. Nonne sicut ex iam dicto cantico memoratum est, cū offerrent animas suas ad periculū, cū offerrent semetipsos propria uoluntate discrimini, orationes quoq; offerebant necessarias angustia & afflicti: Proinde sicut uictoriæ in coronis aureis, & sicut benedictiones quibus domino benedicunt, post uictorias in citharis, ita & orationes quibus in tempore angustia deū exorabant, uenerabiliter agnoscantur in phialis aureis. Tanta quippe illorū angustia fuit, ut pugnantibus eis nō ferre auxilium, magni fuerit sceleris, testante eodem cantico uerbis huiusmodi: Maledicite terræ Meroth, dixit angelus domini, maledicite habitatoribus eius, quia non uenerunt ad auxilium domini in adiutorium fortissimorum eius.

¶ Quare Heli ad numerum duodecim iudicum non pertineat. Cap. X.

Forte dicit quis: Heli sacerdos domini ipse quoq; Israel iudicauit, sicut scriptū est: Senex em̄ uir & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Cur ergo cum cæteris iudicibus ille non annumeratur: an idcirco de numero tollitur, ut pulcherram collationē tibi facere liceat, & tot numerare iudices ante regnū Dauid, quot habere iudices alios, scilicet apostolos regnante iam Christo filio Dauid: Ad hæc inquam: Nō idcirco ut tantū duodecim iudices numeremus, iam dictū Heli, de nūero tollimus, sed idcirco: Quia ille de numero tollitur, idcirco tantū duodecim iudices habemus. Quorū gestis liber ipse cōtextus est, qui iudicū nūcupatur, quorū & noia superius digessimus. Quomodo ille uel quā ob causam de nūero tollitur: Nimirū propter contemptū uerbi dñi, Quia in diebus eius calce obijcere legē dñi nimia ferè omnibus licētia fuit. Notandū quippe quod mortuo Samson, qui iudicauit Israel uiginti annis, dignū nō existimauit scripturæ sacræ authoritas, ut diceret: Post hūc fuit uel huic successit Heli, licet iudicauerit Israel (ut iam dictū est) quadraginta annis. Sed inter infelices dieꝝ illorū historias, ista querela frequēs est: In diebus illis nō erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi rectū uidebatur, hoc faciebat. Quid nisi uecordiam sacerdotis accusat, & iudicis eiusmodi hoc dicendo. Idem nanq; est, ac si dicat: Qui in diebus istis iudicabat Israel, & si secundū nomen personamq; aliquis erat, secundum rem meritūq; nullus erat. Tandē missum est contra illum uerbum dñi, cum quo uel per quod iudices uel seniores omnes, tam ueteres, q̄ noui, meruerunt sedere coronati: Prædixi enim, ait dominus, quod iudicaturus essem domū eius in æternum propter iniquitatem, eo quod nouerit iniquitate agere filios suos, & non corripuit eos. Idcirco iurauī domui Heli quod non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usq; in æternum. Post hæc dicta eius, finis probat quantū à cunctis iudicibus siue senioribus coronatis, ut iam dictū est, & super sedilia sedentibus, meritū eius differat. Vir ille q̄ ex acie fugerat, nunciabat ei dicens: Fugit Israel corā Philistinim, & ruina magna facta est in populo. Insuper & duo filij tui Ophni & Phinees occisi sunt, & arca dei capta est. Cūq; ille nominasset arcā dei, cecidit Heli de sella retrorsum iuxta ostiū & fractis ceruicibus mortuus est. Nimirū cadendo de sella retrorsum, & fractis ceruicibus, moriendo palam fecit quod neq; sedile, neq; coronā aureā meretur habere inter iudices

dices alios. Proinde cōfestim condolendo scriptura subiungit: Senex em̄ erat uir, & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Dolendū quippe est illi, quod cū tot annis iudicauerit Israel, nihil usquā memorabile uel iudicis officio dignum gessit.

¶ Quid sit apud Esaiam, Voca nomen eius accelera, spolia detrahe festina prædari. Cap. XI.

Quæ uel quanta in gestis earundem iudicū signata sint mysteria, iudicis æterni, uerbi dei Iesu Christi, perquirere præsentis non est propositi. Veruntamen hoc in laudem eiusdem uerbi dei, eiusdem Iesu Christi breuiter dictum sit, quia recte uocatum est nomen eius apud Esaiam: Accelera, spolia detrahe, festina prædari. Quia uidelicet qui uictoriosos iudices illos fecit & per illos uicit, ipse est Christus Iesus uerbum dei. Ex hoc nanq; uocatur accelera, spolia detrahe, festina prædari: Quia anteq̄ puer fieret & sciret uocare patrem suum & matrem suam, id est, anteq̄ nasceretur de muliere, & subditus parentibus experiretur infirmitatem nostram, abstulit fortitudinem Damasci & spolia Samariæ, quæ uidelicet Damascus & Samaria tunc iunctis uiribus Iudam, unde nasciturus erat idem puer, debellabant & exterminare uolebant. Planè grandis acceleratio, magna festinatio, quempiam prius spolia detrahere, q̄ de matre natū esse, prius in bello prædari quā in utero concipi. Nunquid aut̄ ipsum solum prius fecit: nungd solius Samariæ spolia, solius Damasci fortitudinem prius abstulit: imò & antequam ipse in iudice Samson & prædatus est, & spolia detraxit, ut ille in mandibula asini, in maxilla pulli asinarum mille uiros deleret, tandemq; plures moriens interficeret q̄ antea uiuus occiderat. Similiter & in cæteris ipse spolia detraxit, ipse prædatus est, & Israel defendit, nondū puer aut homo factus, sed ab æterno deus uerbum dei.

¶ Idem uerbū dei & per Dauid uicisse, quod antea per iudices uicerat. Cap. XII.

Quod si recte, imò quia recte sentitur de iudicibus memoratis, quanto magis idem de uictorijs sentiendum est regis Dauid, qui post illos sedit in solio regni: Quis enim alius uictorias illas fecit per manus Dauid, nisi idem nondum ex ipso natus filius Dauid, cuius nomen uocatur, ut iam dictum est: Accelera, spolia detrahe, festina prædari: Ipse est filius Dauid, filius dei uerbum deus: Verbum dei, qui multum accelerauit, multum festinauit, celerrime spolia detraxit, festinanter prædatus est. Quia uidelicet antequam sciret uocare patrem suum Dauid, & matrem suā uirginem ex stirpe Dauid percussit Goliath Philistæum in manu eiusdē Dauid adhuc pueri, nedumq; filium ullū habentis. Et cætera fecit per eum, quæ usq; hodie miramur in tribus fortissimis Dauid, scilicet sapientia, humilitate atq; fortitudine eius, in quibus cæterorū nullus ei adæquari potuit. Dauid em̄ sedens in cathedra sapientissimus: Hoc est præconium sapientiæ eius. Ipse est q̄ si tenerrimus ligni uermiculus, Hoc est testimoniū humilitatis eius. Qui octingentos interfecit impetu uno: Hoc est experimētū fortitudinis eius. Quis inquam alius in Dauid, & per eiusmodi fortissimos Dauid operatus est, nisi uerbū deus filius carnis eius futurus, ita præsens ipsi Dauid, ut iam in persona eius ipse Dauid loqueretur, ipse in eodem Dauid proprijs uocibus suis de semetipso futura, quasi iam præterita uaticinaretur: Exempli gratia: Ego aut̄ constitutus sum rex ab eo, super Sion montē sanctū eius, prædicans præceptū eius: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Item: Foderūt manus meas & pedes meos. Non opus est astruere, quod oibus notum est, uoces istas esse proprias eius: q̄ cum in forma dei esset, humiliare semetipsum habebat, ita ut crucifigeretur, quod est fodi manus eius & pedes eius. Non ergo mirum, q̄ pugnabat iam & triumphabat uerbum ipsum per manū Dauid, cum loqueretur in sua persona per os Dauid.

¶ Quare Dauid non ædificauit domum domini. Cap. XIII.

Sed ecce hic illud occurrit, quod sicut refert scriptura libri Paralipomenon, dixit ipse Dauid ad Salomonem filium suum: Fili mi, uoluntatis meæ fuerat, ut ædificarē domū nomini dñi dei mei, sed factus est ad me sermo dñi dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, nō poteris ædificare domū nomini meo tanto effuso sanguine coram me: Itē ad populū: Audite, ait, me fratres mei & populus meus. Cogitauit ut ædificarem domū, in qua requiesceret arca foederis dñi, & scabellū pedū dei nostri, ad

ædificandū omnia præparauit: Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domū nomini meo, eo quod sis uir bellator, & sanguinem fuderis. Dicit ergo aliquis: Si prælia quæ gessit Dauid, merita uel dignitatē eius diminuerunt, ut non mereretur ædificare domū nomini dñi: Quomodo tu dicis, eadē prælia Dauid, prælia fuisse uerbi domini, & idcirco recte concelebrari laudibus ecclesiasticis: Vel si iure prælia siue uictorias eius concelebrat ecclesia, ut uere bella dñi, cur propter illa non poteris, ait dominus, domum nomini meo ædificare, tanto effuso sanguine coram me? Ad hæc, inquam, non omnia bella quæ gessit Dauid ascribimus uerbo domini, sed ea tantū quæ gessit in uerbo domini, zelo domini, pro defensione populi domini, quorū primum uel maximum fuit, quod percussit Philistæū, qui blasphemauit deū Israel, & abstulit opprobriū ab Israel. Cæterum ea quæ gessit, ut uir bellator exercitio militari, non à deo prædicantur, nisi ubi manifeste operata est uirtus nominis domini. Maxime autē sanguinem Vriæ Ethæi in peccatum, & magni meriti diminutionem sibi reputare potuit: Unde notandum, quod antequam sanguinem illius effudisset, factum quidē est, quod scriptura refert, uenisse Nathan ad Dauid, domino dicente: Non tu ædificabis mihi domum ad habitantiū: Sed causa ista tibi dicta non est, eo quod uir bellator sis, & sanguinē effuderis, quando ipse ad Salomonē filium suū, siue ad populū, sic & sic locutus est, ut iam diximus. Iam dudū sanguinem Vriæ fuderat, & maxime cū illius meritum eiusmodi sibi met diminutū existimare poterat: Igitur si nullum interfecisset, nisi pro zelo domini, cooperante uerbo domini, hoc indubitanter sciendū, quia nihil tibi obfuisse effusio sanguinis ad ædificandū domum domini: Nam & Moyses Aegyptiū interfecit, & nihilomin⁹ tabernaculū domini in eremo & omnē ritū sanctuarij facere uel ordinare dignus extitit. Et Phyneas zelo bono uirū Israeliē cū Moabitide fornicantē pariter confodit, & propter hoc, Ecce, inquit dñs, do ei pacē foederis mei, & erit tam ipsi, q̄ seminis illius pactū sacerdotij sempiternum.

¶ Proiecto Saul, & electo Dauid, impletū esse quod dictū est, Dominus pauperem facit ac ditat, humiliat & sublimat. Cap. XIII.

In isto primū magnifice impleta est uerbi domini ueritas, quā paulo ante ipsum ore prophético Anna cecinerat: Dñs pauperē facit & ditat, humiliat & sublimat, suscitans de puluere egenū, & de stercore erigens pauperē, ut sedeat cū principibus & solū gloriæ teneat. Tunc enim, cū diues & sublimis esset Saul, hic autē pauper & humilis, tanta permutatio facta est, ut hic pauper & humilis diues fieret, & hic sublimis suscitatus de puluere, & tenens solū gloriæ. Saul autē ita pauper & humiliatus est, ut maligno spū traditus, sibi met impositus existeret. Hæc talia sunt qualia considerans quisq̄, recte dicat: Misericordiā & iudicium cantabo tibi dñe. Magna quippe in Dauid misericordia, magnū in Saul iudicium, magnū in utroq̄ exemplū, ut obediatur uerbo domini. Etenim si recte perpendis, propter inobedientiam peccatū Saul abiectus est, dicente Samuele: Nunquid uult dñs holocausta, aut uictimas & non potius, ut obediatur uoci dñi: Melior enim est obedientia q̄ uictimæ, & auscultare magis q̄ offerre adipem arietū, quoniam est quasi peccatum ariolandi repugnare, & quasi zelus idolatriæ nolle acquiescere: Pro eo ergo, quod abiecti sermonem domini, abiecti te dominus ne sis rex. Cum hoc antiquiore testimonio uera est illa sententia posterior eiusdem uerbi incarnati, qua dicit: Qui non est mecū, contra me est, & q̄ non colligit mecū, spargit: quod est dicere: Quantūcūq̄ quis offerat, quantācūq̄ uideatur habere uirtutes, si uerbum dñi contemnit, uersa uice cōtemnit eum uerbum dñi, & uilis fit atq̄ contemptibilis, & ipsa etiam quæ uidentur ab eo recte facta, præsumptioni & uanæ gloriæ reputabuntur, non mercedi.

¶ Quomodo Saul & quō Dauid contempserint uerbū dñi. Cap. XV.

At uero quomō Dauid quoq̄ scriptura redarguit de contemptu uerbi dñi, dicite ad eū dñs: Quare ergo contempstisti uerbū dñi, ut faceres malū in cōspectu meo? Vxorē Vriæ Ethæi tulisti, & ipsum interfecisti gladio filiorū Amon. Diligenter distinguendū est, ne Sauli uideatur cōpar Dauid in quātitate peccati, in cōtempto uerbi dñi. Dicimus ergo oēs q̄dem peccatores (uerbi gratia) mœchos siue homicidas, in hoc ipso quod mœchati sunt, uel occiderunt, cōtempstisse uerbū dñi, quia uidelicet omni homini, absq̄ personarū distinctione dicit lex scripta, dicit lex naturalis: Non occides, nō mœcha beris, & quod tibi non uis fieri, aliq̄ ne feceris. Cōtempstit ergo Dauid quoq̄ quodammodo uerbum

2. Reg. 11.
2. Reg. 7.
Exo. 2.
Num. 25.
1. Reg. 2.
Psal. 100.
1. Reg. 15.
Dat. 12.
2. Reg. 12.
Exo. 20.

uerbū dñi, quia uidelicet nō ignorabat scripturā & uolūtate dñi, siue uerbi dñi, & tamē mœchatus est, & occidit. Veruntamē plurimū differt modus peccati siue præuicationis, quādo id ipsum quod cōmuniter oibus imperat lex siue uerbū dñi, singulariter personæ cuiuslibet indicit dñs aut uerbum dñi, & sic quoq̄ contemnitur dignatio dñi, nec obeditur illi. Huius criminis tam magni contemptus, reus extitit Saul, nam in Exodo dixerat dñs ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue: Delebo enim memoriā Amalech sub celo: Statimq̄ subiunctum est ibidem: Adificauit Moyses altare, & uocauit nomen eius: Dominus exultatio mea, dicens, quia manus solius domini & bellum dei erit contra Amalech in generatione & generationē. Hoc modo dictū fuerat cōmuniter cunctis, ut essent hostes Amalech, & memoriā eius delere cuperent causa dñi. Singulariter uero post multa tempora Saulem dñs eiusdem belli sui ministrum esse uoluit, ita dignatione sua præcipiens illi: Recensui quæcūq̄ fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in uia, cū ascēderet de Aegypto. Nunc ergo uade, & percutite Amalech, siue uade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis cōtra eos usq̄ ad internitionē eorū. Hæc dignationē dñi paruipendit, hunc sermonem dñi contempstit ille, iam non paruus in oculis suis. Talis contemptus, ne dñi strenue adimpleuit, & ubi de transgressione legis communis redargutus est, humiliter obtulit confessionem, dicens: Peccaui, non in corde duplici.

¶ Quod utriq̄ se peccasse confessi sint, & quare huius confessio accepta illius reiecta sit. Cap. XVI.

Conferre nunc libet utriusq̄ confessiones, quomodo & Saul, peccaui, dixit, eodē uerbo quo Dauid: Quæ causæ eandem in ambobus uocē confessionis discernāt, nō longe quærantur: Nam statim ex subsequētibz ipsoz sermonibus inueniuntur. Cum dixisset Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus ne sis rex super Israel. Porro triumphator in Israel non parceret, & poenitudine non flectetur. Neq̄ enim homo est, ut agat poenitentiam. Ille ait: Peccaui, sed nunc honora me coram senibus populi mei, & coram Israel, & reuerte mecum ut adorem dominum deum tuum. Dauid autem dicit: Miserere mei deus, quia tibi soli peccaui, miserere mei ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Perpende nunc quæ longissime contra inuicem causæ istæ disparentur, quia uidelicet dicendo peccauit alter proptiam gloriā quæ fuit, alter gloriā dei. Saul dicendo, peccaui, & subiungendo, sed nunc honora me coram senibus populi mei, quos debemus intelligere homines suæ tribus, scilicet filios Beniamin, & coram Israel, & reuerte mecum ut adorem dominū, nonne propriam gloriā quæ fuit: Homo quippe secularis animi, totusq̄ deditus ambitioni, etiam ad adorandum dominū pompaticè solitus ingredi, hoc dolebat, si in tempore tali, in tantū triumphū festiuitate tantus propheta sese subtraheret eius comitatu, & idcirco semel, & iterum dicebat, peccaui. Profecto huiusmodi intentionis confessione semetipsum uinci non patitur omnipotens sermo domini, unde & hoc ille audire meruit: Porro triumphator in Israel nō parceret & poenitudine nō flectetur. At uero Dauid dicendo, Miserere mei ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris, nonne (sicut iam dictum est) gloriā dei quæ fuit: Homo quippe humilis spū, cū cura suæ saluationis, maximam habebat sollicitudinem pro gloria dei quam in eo considerabat, ut ille fidelis in promisso, uerus & iustus prædicaretur in iuramento, quod illum promissū atq̄ iurasse testatus fuerat, dicens: Iurauit dñs ueritatem Dauid & non frustrabitur eū, de fructu uentris tui ponā super sedē tuam. Pro hoc inquā sollicitus, ne sua iniquitate superatus promissum solueret, iuramentūq̄ irritū faceret, dicebat desideratissimus gloriæ dei, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris: quod est dicere, ut fidelis permanens deus, ut sermo tuus, q̄ factus est ad me, non sit in illo est & non, sed sit in illo est, nec iudicari possis, quod leuitate aut mutabilitate usus sis. Et sicut de cæteris, ita quoq̄ de isto promisso uel iuramento ad me facto ueraciter omnis sexus, omnis ætas dicere possit, & ego cum illis: Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est. Ideo & per ipsum amen deo ad gloriam nostram. Propterea cum diceret: Peccaui domino, statim audire meruit hoc in uerbo domini: Dominus quoq̄ transtulit peccatum tuum. Non morieris.

Tobia. 4.
Exo. 17.
1. Reg. 15.
1. Reg. 12.
Saulis Dauid
dicit q̄ confess. oēs
1. Reg. 15.
Psal. 50
Saul propria
querit gloriā
1. Reg. 15.
Gloriā dei quæ
rit Dauid.
1. Reg. 12.

¶ David exauditum esse, quia secundum uoluntatem dei petierat. Cap. XVII.

EXauditus est igitur David, & recte, quia secundum uoluntatem dei petiuit dicendo: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.* Hæc est, inquit Iohannes, fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Erat enim uoluntas dei, ut sermo eius impleretur, ut uerbum promissionis prius ad Abrahamam, deinde factum ad David perficeretur. Quia uidelicet salutem mundi uolens & prouidens deus, hoc proposuerat, ut uerbum suum de semine illorum incarnaretur. Quod si iniquitas David fidem promittentis euacuasset, ut de promissione penitens, sententiam demereret, & promissum non impleret, nunquid hodie tam securi cum Apostolo declamaremus: Est autem deus uerax, omnis homo mendax, sicut scriptum est: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.* Imò qualiter hodie cum genere humano actum eest, si deus per singulos dies irasceretur, si non sine penitentia essent dona & uocatio eius, si statim ubi iniquitas cuiuslibet abundaret, sese gratia eius subtraheret: Voluntas ergo dei erat, ut propositum seu uerbum promissionis eius ad uictoriam perduceretur, Et ut quamuis omnis homo coram ipso inueniretur mendax, ipse nihilominus permaneret uerax, Et quia secundum hanc eius uoluntatem, (ut iam dictum est) petiuit David, idcirco exaudiri dignus fuit, tanquam unus ex optimis adiutoribus dei, querentibus gloriam dei, amatoribus iustitiae dei, desideratoribus propositi dei.

¶ Quod deus in sermonibus suis iustificari uisus non fuisset, nisi David miseratus esset. Cap. XVIII.

Qualem putas haberent querelam, non solum David, sed & omnes qui iudicare nos sent de sermonibus dei, nisi miseratus fuisset illi penitenti ut inuolantam conseruaret fidem suae promissionis? Animaduerte quae dicuntur, *Aliter praecauendum erat deo de sermonibus suis cum David habitis in promittendo quod de his sermonibus quos locutus est ad multos alios. Quare? quia uidelicet cum multis alijs loquens bona sua conditionaliter illis promisit (Exempli gratia) ut Sauli & populo quod illum sibi regem expetiuit. Si, inquit, timueritis dominum, & serueritis ei, & audieritis uocem eius, & non exasperaueritis os domini, eritis & uos & rex qui imperat uobis, sequentes dominum deum uestrum. Quod si perseveraueritis in malitia, & uos & rex uester pariter peribitis.* Similiter ad Salomonem: *Si ambulaueris, ait, in uis meis, & custodieris praeccepta mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos.* Porro ad David absque conditionibus locutus est, quemadmodum & ad Abrahamam: *De fructu, inquit, uentris tui ponam super sedem tuam: Non dixit ad Abrahamam: Si custodieris uias meas, adducam ad te omnia quae locutus sum ad te, sed ita dixit ad eum: Num celare potero Abrahamam quae gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam, & benedicenda sint in eo omnes nationes terrae? Scio enim quod praeccepturus sit filijs suis, & domui suae post se, ut custodiant uiam domini, & faciant iustitiam & iudicium, ut adducat dominus propter Abrahamam omnia quae locutus est ad eum.* Item de Isaac & Iacob & de Moysese, ad quem dixit dominus deus: *Ego ostendam omne bonum tibi, & inuocabo in nomine domini coram te. Diligenter, inquam animaduertendum est, quod non sunt conditionales locutiones siue promissiones, & idcirco deum uolentem iustificari in sermonibus suis, & uincere cum iudicatur, oportuit meminisse suae spontaneae promissionis, ut ipse esset uerax quantumcumque abundaret iniquitas seminis illorum quibus promiserat, quibus iurauerat.* Hoc scientes iurisperiti Moyses atque David, tenebat deum: ille dicendo: *Recordare Abrahamam, Isaac & Iacob quibus iurasti: Ille dicendo: Miserere mei ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.*

¶ Promissiones legis cum conditione, promissiones autem Abrahamae & Davidi absque conditione factas fuisse. Cap. XIX.

A hunc sensum pertinet illud Apostoli ad Romanos. *Non enim per legem promissio Abrahamae aut semini eius, ut haeres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim iniqui ad legem pertinet haereses sunt, exinanita est fides, abolita est promissio: lex enim iram operatur, ubi enim non est lex, nec praeruaricatio, ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini Abrahamae, non ei qui ex lege est solum, sed ei qui ex fide*

fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: *Quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti. Cum haec dicit, reuera deum iustificat in sermonibus eius, ut apud illos quibus legem dedit, uel qui ex lege sunt non quasi debitor teneatur, uincaturque cum iudicatur. Apud illos autem qui ex fide sunt Abrahamae, debitor fuisse non negetur. Lex namque tota conditionalis est, & sub conditione dari coepit in monte Synai mense tertio egressio in Aegyptum. Ipsi uero uidistis quae fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim uos super alas aquilarum: Statim mandata & legem daturus sic incipit: Si ergo audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & uos eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta. Sub hoc tenore conditionis tota lex procedit. Si, inquit, postquam audieritis haec iudicia, & custodieritis ea & feceritis, custodiet & dominus deus tuus pactum tibi, & misericordiam quam iuravi patribus tuis &c. Cum ergo tanta multitudo eorum qui ex lege sunt uel esse uolunt, excluditur, ut non sint in peculium domino iuxta praescriptam sponsonem eius, nunquid propter hoc in iudicium uocandus est deus? Iudicetur quidem, quoniam & ipse praesto est, dicens in Esaiam: *Quis est qui iudicetur mecum ueniat, iudicetur inquam, sed statim uincit, quia uidelicet illi non custodierunt quod in conditione positum fuit, id est, non audierunt uocem eius, non custodierunt pactum eius, imò omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Atque hoc modo lex iram operatur, dum in iudicio recitat illud quod in conditione posuit deus, proinde melius quod absque conditione facta promissio, & cum iuramento firmata est res promissio. Non enim dixit deus ad Abrahamam, si hoc uel illud feceris, si sic uel sic ambulaueris, si haec uel illa mandata mea custodieris, in semine tuo benedicentur omnes gentes, sed absque ulla (ut iam dictum est) conditione, & omnino de futurorum obseruationibus tacens. Per memetipsum, inquit, iuravi, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quoniam obedisti uoci meae. Hinc Apostolus ad Romanos: *Vbi, inquit, non est lex, nec praeruaricatio. Quomodo enim propter aliquam iniquitatis abundantiam, uel ipsi Abrahamae uel posteris eius subtrahere possent tanquam praeruaricatoribus iustitia dei, quod taliter promissum. Non fuit ibi lex, id est conditio de futura obseruatione cuiusquam mandati, & idcirco nec praeruaricatio nominari possent in aliquo peccato, per quam liceret deo (quoniam uerax est) mutare uerbum suae promissionis.**

¶ Quid sit quod apostolus ait, Si enim qui ex lege, haeredes sunt, exinanita est fides abolita est repromissio. Cap. XX.

Libet intueri etiam illud, quod sapienter, & ueraciter loco memorato apostolus dixerit: *Si enim qui ex lege haeredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Quod est dicere: Si ob meritum susceptae legis, factum esse putas, ut in semine Abrahamae, quod est Christus, benedicentur omnes gentes, cum ante datam legem quadringentos & triginta annos promissio praecesserit, nonne mutabilem facis deum, & immutabilem promissum suum? Magna quippe mutabilitas, grandis immutatio est, illud post tantos annos proponere pro mercede futuri seruitij, quod prius cum iuramento gratis promissum, praesertim cum sic promissum iam dedisse fuerit: Et quis unquam homo fidelis, illud quod dudum amico suo gratis dedit, postea facere potest mercedem futuri seruitij? quanto magis nec deus taliter fecit, nec deum taliter facere decuit, hoc namque esset exinanire fidem, abolere promissionem, si post totos annos patribus defunctis ita loqueretur ad filios, dicens: Si ergo audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, complebo promissiones meas, ut in semine Abrahamae benedicantur omnes gentes. Quod uidelicet unicum semen Christus est: Non conueniret, non congrueret, imò indecens esset deo ueraci, qui sicut alia scriptura testatur: *Semel loquitur, & secundo idipsum non repetiuit, non immutauit, sed aliud dixit, aliud superaddidit: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, dabo uobis terram fluentem lac & mel, custodiam uobis pactum meum & misericordiam, quam iuravi patribus uestris, quam utique si non custodiero praeruaricantibus uobis, nihilominus tamen iuravi patribus uestris quibus iuravi, & omnibus gentibus siue populis, qui ex illorum fide sunt uel erunt, quia non uobis solum, sed & omnibus gentibus benedictionem promissi in semine**

semine eius. Idem est in David. Similiter namque hoc esset exinanire fidem, abolere promissionem, si quod promiserat & iurauerat ex gratia, per legem destrueret propter subreptiam delicta. Quod quia non fecit, sed fidelis permanfit in omnibus uerbis suis, semel inquit in sancto meo, si David mentiar: Semen eius in æternū manebit. Ergo iustificatur in sermonibus suis, & uincit dū iudicatur, quia mutabilitatis non potest argui.

¶ Quid sit quod idem Apostolus ait: Iustitiā dei in Euangelio reuelari ex fide in fidem, & quæ nam illa iustitia sit. Cap. XXI.

Quam aliam iustitiam dei putamus in Euangelio reuelari, sicut Apostolus dicit: Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit: Iustitia dei, incarnatio est filij dei, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Incarnatio inquam, uel aduentus Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Hæc iustitia in euangelio reuelatur. Num parua est hæc iustitia dei: non parua, sed uere magna & ualde laudabilis, quia per illam incarnationem, dum fit ex semine Dauid, iustificatur deus in sermonibus suis, implendo quod promisit, custodiendo quod iurauit deus uerax & fidelis. Attende perpulchram huius iustitiæ diffinitionē. Iustitia, inquit, ex fide in fidem: Cuius ex fide, nisi eius qui promisit, qui iurauit: Cuius in fidem, nisi eius qui promittenti credidit, qui iuramenti fidem adhibuit, scilicet Abraham siue Dauid: Iustitia hæc alia est, & alia illorum Israelitarum, qui non sunt Israelitæ ueri, Quia suam querentes statuere iustitiam, huic iustitiæ non sunt subiecti. Quæ nam est illorum iustitia: Nimirum iustitia non ex fide in fidem, sed quasi ex operibus in opera, Quasi Abraham ex operibus iustificatus sit, cū scriptura dicat: Credidit Abraham deo, & reputatū est illi ad iustitiam: Et quasi ipsi ex operibus iustificari possint, cum item scriptura dicat: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Bene ergo iustitia dei, quæ in euangelio reuelatur, diffinita est, dicendo: Iustitia ex fide in fidem, quia uidelicet quod dei filius incarnatus est, & quod in isto semine benedicuntur omnes gentes, ex fide est dei, de quo scriptum est: Fidelis deus in omnibus uerbis suis. Quia neque Dauid, neque cæterorum peccatis offensus est siue transuersus, quin magna fide impleret, quod magna gratia promisit: & iustitia hæc in fidem tendit, quia non propter operibus, sed propter idem possibile est quempiam coram illo iustificari, dicente scriptura: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit: Idcirco sic scriptum est: Iustus ex fide uiuit, Quia propter solum deum, qui solus sanctus est, in omnibus operibus suis, quicumque iustus est uiuit, non ex operibus, sed ex fide habet hoc ipsum, quod iustus ex fide uiuit. Nam si quis uelit operum iustitiam recte diiudicare, non foris in oculo, sed in secreto conscientie suæ, nunquam improbat in semetipso dictum à quodam: Quasi pannus menstruatus uniuersæ iustitiæ nostræ.

¶ Verbum dei tam in Saul quàm in David ueritatis palmam obtinuisse. Cap. XXII.

Igitur, quia ex fide in fidem, idcirco firma est promissio ipsi David, & ecce nunc uiuit, nec utcumque uiuit, uerū etiam permanet, in abundantiori gratia patriarcha, rex & propheta. Patriarcha, quia promissio specialiter ad hunc post Abraham facta est, ut esset pater beati seminis, quod est Christus, qui non erubescit uocari filius Dauid, cum sit ipse dominus David, filius secundum carnem, dominus secundum diuinitatem. Rex idem, & non quomodocumque, sed secundum electionem dei, & quod amplius & magnificentius est, secundum cor dei. Quæsiuit sibi dominus, ait Samuel ad Saul, uirum iuxta cor suum, & præcepit ei dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non seruaueris quod præcepit dominus. Cuius rei Paulus quoque in actibus apostolorum ita meminit: Et amoto Saul sciuit illis David regem, cui & testimonium perhibens dixit: Inueni David filium Iesse, uirum secundum cor meū, qui faciet omnes uoluntates meas. Iste sermo longe ab electione Saul distinguit electionē David. Nam & illū elegisse dicitur dominus dicente Samuele ad omnē populū, cum ille in medio staret altior uniuerso populo ab humero & sursum. Certe uidetur quæ elegit dominus, quoniam non est similis ei in omni populo, Ergo & illū elegit quidem dominus, sed non secundū cor suum, imò secundum cor populi uanū & superbum, & secundum furorem suum. Ille namque maxime uel in primis erat, super quo apud Osee taliter Israel

lem increpat: Vbi est rex tuus: maxime nunc saluet te in omnibus urbibus tuis, & iudices tui, de quibus dixisti: Da mihi regē & principē: Dabo tibi regē in furore meo, & auferam in indignatione mea. Illā quippe in tanto furore suo dedit, ut diceret ad Samuel: Non te abiecerunt, sed me, ne regnē super eos &c. Item, in tanta indignatione illū abstulit, ut ille dæmoniatus fieret, sicut scriptū est: Spūs autē domini recessit à Saul, & exagitabat eū spūs nequus à domino. Hæc nunc idcirco cōmemorauerim, ne uel in Saul uerbū domini à proposito cecidisse, palmamque iustitiæ uideatur amisisse, eligendo illū, qui electione dignus non fuerit. Propheta idē David, non qualiscumque, sed tā proprius tā familiaris uerbo dei, ut eiusdē uerbi persona propria (futuræ incarnationis, passionis, resurrectionis & ascensionis suæ) mysteria clarius atque sonorius loqueretur per os Dauid, quā per os alicuius ex cæteris cum suauitate harmoniacæ dulcedinis. Nunquid uel ista gratia post lapsum claruit non utique, nā docebo, inquit, iniquos uias tuas, subauditur, eadē qua prius prophetica gratia.

¶ Quomodo appareat in duobus illis uerū esse sapientiæ dictū: Melius est duo simul esse quàm unum. Cap. XXIII.

Apparet nunc in istis, quæ ueraciter sapientia dixerit: Melius est duos simul esse quàm unum habēt enim emolimentū societatis suæ, si unus ceciderit, ab altero fulciatur. Væ soli, quia cū ceciderit, non habet subleuantē, & si dormierint duo fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiat: & si quispiā præualuerit cōtra unum, duo resistunt ei. In istis inquam, scilicet in Saul & in David, apparet quæ uera quæ pulchra sint hæc. Quid enim est unū uel solū esse, nisi sermonē dñi proiecisit: Et quid est duos simul esse, nisi sermonē dñi in itinere uitæ huius, siue in lectulo conscientie sociū habere: Hoc multo melius est, nā: Væ soli, inquit, quia cū ceciderit nō habet subleuantē. Væ ergo Sauli, qui quando cecidit solus fuit, nō habens subleuantē, scilicet dñi sermonē. Proiecerat enim illū, Vnde & dictū est ad eū: Non reuertar tecū, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis rex super Israel. Porro David sermonem domini habuit socium in domo pectoris, in sinu fidei. Duo igitur erāt uidelicet ipse David, & sermo domini, unus cecidit, & ab altero fulcitus est. Quid isto uerius: Cecidit David, & à sermone domini, qui cadere non nouit, fulcitus est, fortiter innitens illi, & dicens deo: Miserere mei, ut iustificeris in sermonibus tuis. Subleuatus est, & dormierunt duo, & usque in finem uitæ ipsius David fouebatur mutuo. Nam sermo domini fouebat David, tā nocturna quā diurna meditatione sui, quæ admodū ille dicit: Et meditatus sum nocte cū corde meo. Item, tota die meditatio mea est. Hoc erat foueri David, id est, delectari. Nā memor sui, inquit, dei, & delectatus sum, fouebatur, id est, delectabatur ipse sermo, uidelicet requiescendo in suauissima humilitate David, dicentis deo: Memor esto uerbi tui seruo tuo. Item: Non nobis domine, sed nomini tuo da gloriā, quasi suimet negligens, tantummodo de uerbo dei, uerbo repromissionis, quod apud se habebat sollicitus erat, ne obliuioni traderetur, non ignorans quæ custodiende & glorificande deo uerbū hoc, ipse pariter custodiretur, & particeps existeret gloriæ, iuxta quod illic dictū est: Habent enim emolimentū societatis suæ. Præualuerat quispiā contra unū, sed duo restiterunt ei. Vnus namque tūc erat David, quando acciderat, ut surgeret de stratu suo post meridiē, & uisa uxore alterius incideret in concupiscentiā eius. Vnus erat, quia à solita meditatione uerbi dei animus eius secesserat, & ob hoc præualuit contra eū ille qui per Nathan peregrinus dicitur, scilicet diabolus à ciuitate & regno dei alienus, sed restiterunt ei duo, de quibus iam dictū est, & alter fulcitus est ab altero, quia subleuatus est David uerbi dei subsidio, ut persisteret in multiplici gratia propheta (ut iam dictū est) & rex, & patriarcha.

¶ Salomonē habuisse quidem uerbū dei, sed non quiesse cū eo, ut foueretur, ideoque cecidisse, nec subleuatum esse. Cap. XXIII.

At ipse per quæ taliter locuta fuerat sapientia, Salomon rex filius eiusdem David, multo grauius cecidit, multo namque grauius est zelus idolatriæ, quā adulteri facinus siue homicidij. Amauit mulieres alienigenas multas, & ita per illas deprauatū est cor eius, ut deos alienos sequeretur & colebat Astarten deā Sydoniorum, & Chamos deū Moabitum, & Moloch deū Ammonitarum. Quid ergo dicemus: nonne modo supra predicto simul erant duo: Perspicuū est, & negari nō potest, quod fuerit cū illo sermo domini quin

quin de pectore & ore eius, tanq̄ de templo suo sese manifestauerit dictis & factis. Quomodo ergo ita cecidit tanq̄ solus esset, & subleuantem non haberet? Ad hæc inquam: Erant quidem duo, sed nõ erat illis quies dormitio, ut dormirent pariter & fouerentur mutuo. Quidam alius intererat, & interstrepebat semper inquietus & infestus, scilicet amor præsentis seculi, qui longe dissentit à uerbo dei. Ille in angulo absconditus non patiebatur, ut illi duo bene essent simul, & quies dormitione fouerentur simul. Illum talem, scilicet seculi amorẽ, ibi familiarẽ fuisse, & in cordis eius mansione diu mansisse, illud satis innuit, quod iratus dñs super auersione Salomonis taliter dixit: Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactũ meum &c. Dicendo namq̄, habuisti hoc apud te, satis indicat non repentinam tentationem superuenisse, sed morbo inueterato uitiosam eius intentionem fuisse. Quod etiã in eo satis animaduerti potest, quod cũ in initio magna dignatione apparens dñs dixisset illi: Pete quod uis uideam tibi, & tanta sibi oblata gratia, posset æternitatem glorię cœlestis una petitione adipisci, quæ summa beatitudo est. Ille temporali gloria delectatus, & apud homines uolens haberi gloriosus, leue seu mediocre bonũ petiuit. Dabis, inquit, seruo tuo cor docile, ut iudicare possit populũ tuũ, & discernere inter bonũ & malũ. Et quidem bonũ erat quod petiuit, & melius q̄ si petisset dies multos, aut tale quid, quod bonũ quidẽ est, sed exile & infimum, & hoc magis placuit dño, quod sic petiuit, q̄ si petisset quidpiam eiusmodi, dies multos, aut diuitias, aut animas inimicorũ suorum. Sed cur non dixit, sicut dixerat pater eius Dauid: Vnam petij à dño, hæc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: uide licet, quia cor eius non erat perfectum cũ domino deo suo, sicut scriptura testatur, sicut cor Dauid patris sui.

¶ Propter peccata filiorum Dauid, non auersum esse propositum dei, quia iurauerat illi. Cap. XXV.

Nvm igitur uel in isto cecidit uerbũ dei, & quod proposuerat deus, potuit auertere? Non utiq̄, imò palmã iustitię præclarius obtinet, scriptura sic determinante: Veruntamen, inquit dñs, in diebus tuis nõ faciam propter Dauid patrem tuũ, de manu filij tui scindam illud, nec totũ regnum auferam, sed tribũ unam dabo filio tuo propter Dauid seruum meũ, & Hierusalem quam elegi. Item ad Ieroboam: Nec auferam, inquit, de manu Salomonis omne regnũ, sed ducem ponã eum cunctis diebus uitæ tuę, propter Dauid seruum meum quẽ elegi. Auferam autẽ de manu filij eius regnũ, & dabo tibi decem tribus. Filio autẽ eius dabo tribum unã, ut remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Hierusalẽ ciuitate, quam elegi, ut esset nomen meũ ibi. Cum hæc dicit omnipotens deus, utiq̄ tenetur fortitudine uerbi sui, memor promissionis suę, ut sit uerax & fidelis, iuxta memoratã superius causam, quam posuit ipse Dauid, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Remanet igitur uerbo dei palma ueritatis in ipso quoq̄ casu Salomonis. Porrò ipsi Dauid quanta est laus, & quanti præconium meriti, quod fatetur deus se propter eum seruare ciuitatẽ Hierusalem & tribũ Iuda ad implendam promissionẽ ueritatis, quæ est incarnatio eiusdem uerbi dei de semine Dauid: Sic namq̄ loquitur, tanquã homo quispiam grauiter offensus, qui cũ habeat causas irascendi, & sperata denegandi, teneatur tamen debitor ut det quãuis inuitis, quia promisit, quia iurauit. At ille non inuitis implere habebat, quod gratis promiserat, & promissum iuramento firmauerat. Quò ergo tendit, dũ totiens meminit Dauid in transgressionibus posterorum eius & populi, totiens ad iracundiam deũ prouocantis, dicendo, quod propter Dauid parcat, & nõ penitus eos delere uelit? Videlicet ut magis ac magis abundantia gratiæ eius innotescat, ubi est abundans iniquitas, & nulla ex operibus iustitia, sed de hoc iam latius supra dictum est.

¶ Cur iurare debuerit ac uoluerit deus, quẽ impossibile est mentiri, etiam in his, quæ loquitur absq̄ interpositione iuramenti. Cap. XXVI.

Cur autem iurare debuerit, uel quam utilitatis rationẽ in iuramento suo fore considerauit deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his quæcumq̄ loquitur absq̄ interpositione iuramenti? Apostolus ad Hebræos euidentius exprimit: Quomiam, inquit, neminẽ habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. Homines em̄ per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorũ finis ad confirmationem, est iuramentũ

amentum. In quo abundantius uolens deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandũ, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deũ, fortissimum solatiũ habeamus. Hoc tale est, ac si dicat: Deus ante omnia fidẽ ab omnibus exigit, & sine fide impossibile est placere illi. Porrò homines duri sunt, & tardi corde ad credendũ, Maxima pars incredulorũ est, qui omnino non credunt. Et de alijs quidem non adeo mirum, licet sit damnabile malum, de ipsis utrunq̄ qui promissionis hæredes esse debuerunt, quorũ patribus promissio facta est, & firmata per iuramentũ, magis tamen mirandũ, quod sint uel fuerint adeo increduli, ut maxime de illis scriptũ sit: Generatio praua & exasperans, generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cũ deo spiritus eius. Porrò ipsos qui quandoq̄ credituri erant, sciebat idem deus difficiles fore ad credendum, sicut & fuerunt, utpote quorũ optimis magna increpatione ab ipso domino dictum est: O stulti & tardi corde ad credendum omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Igitur quia omnis controuersiæ hominũ finis, ad confirmationem est iuramentũ, ut uel sic incredulitati ponerent finem, ut uel sic uigilarent homines ad audiendũ, & sentirent fore immobile dei consilium, interposuit iusiurandũ. Proinde cũ dicit ipse: Sit autem sermo uester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, à malo est, recte subauditur illius, cuius incredulitas siue diffidentia iurare compellit. Sic namq̄ intelligendo quod dixit, à malo est, humiliter in ipso iuramento dei, nostram culpam tarditatem ad credendum, quod utiq̄ malum est, quia cũ impossibile sit mentiri deũ, etiam cum non iurat, pauci comparatione incredulorũ credituri, in eo quod per semetipsum iurat.

¶ Quibus ex causis maxime digni fuerint Abraham & Dauid, uerbo promissionis cum iuramento repromittentis. Cap. XXVII.

Quibus uel ad quos iurauit in promissione seminis, quod est Christus? Duo sunt patriarchæ magni, Abraham atq̄ Dauid, & magna quidẽ gratia iurauit. Et hoc ante omnia scire debemus, quia fecit hoc ex gratia sua, magisq̄ ex ipsorum meritis. Veruntamen eadem eius gratia præueniente aliquo modo ad hanc dignitatem fuere præparati, ut dignaretur deus iuramento sese obligare cum illis. De Abraham manifestius illud est, quia fide obtulit Isaac, cum tentaretur, & unigenitum offererebat, quod suscepit repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Ob hanc rẽ iusta gratia deus, quod dudũ absq̄ iuramento promiserat, cum iuramento repromisit, in semine eius benedicendas fore omnes gentes, utiq̄ semen Christus est. Porrò de Dauid quærendũ, quam ob uirtutem maxime deus illum dignum iudicauerit, ut iuraret illi, sicut testatur ipse, & iam supra memoratum est. Et quidẽ non ita manifeste de illo scriptura refert sicut Abraham, quod dixerit illi deus: Per memetipsum iurauit, quia fecisti rem hanc uel illã: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam; Sed ratio docet, non multo minoris esse meriti, peperisse inimico propter deũ, quã nõ peperisse unigenito filio propter deũ. Hoc fecit Dauid inimico suo infestissimo, quærenti animam suã, inimico regi, cuius regnum sine dubio se suscepturũ sciebat, ibi pepercit ubi querebat animã suã, quod eatenus fuerat inauditũ, sicut testatur & ipse Saul, admirans, & dicens ad eũ: Quis em̄ cũ inuenerit inimicum suũ, dimittet eũ in uiam bonã? Ob hanc maxime causam iuratum illi esse arbitramur, quod semen uel caro eius assumenda foret in filiũ dei, Quia maxime causa ista facit filios dei, sicut testatur ipse dominus, cum dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Dilexit inimicũ, benefecit illi, non solũ parcendo cum occidere posset, uerum etiã plangendo, cũ ille occisus fuisset, & sicut iam dictum est, maxime pro causã huiusmodi tali iuramento dei dignus extitit.

QVRTI LIBRI FINIS.

F Ruperti

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI
LIBER QVINTVS.

¶ Quomodo secundum caput draconis, uitulus scilicet, sub Ieroboam
denuo fuerit erectum, Caput primum.



INTEREA DRACO ILLE MAGNVS, SERPENS

antiquus, qui uocatur diabolus & Satanas, cernens proficere promissiois uer-
bū, utpote iam post Abrahā, secundo in Dauid iuramēto firmatū, magnum
inuidiæ scruentis incendiū uersabat, magna ueneni sui stimulatū ardore tor-
tus in semetipso furebat. Sed quid ageret dudū exarmatus capite, quod pri-
us erexerat, scilicet regno Aegypti, quando submersus est Pharaon in mari cum curribus &
equitibus suis, caput aliud non habebat quod erigeret, id est, regnū aliud, per cuius potentia
scruere posset, ad excidiū gentis, ex qua implendū erat iam dictū uerbū promissionis, quini-
mō iam regnabat ipsum uerbum in Dauid patre, quod futurum erat suæ carnis, & idem pa-
ter eius sceptrū tenēs, imperij, fortis atq; bellicosus, exercebatur prælijs, glorificabatur uictorij-
s; unde & securius citharizabat psaltes ille: Uerbū dei sonis condecorans musicis. Arde-
bat igitur inuidiæ ueneno, quo & ipse Dauid penē omnē domum conflagrauit: dum &
ipse pariter adulterij simul & homicidij crimen incidit, & de filijs eius unus. Absolon cruen-
tus fratre interempto, in ipsum patrem arma arripuit, expellens eum de regno, & animam
eius quærens, ut regnaret pro illo. Quod si peractū fuisset, iam profecto serpens illud caput
haberet, per quod uerbū dei impugnare memoriamq; eius sese abolere posse speraret. Non
ita euenit, sed Absolon mortuo, & Dauid uitam cum pace cōpleuit, & succendens ei filium
sensatus, Salomon, cum pace regnauit, & domū pacis nomini domini ædificauit. Tandem
peccatū eiusdē Salomonis, maglinam eiusdem serpētis intentionē adiuuit, ut scinderetur re-
gnū Israel à domo Dauid suscepto Ieroboam filio Nabaioth, qui & continuo duos uitulos
aureos fecit, & dixit: Ecce dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Ibi se erexit secun-
dum caput draconis, & in illo capite facies fuit uituli cornuti, cœpitq; cornupeta esse diabo-
lus, agendo & cōpellendo per uim regiā, ut uitulos simulachra pro deo colerentur.

¶ Quamuis etiam Baal seruiuerint, & adorauerint, uitulum tamen
caput idololatriæ fuisse. Cap. II.

Quantum putas contra uerbū domini uitulus ille, imō in uitulo diabolus, ipse uir-
bratis cornibus insaniuit: Domine, inquit Helias, altaria tua destruxerunt, & pro-
phetas tuos occiderunt gladio, & ego derelictus sum solus, & quærent animam
meam. Iam quidem Israel colebat etiam Baal, agente Iesabel. Et hoc addidit,
inquit scriptura, Achab in opere suo irritans dominū, quod scilicet seruiuit Baal & adorauit
illum. Sed omnis idololatriæ caput in Israel erat cultus uitulorum. Nam & Baal & cætera
portenta dæmoniorum ab alijs gentibus susceperunt, uitulum autem ut colerent, reges Isra-
el à semetipsis excogitauerunt, & in illo scelere omnes perseuerauerunt. Vnde in Osee, cum
dixisset dominus de regibus & principibus illis, Vsq; quo non poterunt emundari, continuo
causam istā subiunxit: Quia ex Israel ipse est, artifex fecit illum, & non est deus, subauditur
uitulus, de quo præmiserat: Proiectus est uitulus tuus Samaria. Et est sensus, Idcirco reges &
principes Israel non possunt emundari siue reuocari à cultu uituli, quia non per ignorantiam
in illo peccant, sed per maliciam, & non ab exteris gentibus decepti cultum illius susceperūt,
sed à semetipso excogitauerunt, Vnde & congrue dictum est: Artifex scilicet Ieroboam, se-
cit illum, sicut scriptū est: Dixitq; Ieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad do-
mum Dauid, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, &
excogitato consilio fecit duos uitulos aureos. Artifex ergo fecit illum, quia Ieroboam excog-
itato consilio fecit eum: Igitur quamuis Baal, & multa alia idololatriæ monstra fuerint in
Israel,

Israel, tamen uitulū illū idololatriæ caput, recte dixerim, quia uidelicet cætera portenta Isra-
el ab exteris gentibus accepit, & à cultu illorū aliquotiens cohiberi potuit: Nam & Baal Ier-
hu deleuit de Israel, sed uitulos à semetipso Israel excogitauit, & neq; Iehu, neq; quisquam re-
gum Israel à cultu illorum unquam recessit.

¶ Hoc caput, tametsi mite uideretur, tamen æque ut reliqua perniciosum
fuisse populo dei. Cap. III.

Quæ autem facies ex oibus capitibus, siue faciebus aduersarij sæpe dicti, ita potuit
mansueta uideri, ut ista facies uituli? Facies aliæ truces sunt, scilicet facies draconis
facies leonis, facies urfi, facies pardij, facies bestię terribilis & fortis, dentes ferreos
habentis, comedentis atq; cōminuentis, & reliqua pedibus conculcantis, per
quæ significari iam diximus regna, quæ contra promissionis uerbū persecutionē fecerunt,
regnū Aegyptiorū, regnū Babyloniorū, regnū Persarū & Mædiorū, regnū Grecorū, regnū
Romanorū. Facies ista uituli, facies est mitis, per quā (ut dictū est) denotatur regnū Israel, ex
quo Ieroboam uitulos aureos fecit. Num ergo sicut facies ista, mitior est faciebus illis, ita re-
gnū Israel, mitius q̄ illa regna egit, minus nocuit? Imō quanto magis domesticus erat, tanto
maiora damna fecit, tanto magis domū subuertit. Quid em̄ uel quantū fuerat actū, dum oc-
cisus prophetis domini, & omni populo sequente imperium Iezabel & Achab, solū se dere-
lictum putaret Helias, licet, superessent septem milia uirorū, quorum genua non sunt incur-
uata Baal? Et quidem Baal deleuit Iehu de Israel, ut iam dictum est, sed cultus uituli & popu-
lum cū regibus irreuocabiler captū mente tenuit, & tantū effecit, ut translatus Israel de ter-
ra sua, corpore quoq; captiuus fieret, captiuitate insolubili prædicte domino in Osee: Quia
non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eos, & domui Iuda misere-
bor, id est, decem tribubus sub Assyrijs, in perpetua captiuitate permanentibus, tribū Iuda
de Babylonica captiuitate reuocabo, post septuaginta annos. Cætera regna Israel in cor-
pore percusserunt, regnū Israel in anima semetipsum occidit, occidendo prophetas domini
propter uitulos, quos nullos ex regibus Israel relinquere uoluit. Habebat etiā cum regia ui-
quādam hypocritism: In quo; in eo uidelicet, q̄ ore retinebat, & commemorabat beneficia
dei. Per hoc nequissime peccans, quod illius beneficia mutis & inanimantibus ascribebat ui-
tulorum simulachris dicendo: Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et cele-
brabat diem solennem, in mense octauo decimo quinto die mensis, in similitudinē solennita-
tis, quæ celebrabatur in Iuda.

¶ Quod nā primū uerbi dei bellū aduersus hoc caput fuerit. Cap. III.

Quanto ergo nequior erat hostis, tanto maius, tantoq; promptius oportebat adese
se præsidium uerbi dei. Et ita factum est. Tunc enim plures atq; crebriores prælijs
sui tubas fecit audiri uerbum domini, scilicet prophetas quos misit addendo cum
uocibus eorum uirtutem in signis atq; prodigijs. Initium duelli, primaq; con-
gressio uerbi domini & huius capitibus, id est, regni Israelitici talis fuit. Ascendente Ieroboam
super altare ut adoleret incensum, & ecce uir dei uenit de Iuda in sermone domini, & excla-
mauit contra altare, & ait: Altare altare, hæc dicit dominus: Ecce filius nascetur domui Da-
uid, Iosias nomine & immolabit super te sacerdotes excelsorum. Et deinceps: Hoc erit signū
num quod locutus est dominus, Ecce scindetur altare, & effundetur cinis qui in eo est. Ex-
tendente autē Ieroboam manū suam de altari, & dicente: Apprehendite eū: exaruit manus
eius, nec ualuit eam retrahere ad se, altare quoq; scissum est & effusus est cinis de altari iuxta
signū quod prædixerat uir dei in sermone domini. Post hunc adhuc uiuebat Ahya Siloni-
tes, qui locutus fuerat Ieroboam, quod regnatus esset super Israel. Ille loquente in se domi-
no: Ego, inquit, ad Ieroboam missus sum, durus nuncius, qui mortui fuerint de Ieroboam
in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, uorabunt eos aues cœli,
quia dominus locutus est &c. Post illū fuit Iehu filius Anani, ad quem factus est sermo con-
tra Baasa, qui percusserat Nadab filiū eiusdē Ieroboam, iuxta eandem sententiā: Qui, inquit,
mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eū canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regio-
ne, comedēt eū uolucres cœli. Post hunc uerbi dei uexillū erigens igneo curru triumphaba-
bat Helias, Deinde Helisæus, simulq; filij prophetarū plurimi, ex quibus centū uiros pauit:
F 2 Abdias

Abdias seruus dñi in speluncis cū interficeret Iezabel prophetas dñi. Deinde & hi, quorū extunc libri proprii, quorū si tempora consideres secundū gesta titulosq; libris præfixos plañe perpendis, quia uerbū domini nullū regū tempore propositū neglexit, semperq; diaboli mendacium in idolis ueritas dei redarguit in prophetis.

¶ Quod Iehu primus pro testimonio uerbi dei occubuerit. Cap. V.

Quis primus in illo conflictu sanguinem suū fuderit, & pro testimonio uerbi dei occubuerit minus peruulgatū est à uenerabilium doctorum scriptis, q̄ cupit diligens quispiā spectator huiuscemodi prælii, cū de noie eius scriptura non tacuerit. Hic em̄ dicitur est Iehu filius Anani, cuius scriptura ita meminit, ut iam dictum est: Factus est autē sermo domini contra Baasa, dicens: Porrò quod exaltaui te de puluere &c. Post quæ ita subiungitur: Cum autē in manu Iehu filij Anani prophetae uerbum domini factū est contra Baasa & contra domū eius, & contra omne malū quod fecerat coram domino, ad irritandū eum in operibus manuum suarū, ut fieret sicut domus Ieroboam. Ob hanc causam occidit eum, hoc est, Iehu filium Anani prophetam, Splendide illū scriptura sacra nominauit, ita tertio loco replicans occidit eū, hoc est, Iehu filiu Anani prophetam. Et sciendū quod nullū ante hunc ab initio promissionis nominatim tradit scriptura occisum fuisse propter uerbū domini. Optaret ergo diligēs spectator certaminis uerbi domini, ut sicut post Abel Zacharias filius Barachia, quē occiderunt inter templū & altare: Ita & iste peruulgatus esset proprio nomine, quia uere non parui est meriti, cuius a sanguine primū accipit draco ille magnus quod rufus meretur esse uel dici. Tenor propositi nostri notiorē nunc eū nobis reddidit, quia uidelicet ubi sermo est uel opus de uictoria uerbi dei, latere nō debuit is q̄ sanguinē fudisse primus legitur in prælio uerbi dei, dum contra hostem antiquum proficiscitur, missus ut fidelis legatus uerbi dei.

¶ Quod mysterio non careat à leone prophetam in uia occisum. Cap. VI.

Igitur, quoniā hic primus est illoq; qui uerbo dei suū in officio prophetae sanguinem impenderunt, perpende nunc q̄ pulchrū q̄ congruū præcessit, ad gloriam eiusdē uerbi pertinetis mysteriū. Ille uir dei qui uenit de Iuda, in sermone dñi in Bethel, ut supra dictū est: Ieroboam stante super altare, dixit: Altare altare, ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum. Ille inquā mandatū accepit in sermone dñi præcipientis: Non comedes panē, neq; bibes aquā, nec reuerteris per uia qua uenisti: sed sefellit eū propheta senex, qui habitabat in Bethel, ut comederet panē & biberet aquā in domo eius. Propter hoc inuenit eū leo in uia, & occidit, & cadauer eius erat proiectū in itinere. A sinu autē stabat iuxta illū & leo stabat iuxta cadauer. Forma hæc mystica est, & prædicti sancti prophetae Iehu filij Anani, & omnium sanctorum & prophetarum, qui occisi sunt uel occidūtur, propter testimonium eiusdem uerbi dei, Quibus ipsum uerbū incarnatum dicit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ille namq; leo qui occidit, & iuxta cadauer stetit: Diabolum & satellites eius impios homines signat, per quos cum sanctorum corpora occiderit, stat, nec potest ad nocendum progredi ultra, quia diabolus nec manducare nouit corpora, cum ipse sit spiritus, nec consequi potest animas extra corpus, quas in corpore persequitur. Siquid ergo peccati ex carnali commoratione serui dei contraxerunt, & ob hoc inimicus aliquando permittitur occidere corpora eorum, illa contentus sit pœna, stetitq; iuxta cadauera, id est, nihil amplius uel animabus, uel etiam corporibus, quin resurgant se posse nocere sciat, Nec enim efficere potest, ut saltē corpora moriendo pereant deo, Quod pulchre signatum est, per hoc qd occisum non deuorauit, sed iuxta cadauer stetit leo.

¶ Quid duodecim scissuræ pallij Ahia Sylonitæ significarint. Cap. VII.

Porrò uerbum dei sicut potest habet postq̄ occiderit, mittere in gehennā, sic potestatem habuit postq̄ prophetae mortui uel occisi fuerunt, eorū nihilominus implere prophetiā, id est, demerere posteriora regū impioq; ut qui moreretur ex eis in ciuitate, comederent eum canes, & qui moreretur ex eis in regione, comederent eum uolucres cœli, sicut prædixerat iam dictus propheta Iehu filius Anani de Baasa, sicut prædixerat Ahias Sylonites de Ieroboam. Non leuiter attendendum, nec enim passim spectat ad gloriam

gloriam uerbi dei, semper ueri, semperq; uincens, cui uidelicet uerbo uincere est, quicquid dixerit uerū fieri, ueritatemq; eius pulchre cōmendat illa, quæ tunc fiebat multiplex Israeliti scissio regni. Iam dictus Ahias Sylonites, quale Ieroboam mox futuro regi prælagiū regni dederat. Apprehendens palliū suū nouū, quo opertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad illū: Tolle tibi decē scissuras: Hæc em̄ dicit dominus deus Israel: Ecce ego scindā regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Quid sibi hoc uoluit, quod non ita duas tantū ex uno pallio fecit scissuras, sicut duo tantū ex uno populo fiebant regna: uidelicet, quæ sic futuræ erat, ut regnū scissum à domo Dauid, quod demittebatur eidem Ieroboam, scinde retur decies, & ita factum est. Prima namq; scissio facta fuit in ipso Ieroboam. Secunda in Baasa, qui percussit Nadab filiū eius, & regnauit pro eo. Tertia in Zambri, qui percussit filiū Baasa, & regnauit pro eo. Quarta in Ambri, qui ad mortem persecutus est Zambri. Quinta in Thebin filio Gynet, quem percussit idē Ambri pater Achab. Sexta in Iehu filio Namsi, qui percussit Ioram filiū Achab, & regnauit pro eo. Septima in Sellum, qui percussit Zachariam pronepotem Iehu. Octaua in Manaem, qui percussit Sellum, regnauitq; pro eo. Nona in Facee filio Romelia, q̄ percussit Faceiam filiū Manaem, regnauitq; pro eo. Decima in Osee, qui percussit Facee filiū Romelia, regnauitq; pro eo. Vel certe quomodo Thebin, in quo quintam scissionē diximus non saltē uno die regnasse, sed tantū media pars potest eū secuta fuisse legitur, ut regē cōstitueret, nec præualuit. Omissio illo, quinta scissio fuerat in Iehu, sexta in Sellū, septima in Manaem, octaua in Facee filio Romelia, nona in Osee in Assyrios. Igitur sic est, ut ipsum uerbū dixit: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domū cadet. Et sicut scriptura ueridica prædixit: Uerbū autē dñi manet in æternū. Quia & cōplet uerba prophetarū suoz, postq̄ illi mortui uel occisi exauerūt tanquā scenū, & ipsos faciet resurgere fortes & excelsos super ligna cedrorum.

¶ Deum iusto iudicio regem Hieroboam super Israel constituisse, nō ut peccare faceret, sed quia peccaturi erant. Cap. VIII.

Dicit aliquis: Quomodo iustificabitur: quomodo palmam ueritatis hoc uerbum in eo quoq; obtinebit, quod talem hominem Hieroboam regem super Israel ordinauit: Sciebat autē nesciebat, quod ille facturus esset Israel peccare: Si sciebat cur illū ordinabat: & quo iure puniebat: Si nesciebat, quomodo uincit semper cum iustitia: Vel error aut inscitia ad uictoriam non pertineat: Ad hæc inquam: Non nesciebat uerbum & sapientia, sed optime sciebat, & tamen in iudicando integra illi est ueritatis & iustitiæ palma. Iudicio hoc namq; fecit, & iudiciū eius non in hac re penitus latet. Quamuis iudicia eius sunt abyssus multa, quamuis sint incomprehensibilia, tamen quædam sunt quæ ex nonnulla parte possunt cognosci, illa uidelicet, quorum causas ore suo aperire dignatur. De quibus Psalmista dicit: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Qua tandem ex causa iudicatus est, ut talis daretur rex, qui peccare faceret Israel: illa uidelicet, quia peccare uolebat Israel. Ex quo putas uoluntatem peccandi habuisse Israel: Ex eo, inquit Moyses, die, quo egressus es ex Aegypto usq; ad locum istum, semper aduersus dominum contendisti. Hæc & cætera cum dicit, quibus utiq; dictis de reatu uituli illos accusat, quem fecerunt in Horeb, manifestum est semper illos ad eandem procliuem fuisse idolatriam, præsertim cum & in propheta deus ipse dicat: Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel: & portastis tabernaculum Moloch idolo uestro, & imaginem idolorum uestrorum, sydus dei uestri, quod fecistis uobis: Propter hoc Moyses & Aaron lapidare uoluerunt, propter hoc Samuelem, imò in Samuele dominum, sicut & ipse testatur, abiecerunt, propter hoc Dauid persecuti sunt, & de regno eiecerunt. Propter ea totiens dixerūt: Nō est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai, quia peccandi uoluntatem habebant, & sub sanctis principibus peccandi facultatem non habebant. Quod ergo tandem Ieroboam dati sunt, sub quo uel cum quo uitulum sibi pro deo statuerunt, sicut factum cœperant, quando ex Aegypto egressi sunt, iudicium extitit iudicium uerū, quod in alio propheta dicit: Particeps idolorum Effraim dimitte eum. Et si quæras, cur dicat: dimitte eum, subinde causam reddens dicit: Non dabunt cogitationes suas, ut reuertentur ad do-

minum. Iusti igitur iudicij est, quod dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ut irent in adinventionibus suis. Gratuite uero misericordiae erat, quod pro illis qui ignoranter errabant sollicitus loquebatur in prophetis, fiebatque ad eos uerbu dñi armatu signis & prodigijs, ut cognoscerent ex operibus quia dñs ipse est deus, dominus ipse est deus.

¶ Helia propheta, ne ignorantes simul cu impijs erraret, a deo missum esse. Cap. IX

Cum signis namque & prodigijs, & cum fortitudine zeli tunc sese exhibuit uerbum domini uehementius in Helia, De quo in laudibus patrum ita ueraciter dictu est: Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & uerbum ipsius tanquam facula ardebat. Verbo domini contigit celum, & deiecit a se ignem terrae. Sic amplificatus est Helias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter gloriari tibi, haec ut diceret, scilicet Heliam surrexisse quasi ignem, & uerbum eius quasi faculam ardentem. In admirationem ille sapiens excitatus est, pro eo, quod de eodem Helia sic repente scriptum est: Et dixit Helias Thelbitas de habitatoribus Galaad ad Achab: Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu isto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Ita repente illatus est Helias: Ut quem admodum dixit Apostolus de Melchisedech, ita & de isto, si sese praebuisset occasio, dicere potuisset: Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem uitae habes. Sicut enim illius, ita & istius patrem & matrem & genealogiam & numerum annorum scriptura tacuit, & finem uitae non habuit, quia receptus est (ait idem qui supra) in turbine ignis, in curru equorum igneorum, Quam reptionem eius si rite perpendis, etiam illud appone re licet, quod adhuc dictum est de Melchisedech, assimilatus autem filio dei manet sacerdos in aeternum. Sacerdotem namque hunc fuisse constat, quia scriptum est, ubi, quando, & quomodo holocaustum obtulerit, & (sicut iam dictu est) receptum est in turbine ignis, atque ita assimilatus est filio dei, uero & aeterno sacerdoti in caelum ascendenti. Plura de hoc dici poterant, ueruntamen pro praesenti proposito hoc tantum dixerim, quia digne semetipso fecit uerbum & ueritas dei, quod tali in tempore, quando Iezabel cu Achab, & cu uitulis Ieroboam accesserat Baal, taliter per hunc uirtutem suam notam fecit, propter eos qui ignorabant, & errabant, ne simul cu impijs in eandem deciderent perditionis foueam.

Eccle. 48

5. Reg. 17

De Melchisedech Heb. 7

De Melchisedech dei assimilatur filio.

¶ Quae miracula fecerit Helias, & quod spiritus Heliae duplex in Helisaeo, duplicato miraculorum numero, comprobetur. Cap. X.

Vigilanter hoc animaduertendum est, quia propter causam eiusmodi tam uirtutes us ad operandas uirtutes semetipsum ingressus: Ita incipiens: Viuit dominus, in cuius conspectu isto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Et in Helisaeo causa eadem consideranda est, dicente: Obsecro, ut fiat spūs tuus duplex in me. Hoc intendebant, ut operando mirabilia conuincerent impios, quod neque uirtulus, neque Baal est deus, sed dñs ipse est deus. Et reuera ita factu est. Spūs Heliae, id est, operatio uirtutis, quae in spiritu dñi data fuerat Heliae, duplex in Helisaeo facta est. Duplicita namque numero miracula fecit Helisaeus supraque Helias, etenim si rite numeres, Helias octo, Helisaeus sedecim miracula operatus est. Primum Heliae fuit, quod uerbo contigit caelum, ne plueret. Secundum, quod corui pauerunt eum. Tertium, quod apud uiduam, quae pascebat eum, iuxta uerbu eius, hydria farinae non defecit, & lecythus olei non est imminutus. Quartum, quod mortuu eiusdem uiduae filium resuscitauit. Quintum, quod eum offerentem holocaustu exaudiuit dñs per ignem, uidente populo, & dicente: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. Sextum, quod orante illo facta est pluuia grandis. Septimum, quod pallio suo percutiens aquas diuisit, & transiit cum Helisaeo. Octauum, quod currus igneus, & equi ignei diuiserunt utrumque, & ascendit Helias per turbine in caelum. Protinus Helisaei primum, quod pallio Heliae percussit aquas, & diuisae sunt. Secundum, quod aquas pessimas & terram sterilem sanauit. Tertium, quod illudentes ei pueros ursi lacerauerunt. Quartum, quod congregatis tribus regibus Israel, & Iuda, & Edom, cum non esset aqua exercitui, fossas fieri iussit, & repleta est terra aquis. Quintum, quod mulieri uiduae ex modico oleo uasa non pauca impleuit. Sextum, quod mulier, quae illi ministrauerat, & non habebat filium, conceperit, & peperit in tempore & hora, quam ille praedixit. Septimum, quod mortuu eundem puerum resuscitauit. Octauum, quod in olla eremitica gustus amarissimos dulcorauit. Nonum, quod de uiginti panibus ordeaceis comederunt iuxta uerbum eius

2. Reg. 17

4. Reg. 2.

Heliae miracula.

Helisaei miracula.

4. Reg. 2

eius centum uiri, & superfuit. Decimum, quod Naaman principem militiae regis Syriae per lauachrum aquae a lepra sua curauit. Undecimum, quod Iehu egressus ab eo, factus est leprosus quasi nix. Duodecimum, quod eo mittente lignu, ferru quod elapsu fuerat, super aquam natu uit. Tertiumdecimum, quod missos contra eum Syros dñs, orante illo, caecitate percussit, donec intruderet eos in Samariam. Quardecimum, quod soluta obsidione Samariae, duo modij ordei staterae unae fuerunt, & modios similiae staterae uno secundu sermonem eius in porta Samariae. Quintumdecimum, quod du agrotaret, praesagiū fecit regi Israel, quod tribus uicibus Syria percussurus esset. Sextumdecimum, quod cu mortuus esset, proiectu est cadauer hois in sepulchro eius, & cu tetigisset ossa Helisaei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.

¶ Quid & quando profecerint in populo, Helias & Helisaeus prophetae. Cap. XI.

Et quidem in omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt a peccatis suis, id est a uitulis, quos fecit Ieroboam usque dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Veruntamen Baal deletus est de Samaria & de Hierusalem, nam etiam in Hierusalem proflexerat sacrilegiu Iezabel, quia uidelicet Athalia filia Iezabel & Achab uxor fuit Ioram, filij Iosaphat regis Iudae, de qua sic scriptum est in Paralipomenon: Athalia em impiissima & filij eius destruxerant domu dei, & de uniuersis, quae sanctificata fuerant templo domini, ornauerant phanum Baalim. De utroque deletus est Baal, id est, de Israel & de Iuda. De Israel per Heliam & Helisaeum, ubi mirabilia praescripta operati sunt. De Iuda uero per Heliam, Illic quoque uerbi dei ministrū sicut scriptum est: Allatae autem sunt ei, uidelicet Ioram filio Iosaphat literae ab Helia propheta, in quibus scriptum erat: Haec dicit dominus deus Israel, deus Dauid patris tui, quonia non ambulasti in uijs Iosaphat patris tui, sed incessisti per iter regum Israel, & fornicare fecisti Iudam & habitatores Hierusalem. Ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filijs, & uxoribus tuis, uniuersaque substantia tua, tu autem agrotabis pessimo languore uteri, donec egrediantur uitalia tua paulatim per singulos dies. Iuxta uerbum hoc factum est. Ille namque uidelicet Ioram, filius Iosaphat, rex Iuda, per duorum circulum annorum, sic longa consumptus tabe, ut egeret etiam uiscera sua, languore pariter & uita caruit, & uxore eius Athalia gladio interfecta, ingressus est Ioiada pontifex, & omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam & altaria ac simulachra illius confrugerunt, Mathan quoque sacerdotem Baal, interfecerunt ante aras. Porro in Israel idem Helias, prophetas Baal quadringentos & quinquaginta uiros una die interfecerat, & eos qui superfuerant omnes prophetas, uniuersos seruos, & cunctos sacerdotes Baal interfecit, & aedem eius destruxit, statuanque combussit, & cominuit Iehu, quem uice eiusdem Heliae in regem Helisaeus unxerat super Israel. Heliae namque dominus iusserat, ut ungeret eundem Iehu, & hoc ministerium Helisaeus impleuit, super quo praecipit dominus Heliae: Helisaeum autem filiu Saphat, qui est de Abel in aula, unges propheta pro te. Itaque Baal de Iuda & de Israel deletus est, per fortissimum zelum uerbum domini in ore Heliae flammantis, qui uidelicet Helias, sicut de illo ueraciter dictum est, quasi ignis erat & uerbum ipsius quasi facula ardebat.

2. Para. 14

2. Para. 28

3. Reg. 11.

Eccle. 48.

¶ Quare zelus domini propter Baal amplius, quam propter uitulos auerens, in Helia exarserit. Cap. XII.

Qui causas rite perpendit, amplius ueneratur ignem faculae tam uehementer ardentis, zelum uerbum domini tam fortiter de cultoribus Baal sese ulciscens. Quanam causae erant, ut propter uitulos, quos fecit Ieroboam, minus, & propter Baal amplius zelaretur? uidelicet, quia cultus uitulorum intra Israel continebatur. Cultus autem Baal de domo Iezabel & Achab, per iam dictam Athalam usque in Hierusalem, usque in domum Dauid profluxerat, unde promissio, id est, uerbi domini incarnatio sperabatur adimplenda, iuramento ipsius firmata. Ibi amplius fides uel expectatio promissionis periclitabatur, per sacrilegium Baal. Nam uitulos Ieroboam nullus coluit regum Iuda, & idcirco cultus eorum contra promissionem minus perniciosus erat solimodo tribus illis contentus, quae ex nulla Christus nasciturus erat. Igitur ubi Baal superuenit, recte, iuste, & laudabiliter exarsit in propheta suo uerbu domini tanquam ignis, gladiuque arripuit, & sanguine impiorum effudit. Gladiu namque arripuerat ipse Baal, ad interficiendu omne se

Promissionis expectatio periclitatur.

4. Reg. 13 men David unde iuxta promissum, iam dicta incarnatio dñi futura erat. Sic em̄ scriptū est: Siquidē Athalia uidens mortuū esse filiū suū, surrexit, & interfecit omne semē regiū. Quod dicit omne semen regiū, omnes reges, id est, Dauidicæ stirpis masculos vult intelligi, unde semen Abraham, quod est Christus, prædictū atq; præscriptum fuerat, iurante dño, deberet nasci. Proinde considerandū, quod non paruæ uel tolerandæ impietatis fuerit Baal sacrilegium, cuius cultu & animæ tā in Iuda q̄ in Israel peribant, & antiquus draco diabolus tēdebat auferre seminariū salutis nostræ, instigando Athaliā, cultricē eiusedē Baal, ut interficeret & interficiendo auferret sacram Dauidicæ generationis lineam.

¶ Dominū in uirga & uerberibus uisitasse peccata domus David, misericordiam uero non dispersisse ab eo. Cap. XIII.

Psal. 180
Psal. 38
2. Para. 22
2. Para. 22
2. Para. 22
2. Reg. 19
Ennius igneus.

Considerata tali ac ranta iustissimi zeli causa in fortissimo atq; sanctissimo declamatore uerbi domini Helia, rursus ad memoriam redijt illud eloquium rationale & præclarum Dauidicæ orationis: Miserere mei ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Sermonem ipsorum hic libet reminisci, in quibus deum uolebat iustificari, & uincere atq; obtinere palmam ueritatis. Qui nā sunt sermones illi? Si autē inquit, dereliquerint filij eius legē meā, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea nō custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neq; nocebo in ueritate mea, neq; prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis nō faciam irrita, semel iuravi in sancto meo, si David mentiar. In his sermonibus suis, tūc profecto deus uerax magnifice iustificatus est, & splendide uicit. Tunc em̄ filij David maxime legem dei dereliquerant, & in iudicijs eius non ambulabant, iustitias eius prophanauerant, & mandata eius non custodierant, quando supra memoratus Ioram filius Iosaphat, occisis omnibus fratribus suis ambulauit in uijs regum Israel, sicut egerat domus Achab, cuius filiam Athalia uxore habebat & seruiuit Baal. Eiusmodi iniquitates & peccata filioꝝ David, dominus in uirga & in uerberibus uisitauit, misericordiam autem suam ab eo, subauditur David, non dispersit. In quo misericordiam suam ab eo nō dispersit? In quo reueratur? In eo nimis, quod cū Athalia uidens (ut iam dictū est) quod mortuus esset Ochozias filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiā domus Ioram. Iosabeth uero filia regis, tulit Iosaphat filium Ochozias, & furata est eū de medio filiorum regis cum interficerentur, absconditq; eum cum nutrice sua in cubiculo lectōꝝ. Iosabeth autē quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, uxor Ioiadæ pontificis, soror Ochozias, & idcirco Athalia non interfecit eum. Qualis uirga, quanta uerbera, ubi iuxta uerbum domini, iuxta ueritatem literarū, quas (ut supra memoratum est) miserat Helias, ascenderunt Philistinim & Arabes in terram Iuda & uastauerunt eam, diripueruntq; cunctā substantiam, quæ inuenta est in domo regis, in super & filios eius & uxores, & super hæc omnia percussus Ioram à domino alui languore insanabili, longa tabe consumptus est, & filium eius Ochoziam, qui successerat Iehu interfecit, ac dein ceps malis omnibus sæuior mulier omne semen regium occidit. Porro sub ipsa uirga, inter ipsa uerbera quanta custodiendæ ipsi David misericordie diligentia, ut Iosabeth uera filia regis, ueraciter filia David, & uxor digna Ioiadæ pontificis, infantulum unius anni Iosaphat raretur de medio filiorum regis cum interficerentur? Noluit enim domini, ait scriptura, disperdere domum David, propter pactum quod inierat cum eo, & quia promiserat, ut daret illi lucernam & filijs eius omni tempore. Lucerna illa quam promiserat dominus David Christus est, lux uera (qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū) quam uidelicet lucernam non dedisset illi sicut iurauerat, si non de occisione stirpis eius superuisset saltem ille minimus Iosaphat. Neq; em̄ masculus alius superfuit, per quē series Dauidica in Christum finienda deduci posset.

¶ Quantus zelus in Helia, quantæ dignitatis fuerit. Cap. XIII.

Quantæ putas dignitatis est, tantæ rei intuitu fuisse zelatum, sicut ait ipse: zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: Non hominem interrogas, Currus igneus cū equis igneis, quo ille per turbinē in cælum ascendit, tibi respondet. Currus dñorū, currus triumphantium uehiculū est. Dominat̄ ergo animi dignitatē & amici

& amici dei, potentiam insignem in illo curru intellige, qui uere dominatus est omni seculo sublimior, & potens extitit in uerbo quo continuit, & rursus aperuit cœlos, potens ungen- do reges, ad potentiam, solius regis dei dignatus uenerari omnipotentiam. Sedit ergo in curru dominando, æmulator uerbi dei strenuus, & mundanæ uanitatis contemptor uictorioꝝ. Et ut magnitudinem recognoscas æmulationis eius, currus non qualiscunq; sed currus igneus erat. Edici non potest, conijci tamen utcunq; potest, quanto dolore cordis ardebat Helias, uidens quod homines, qui quantum in ipsis erat mundum indignum faciebant, illa quæ Christus est misericordia dudum repromissa & iuramento firmata. Non quidē averti poterat quod bonus & omnipotens promiserat, quia fidelis & uerax iurauerat: sed homines (ut iam dictū est) quantum in ipsis erat, hoc agebant, ut poeniteret deū tantę misericordie quā promiserat, quā iurauerat, inimici diuinæ gratiæ, hostes salutis humanæ, mali cunctis hominibus, pessimi sibi. O igitur perfectū odiū & sanctū boni zeli incendiū, cuius dignitatē cœli testificati sunt continendo ad eius imperiū, & rursus dando terris pluuiæ beneficiū. Amplius autem mittendo currū igneum cū equis igneis ad subleuandū uictorem emeritū, & potentem diuinitatis amicū. Ex eius glorificatione tam magna, tamq; stupenda, exemplū accipiat, spemq; concipiat quisq; quod mercede non careat, si uerbo dei fidele obsequium studeat impendere.

¶ Heliam translatum, ante diem magnū & terribilem domini mittendum, & in Iohanne baptista completum esse. Cap. XV.

DE isto plurimorum sententia doctorum est, quod circa finem seculi cum Enoch uenturus sit, & quod mortem quam non euasit, inquit, sed distulit, pro communi debito persolvere habeat sub persecutiōe Antichristi. Porro Hieronymus uirorum illustrium non minimus, aliter sentire uidetur in fine Malachiæ prophete, ubi dominus dicit: Ecce mittam uobis Heliam prophetā, anteq̄ ueniet dies domini magnus & horribilis, ait em̄ post aliqua: Hæc de Helia diximus secuti doctores, quāq; multi sint etiā nostrorū qui credunt eū ad literam uenturū, & restitutorū omnia, ac mortis debitū persolutorum. Cæterum, dominus interrogatus ab Apostolis de aduentu Helie, respondit: Helias iam uenit, & non cognouerunt eū, sed fecerunt in eū quæcunq; uoluerunt. Iohānem uolens in Helia intelligi, unde subsecutus adiunxit: Si uultis recipere, Iohannes ipse est Helias, qui uenturus est: Cū hæc dicit, profecto doctores alij, qui non secundū literā, sed secundum spiritū de aduentu Helie sentiunt, sese consentire innuit dicendo: Quāq; multi sint etiā nostrorū qui credunt eum ad literam uenturum, ac mortis debitum persolutorū. Satis tamē indicat quod uelit eū iam esse à mortis necessitate solutū, quod si ita est, reuera magnū & magnificū est, multūq; laudabile inter uiros gloriosos, quod in eo magnificentia sua dominus operatus est. Nā si mortē adhuc expectat, æstimare licet quod minus beatitudinis affectus sit q̄ sancti alij, qui deposita omni corruptione mortalitatis, grandī utiq; debito & graui sunt scœnore liberati. Nam expectatio mortis sine dubio habet poenam, atq; idcirco beatiores dicere licet eos omnes, quibus & de morte timor nullus, & de gloria resurrectionis certa spes est. Magnificentius ergo cū illo actū est, & cum beato Enoch, si mortem non distulerunt, sed euaserunt, si uiuentes translati sunt, & nullum habent de longa mortis sollicitudine uel expectatione tormentum.

¶ Verisimile esse, Enoch & Heliam translatos, à moriendi necessitate liberatos esse. Cap. XVI.

ET quomodo duo sunt, legitimumq; est, ut in ore duorum uel trium testiū stet omne uerbum: Recte optarem idcirco illos fuisse translatos, & non esse morituros, quatenus ex ipsis confirmaretur nobis illud, quod habemus de omni humano genere uerbum: Quod est illud uerbum? Videlicet quod humano generi mortis, uel mortalitatis causa sit peccatum, quodq; omnipotentis creatoris facile fuisset, atque uoluntarium, hominem in paradiso positum, & omne genus humanum suo uel sibi placito tempore, absq; morte corporis transferre ad immortalitatis regnum ubi mors nec est, nec unquā accideret potest. Magnum utiq; uerbum, & difficile apud illos qui tardi sunt ad credendum, in his maxime de quibus nullum acceperunt experimentum. Quid igitur si placuit omnipotenti deo

Helias uenturus

Hieronymus Mala. 4

Dat. 17

Dat. 16

Mortis expectatio

Duo tunc uenturi

deo saltem duos homines ex massa corrupta genitos trāsferre pro testimonio, ut habeat duos testes, quorū in ore stet hoc uerbū, quod scilicet nihilominus omnes homines absq; morte corporis transferre uoluisset, atq; potuisset, si nō fuisset massa corrupta p peccatū. Hoc utiq; scire nonnulla sapientia est, cuius intuitu dicere potuerit uir sapiens in laude patrū: Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus sapientiā. Quod itidem de Helia sciendum, & dicendū est, quia translatus est, ut det gentibus sapientiā: quatenus gentes eorū translationē audientes, eorū exemplo excitentur ad ambulandū cū deo, ad obediendū dei uerbo, qui sicut illos uiuentes transtulit, ita & omnes transtulisset absq; difficultate mortis, nisi, quia per peccatum mors in hunc mundum introiuit. Verum quia sententia utraq; a magnis atq; catholicis tradita est doctoribus, nos hinc certum quid diffinire non ausi, proposito prosequamur.

¶ Post Heliam & Helisæum idem uerbum dei, alijs prophetis succedentibus non defecisse. Cap. XVII.

TRanslato Helia qui erat currus Israel & auriga eius, mortuoq; Helisæo, cui itidē ægrotanti dixerat rex Israel: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius, nihilominus cursum uel propositum tenuit suum uerbum dei, uerbum omnipotens quadrigas alias & aurigas alios, ad suum ministerium substituens, protinus nanq; exurrexerunt alij præcones uerbi domini, hi quorum etiam proprii extent libri. Siquidem tunc exurrexit in Israel Osee, in Iuda Esaias, ambo contemporales, sicut ex ipsorum titulis librorum agnoscere promptum est, qui ita se habent. Visio Esaiæ filij Amos, quam uidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Ozia, Ioathan, Achas, & Ezechia regum Iuda. Verbum domini quod factum est ad Osee filium Beeri, in diebus Ozia, Ioathan, Achas, & Ezechia regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas, regis Israel. Iste est Ioas nepos Iehu, cuius in diebus mortuus est Helisæus: & sicut præsens titulus habet, in diebus Ieroboam filij eius prophetauit Osee. Hæc idcirco dixerim, ut palam constet uerbum domini, nullum de regibus illis excusatum aut excusabilem dimisisse, continuumq; effecit prophetiæ redarguentis cursum, pluresq; prophetæ prophetis, q̄ reges regibus successerunt, nam in diebus eiusdem Ieroboam, Amos quoq; prophetauit & titulus indicat prophetiæ, & illud maxime qd̄ ibidem scriptum est: Et misit Amasias sacerdes Bethel ad Ieroboam regem Israel dicens: Rebellaui contra Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustineri uniuersos sermones eius, hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Quid pulchrius? quid honorius hinc potest dici? quod & Psalmista prædixit, & Apostolus succinit: Tu, inquit, in principio domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt cœli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimentum ueterascent: & uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad filiū, quod est dei uerbū, dictū hoc esse, Apostolus meminit. Terra iuxta conditionē cœli, iuxta fidei dignitatem fuerunt supradicti Helias & Helisæus, sicut & Dauid & Abraham, cæteriq; sancti, quorum in mentibus per fidem deus sedit & habitauit, recte dicuntur cœli. Eiusmodi cœli perierunt, id est, pertransierunt, quia mortales erant, & mortui sunt, & quandoq; immutandi & renouandi sunt qui sic inueterauerunt. Tu autem ò uerbum dñi idem es & illis deficientibus non defecisti, nec deficies.

¶ Quid sit, quod per Osee dictū est: Non addā ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū, & domui Iuda miserebor. Cap. XVIII.

IN illis diebus, ait scriptura, cœpit dominus tædere super Israel, uidelicet, quia incorrigibilis erat ille carnalis Israel, & incorrigibiles eius reges, ita ut nullus eorū recederet à peccatis Ieroboam, id est, à cultu uitulorū quos fecit Ieroboam, qui peccare fecit Israel. Quoniam nam cœpit dominus tædere super Israel, & percussit eos, ait Azabel, in uniuersis finibus Israel. Hoc fuit initium tædiij. Porro plenum tædium domini postmodum fuit, quando cœpit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitq; eos in Ahila & in Abor, iuxta flumen Gozan in ciuitatibus Mœdorum. Plenum inquam tædium fuit domini, non super Iudam, sed tantum super Israel, id est, super decem tribus, iuxta quod ipse prædixerat in propheta supra memorato: Quia non addā, inquit, ultra misereri domui Israel

Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor. Hoc pertinet ad firmamentum ueritatis dei, ut iustificeris deus in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Oportuit plane misereri domui Iuda, & domui Dauid, oportuit inquam custodiri & defendi bonam radicem istius stirpis, unde nasciturus erat Christus secundū ueritatem promissionis, & iuramenti ad ipsum Dauid, & ita factum est. Octauo nanq; anno postquā translatus est Israel de terra sua, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & cœpit eas, & obsedit Hierusalē. Sed non ingreditur, inquit dominus, urbem hanc, nec mitet in eam sagittā, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio, protegamq; urbem hanc & saluabo eā, propter me & propter Dauid seruum meum. De Hierusalem quippe egredientur reliquæ, & quod saluetur de monte Sion. Factum est igitur in nocte illa, uenit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque milia. Nimirum obliuio qua oblitus est decē tribuū nihil nocitura erat proposito dei, dūmodo superesset tribus uel domus illa, unde oportebat Christū nasci.

¶ Quod uerbum dei nondum incarnatum, id est, Emanuel nondū natus liberararit terram à rege Assyriorum. Cap. XIX.

Nonne sibi met prouidit: nonne propter semetipsum hoc operatum est uerbū dei? Vtq; nobis & propter nos sibi prouidit, ut seruetur genus unde uirgo ueniens conciperet & pareret ipsum, qui uocaretur Emanuel, nondū quidem uocabatur, sed futurum erat ut uocaretur Emanuel. Attamen dictus Esaias inuocabat eū Emanuel, ut à prædictis Assyrijs Hierusalem liberaret. Cum em̄ dixisset: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel: postmodum hæc quoque locutus est: Adducet dominus aquas fluminis fortes & multas, super regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super omnes ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens usq; ad collum ueniet, & erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ò Emanuel. Quod dicit, terræ tuæ ò Emanuel, magna cordis exclamatio est, ad commune faciendum dei uerbum, quod terra Iuda terra ipsius esset secundū propositum gratiæ, quia præfinitum atq; prænunciatū fuerat, quod de terra Iuda, & de domo Dauid uirgo ipsum conciperet, & pareret, & uocaretur Emanuel. Et quia sic certissimū futurum erat, quia castra Assyriorum percussurus erat iste, uidelicet, nondum secundū carnem natus Emanuel, protinus insultabundus dicit: Congregamini populi, & uincimini, & audite procul uniuersæ terræ, confortamini & uincimini, accingite uos, & uincimini, inite consilium, & dissipabitur, loquimini uerbum, & non fiet, quia nobiscum deus. Magna fiducia, magna & certa securitate taliter ob hoc dictū est, quippe cui incertū non erat, nihil esse quod propositum dei auertere posset: Contra cuius consiliū, omne humanū consiliū uanū est, inde tutus insultat, & iuxta quod scriptum est: Qui habitat in cœlis iridebit eos, & dominus subsannauit eos. Ridendo & subsannando prouocat, prouocando iridet & subsannat, gentes frustra frementes, & populos inania meditantes, qui iā tunc assisteabant, & conueniebāt in unū, aduersus dñm, & aduersus Christū eius Emanuel.

¶ Idem uerbum antequam sciret puer uocare matrē, accelerasse, spolia detraxisse, & prædari festinasse. Cap. XX.

Simul & illud animaduertendū est, q̄ pulchro & insigni ibidē uocabulo iubetur prædicari: Voca, inquit, nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Quare? quia antequam sciat uocare puer patrem suum, & matrem suam, auferetur, ait, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Vere pulchrum congruumq; uocabulum. Quid enim, nonne mira acceleratio, & miranda est festinatio, prius spolia detrahere, quàm patrem scire uocare? prius prædari, quàm ex matre nasci? Hoc fecit iste Emanuel, quia priusquàm sciret uocare patrem qui fuit ei Ioseph solo nomine, priusquàm nasceretur ex matre, scilicet Maria uirgine, sicut cætera beneficia genti suæ prouidit, ita & illud domui Iuda, de qua nasciturus erat, præbuit auxilium ut auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Quomodo? Ascendit enim, ait scriptura, rex Assyriorum in Damascum, & uastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rafin autem occidit. Deinde cœpit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitq;

posuitque eos in ciuitatibus Mcedoz. Quam ob causam fortitudinem Damasci & spolia Sa-
 maria taliter abstulit Emanuel: uidelicet eo quod inierit contra Iudam consiliū malū Syria,
 & Effraim, & filius Romeliae, dicentes: Ascendamus ad Iudā, & suscitemus eū, & euellam⁹
 eū ad nos, & ponamus regem in medio eius, filiū Tabeel. Ergo quod & Israel translatus est
 in Assyrios recte ascribitur uictoriae uerbi dei, quia manifeste scriptura testatur, hoc fecisse
 Emanuel, anteq̄ sciret uocare patrē & matrē, id est, hoc fecisse uerbū dei, priusq̄ assumeret
 carnē. Et merito nec Israeli pepercit, quia uidelicet, ex quo scissus est Israel à Iuda & à domo
 Dauid, plus cæteris gentibus eidē tribui Iuda inuidit, & contra illū sæpius pugnavit. Prim⁹
 Ieroboam rex Israel pugnavit contra Abia, regē Iuda, & ille stans super montē: Audi, in-
 quit, Ieroboam, & omnis Israel: Num ignoratis, quod dñs deus Israel dederit regnū Dauid
 super Israel in æternū, ipsi & filijs eius, in pactū salis: Et subinde: Nunc igitur uos dicitis, q̄
 resistere possitis regno dñi, quod possidet per filios Dauid: Hæc idcirco cōmemorauerim,
 ne quis ignoret, unde uehementiorē contra Iudā inuidiæ flammā decē tribus habere pote-
 rint, quia uidelicet ex hoc loco, & similibus, liquido constat, frequentē fuisse inter utrosq̄ al-
 tercationē huiusmodi, cū diceret tribus Iuda, solū regnū Dauid, regnū domini esse. Regnū
 autē decē tribuū non legitimū regnū, sed rebellionē esse contra dñi regnum.

¶ Ductis in captiuitatem decem tribubus, finitimū bellū uerbi dei
 contra uitulos aureos. Cap. XXI.

TAndem finitū est duellū, longo tempore protractū, inter deū uiuū, dei uerbum, &
 deū Ieroboam, deū metallicū, uituli cornuti simulachrū. Ferē ducenti & sexagim⁹
 ta fluxerunt anni, ex quo iā dictus Ieroboam, talē sibi deū fecit, usq̄ ad annū no-
 nū Osee, quo rex Assyriorū Israelē de terra sua transtulit, non desistente uerbo
 dei decertare sermonibus huiusmodi: Proiectus est uitulus tuus Samaria. Artifex fecit illum
 & non est deus, quoniā in arenarū telas erit uitulus Samariae. Et in alio propheta: Audite,
 & contestamini in domo Iacob, quia in die, cū uisitare cœpero præuaticationes Israel, super
 eū uisitabo, & super altaria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terrā. Et quia
 non fiebat, nec futurū erat, ut Israel, uel quispiā ex regibus eius recederet à peccatis Ieroboā,
 id est, à uitulis eidē, quos fecit Ieroboā, etiā hæc dicebat: Domus Israel cecidit, non adiciet
 ut resurgat, uirgo Israel proiecta est in terrā, non est qui suscitet eā. Vnde manifestū est iudi-
 cium, dicētis tūc q̄q̄ in Osee: Quia nō addā ultra misereri domui Israel, sed obliuioe obliuiscar
 eorū, & domui Iuda miserebor. De regibus nanq̄ Israel nullus (ut iā dictū est) recessit à pec-
 catis Ieroboā, cū nullius eorū tēpore cessaret dei uerbū reuocare eos ad pœnitentiā. De regibus
 uero Iuda, nonnulli iusti fuerunt, & ex eis qui peccauerunt, nonnulli pœnitentiā eger-
 runt. Iustū ergo iudiciū est, q̄ non addā, ait, ultra misereri domui Israel, & non iniusta milti-
 ricordia, in eo q̄ domui Iuda, inquit, miserebor.

¶ Assyrios iustiores fuisse quā Israel, ideoq̄ eis in captiuitatē
 traditum esse. Cap. XXII.

Nesciremus nos appendere iustitiā hanc, nisi uerbū ipsū fecisset nobis experimē-
 tū, gentē quālibet proniorē esse, magisq̄ flexibilē ad pœnitentiā, atq̄ idcirco ius-
 tiorē, & ueniā magis dignā, q̄ Israelē. Vnde laudanda uere prouidentia dei, qui
 anteq̄ iudiciū proferret super Israel, sententiāq̄ daret, quā prædixerat: Quia non
 addā ultra misereri domui Israel, sed obliuioe obliuiscar eorū, misit uerbū suū ad gentē, quē
 tunc tēporis erat asperior, atq̄ fortior gentibus cæteris. Ac si diceret cuilibet ex prophetis su-
 is: Et si ad populos multos, & profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorū non possis au-
 dire sermones, mitterent te, ipsi audirent te, domus autē Israel nolunt audire te, quia nō olūt au-
 dire me. Vni nanq̄ ex prophetis hoc dixi, scilicet Ezechieli, sed anteq̄ hoc illi diceret, per a-
 liū prophetā, magno firmata est experimento ueritas, dicentis: Factū quippe fuerat uerbū
 dñi ad Ionā: Surge, inquit, & uade in ciuitatē magnā Niniuē, & prædica in ea, quia cla-
 mor maliciæ eius ascendit corā me. Factūq̄ est & prædicante illo, crediderunt uiri Niniuē
 tæ in dñm, & prædicauerunt ieiuniū, & uestiti sunt sacco, à maiore usq̄ ad minorē. Nunq̄
 solus Ionas prædicauit in Israel futurā captiuitatē: imò multū est, quod declamauit Osee, q̄
 personauit Amos eodē tempore, ut de Helia & de Helisæo nunc taceā, quoz̄ supra memini
 qui

qui signa præclara, atq̄ magnalia multa fecerunt, & Israel non egit pœnitentiā, & nullus
 regum Israel recessit à peccatis Ieroboam. Quis igitur reprehendere possit, uel audeat iudi-
 cum uerbi domini, quod Israelē sibi incredulum, credentibus, ac per hoc iustioribus Assy-
 rijs tradidit: imò laudandū, quia rationale est, & perpulchrū, quod illam potissimam gen-
 tem, per tale uoluit experimentū demonstrare iustiorē, cui tradere decreuerat populū præ-
 uaricatorem.

¶ Quare domus Iuda seruata sit, Israele in captiuitatem ducto, cum utrobique
 iusti aliquot fuerint. Cap. XXIII.

Hic iam illud quis forte obijcit, quod in Israel quoq̄, qui translatus est, nonnulli deo
 placentes fuerint, & non potest negari. Nam (exempli gratia) Tobias ex tribu &
 ciuitate Nephtali, illa captiuitate captus, & captiuus fuit sanctus, & uitæ laudabilis,
 sicut de eo scriptū est: Quia cum captus esset in diebus Salmanasar, regis Assyrio-
 rum, in captiuitate tamen positus, uiam ueritatis non deseruit, quam adeo firmiter tenuit, ut
 dignus existeret nouo miraculo, mira nouitate angelicæ uisitacionis. Cur ergo saltem huic
 & cæteris, quorū illa historia meminit, non addidit dominus misereri, ut absoluerentur iugo
 captiuitatis, sicut miserus est Iudæ, & domui Dauid: Ad hæc inquam: Domus Iuda, uel
 domus Dauid, non solum hoc patrociniū apud misericordem deū habuit, q̄ illic aliqui in-
 uenti sunt iusti, sed quod certo sciendū, & memoriter tenendum est, ueritatem uerbi dei, uel
 promissionis, necessario adimplendā natiuitate uel incarnatione Christi, de tribu Iuda, de se-
 minē Dauid. Causam istam Israel, in Assyrios ductus captiuus, non habuit, quia (sicut iā su-
 perius memoratū est) non de aliqua tribu Israel, sed de tribu Iuda promissum erat, q̄ Chris-
 tus nasciturus esset. Causa ista, non meritum, iuuat tribū Iuda, ueritas dei necessario imple-
 da, non propria iustitia seruauit domū Dauid. Proinde, non magis quærendū est de Tobia,
 cæterisq̄ iustis, qui iusti esse potuerunt in diebus illis, quod non eos dominus in terram suā
 reduxerit, q̄ modo quærimur de Iudæis, qui conuertuntur ad fidem Christi, quod non sta-
 tim reducantur in terram, de qua ducti sunt captiui, fuerint tunc ubiuis decem tribus, de qui-
 bus Christus non erat nasciturus, sint nunc ubiuis dispersi Iudæi, quamuis ad fidē conuersi,
 quoniam iam Christus est natus, sufficiebat deo, & sufficit humano generi, quia tantum so-
 licitus fuit & precauuit, quod præmonuit fidelis monitor Dauid, dicendo: Ut iustificeris in
 sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

¶ Quare in lege scriptum sit, Loquutus est dominus ad Moysen: In prophetis
 autē, Factum est uerbum domini, &c. Cap. XXIII.

Res ipsa nunc animū percussit, facitq̄ clarius audire & sentire dictionem huiusce-
 modi usitatā in prophetis: Factū est uerbū domini. Nam possunt quidem paria, si
 ue æquipollentia uideri. Factū est uerbū domini ad me, & locutus est, siue, dixit
 dñs ad me. Verū non ita est, & ut palam constet, non ita esse, primum illud perpē-
 de, quod opinor ualde delectabile esse prudenti animo, quia nusquā inuenis in lege sic dictū
 aut scriptum, factū est uerbū domini ad Moysen, siue ad Aaron, sed ita dūtaxat, locutus est
 dominus ad Moysen, dicens, siue, dixit dominus ad Moysen. In prophetis huiusmodi di-
 ctio frequens est, factū est uerbū domini, siue, factus est sermo domini. Pulcherrima hæc cō-
 sideratio est, multumq̄ delectat intueri, quā ob causam istud cautum sit. Quā ergo ob cau-
 sam putas: quia uidelicet in his tantū decuit sic enunciare, factū est uerbū domini, ubi quē di-
 cuntur cuncta irrevocabilia, cuncta sunt inuitabilia, ueluti iam facta sint. Porro lex condi-
 cionali sponse data est, Exempli gratia, ut in initio dandæ uel datæ eiusdem legis, præmis-
 so nanq̄: Vos ipsi uidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim uos super alas aq̄
 larum: continuo subiungit condicionali modo locutionis. Si ergo audieritis uocē meam, &
 custodieritis pactū meū, eritis mihi in peculiū de cunctis populis, & uos eritis mihi regnum
 sacerdotale, & gens sancta. Profecto non erant uocem dñi audituri, neq̄ pactū eius custodi-
 turi, & proinde nec in peculiū uel regno dei permansuri, idcirco non decebat in tali re sic enū-
 ciari: factū est uerbū domini: & deinde absq̄ conditione sic proferri promissa: uos eritis mi-
 hi in peculiū, uos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gens sancta. Sic & de cæteris, maxi-
 meq̄ de sacrificiorū ceremonijs, quoniā transitoria erant, & mutari habebant, non decebat sic
 edicere.

Esā. 7
 i. Para. 13
 Osee. 8
 Amos. 3
 Amos. 5
 Osee. 1
 Osee. 1
 Ezech. 3
 Ionas. 1
 Ionas. 3

Tobia. 1
 Dominus Iu-
 dex domui Da-
 uid cur misus
 Psal. 70
 Condicionali
 lege data. lex.
 Exo. 19
 G edicere

edici: factum est uerbum domini ad Moysen. Sic esse, ut dicimus, consideranti confestim liquet, quia nusquam in Moysen, sed in prophetis duntaxat, siue ad prophetas scriptum habes factum est uerbum domini, & impossibile fuit, & est remanere infectum, quicquid sub tali enunciatione, absque conditionis interpositione est predictum. Cum igitur audimus, uel ubicunque legimus de aliquo propheta, quia factum est ad eum uerbum domini, cum audimus quemlibet ex prophetis, dicentem: Factus est ad me sermo domini, sic accipiamus tanquam fiduciale gaudium, tanquam triumphale tripudium, uelut si de tenebris ad lucem, de seruitute ad libertatem, de captiuitate ad patriam, de morte ad uitam resiliant dicentes: dicant resiliantes, factum est, factum est. Et quid factum est: factum est id quod futurum est, quia uerbum eius audiuius, uerbum illius nos uidetes uidimus, cuius dixisse fecisse est.

¶ Omnes ad quos uerbum dei factum est, non omnes autem, ad quos locutus est, beatos & filios dei fuisse. Cap. XXV.

Nonne, inquit dominus, scriptum est in lege uestra: Ego dixi, domini estis, & filij excelsi, si oēs, statimque subiunxit: Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, &c. Deos esse, filios excelsi esse, sanctos & beatos esse, omnes ad quos sermo dei factus est, & ipsum incarnatum uerbum hoc dicto testatur, & si cunctam recens eas sanctarum seriem scripturarum, nullum inuenies, nisi sanctum & iustum esse. Ad quem factum esse uerbum domini, praedicitur primus eorum Abraham, de quo sic scriptum est: Ecce, inquit, uernaculus meus uel haeres meus erit, statimque sermo domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic haeres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis haeredem, in quo caeleste per Christum intelligi decet haereditatem. Nam continuo: suscipe, ait, caelum & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum. Nouissimus uero Iohannes uel de quo Lucas ita refert: Anno quintodecimo imperij Tyberij Caesaris factum est uerbum domini super Iohannem Zachariae filium in deserto. Omnes ab illo primo, usque ad istum nouissimum, ad quos factum legimus uerbum domini, sancti, iusti, & magni prophetae sunt. Porro non omnes, ad quos locutus, uel dixit aliquid deus, non omnes, inquam, sancti aut electi sunt. Nam & ad Cain locutus est & dixit dominus. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Ad Baalam quoque locutus est, & aliqua dixit deus, & ita etiam de illo scriptum est semel, & iterum, quia dominus posuit uerbum in ore eius. Et de istis ambobus quis nesciat, quod non pertineant ad sortem iustorum siue sanctorum, qui (ut iam dictum est) omnes domini & filij excelsi sunt? Unde diligenter notandum, quia signanter dictum est: Dominus posuit uerbum in ore eius ut subintelligat prudens auditor, & non etiam in corde eius, quod esset utique factum esse ad eum uerbum domini, quia uidelicet ad cor nunquam sine amore cordis peruenit uerbum domini, nec deesse potest, quin domini sint & filij excelsi omnes, ad quos sic accedit uerbum domini.

¶ Non Moysen reliquis prophetis comparatum, sed legem promissionibus gratiae collatum, inferiorem esse, eo quod nusquam legatur, factum esse uerbum domini ad Moysen. Cap. XXVI.

Forte dicit aliquis: Num ergo Moyses propheta domini minor est aut minus dignitatis habet, quam caeterorum aliquis, quoniam de illo scriptura sic nusquam refert. Factum est uerbum, uel factus est ad Moysen sermo domini? Nunquid ob hoc minus habet, quam caeteri qui propter factum ad se sermonem dei, dicuntur & sunt filij excelsi? Ad haec inquam, Non utique in hoc derogatur Moysi, de quo non ignoramus scriptum: quia loquebatur ad eum dominus facie ad faciem, sicuti loqui solet homo ad amicum suum. De quo itidem habemus scripturae testimonium dicentis: Et non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis. Margis autem diminui sentimus dignitatem legis, quae per Moysen data est, comparatione gratiae, circa quam prophetas uersari manifestum est, comparatione testamenti quod ad Abraham firmatum est quadringentos & triginta annos antequam daretur lex. Multo namque minor est lex, & minus dignitatis habet, adeo ut dicere non dubites, quod nequaquam circa caerimonias legis, cor dei aut uerbum domini uersari dignatum sit: & unde hoc probari potest: Ex ipso uerbo domini maxime, dum in Hieremia dicit: Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes: ga non sum locutus cum patribus uestris, & non praecipui eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatū & uictimarū, sed hoc uerbum praecipui eis, dicens: Audite uocem meam

Psal. 81. Iohan. 10.

Gene. 15.

Luce. 3.

Gene. 4.

Psal. 81.

Ezo. 34.

Deut. 34.

Hiere. 7.

meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus, & ambulat in omni uia quam mandaui uobis, ut bene sit uobis. Itaque dum legimus passim in scriptura legis. Locutus est dominus ad Moysen & Aaron: & deinde sublequitur tale quid: Haec est religio sic & sic offeretis, hoc uel illud in sacrificando obseruabitis. In prophetis autem, ut in isto: Non sum locutus, & non praecipui de uerbo holocaustomatū & uictimarū: & in David: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Dum inquam, haec legimus, quoniam non potest solui scriptura, siue legalis, siue prophetica, siue psalmistica, necesse est diuersos esse loquendi modos ita differentes, sicut differunt uoluntas & permissio. Nam secundum permissionem locutus est dominus legem caerimoniarum siue sacrificiorum, uidelicet considerando tunc temporis qualitatem hominum, qui utique ab eiusmodi sacrificijs arceri non possent, & si non liceret eis domino carnes sacrificare, sine dubio daemonebus sacrificarent. At uero secundum uoluntatem suam locutus est deus ad Abraham, & secundum cor suum, testamentum ad eum confirmauit: secundum uoluntatem & secundum cor suum locutus est in prophetis. Pulchre igitur discernis legens uel audiens factum ad illos esse uerbum domini, si quid sub hac enunciatione dictum uel scriptum est, scias non posse infectum manere, non posse ueterascere, non posse mutari, non posse infirmari, faciliusque caelum & terram transire quam quicquam de uerbo illo minui uel praeterire.

Psal. 49.

QVINTI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER SEXTVS.

¶ Quod reges & regna, antiqui draconis capita dicantur. Cap. I.



DE REGIBVS ET REGNIS, QVAE CAPITA DRACONIS antiqui meruerunt dici propter magnitudinem iniquitatis (omnes enim iniqui dicuntur & sunt membra diaboli. Quia diaboli conspiritu pleni) oderunt uerbum dei. Illa autem regna siue illorum reges regnorum, sic praeminebant hominibus iniquis, quomodo in corpore caput praeminet membris, & sic subseruierunt illis aduersus deum omnes iniqui, quomodo membra subseruiunt capiti. Vae ergo illis, quia quantum praeminerunt in potentia, tantum praegrauentur in sententia, quantum in gloria, tantum in poena. Ita ut de singulis eorum iustitia dei dicat: Quantum glorificauit se & in delictis suis, tantum date ei tormentum & iuctum. Item & illud quod ad primum, scilicet ad Pharaonem regem Aegypti dictum est, ad unum quodque illorum capitum dictum esse, uel dici potuisse subintelligat. Idcirco posui te ut ostendā in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Nunc iam de praeteritis uerbi dei, & tertij capitis sermonem ingrediamur.

Membra diaboli.

Ezo. 9.

¶ Regnum Assyriorum, & regnum Chaldaeorum coniunctim, tertium caput draconis fuisse simile leoni. Cap. II.

Postquam Israel, id est, decem tribus quae tribui Iuda & domui Dauidicae de propinquo imminerebat, hostis capitalis, in Assyrios translatus est, nihil moratus draco ille magnus id est diabolus, regnum Assyriorum confestim induit, & hoc sibi caput accessisse arbitratus est ad delendam tribum uel domum illam, apud quam testamenti dei & promissionis siue des erat reposita, sed non praualuit, non illo regno taliter uelut capite uti potuit: Quia (sicut iam superius memoratum est) uenit angelus domini nocte, & percussit castra Assyriorum centum octoginta quinque milia. Cumque diluculo surrexisset, uidit omnia corpora mortuorum, & recedens abijt, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive, cumque adoraret in templo Nefrach deum suum, Adramalech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio. Completaque est consolatio domini dei dicentis ad Ezechiam: Sed de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc & protegam urbem hanc propter me, & propter David seruum meum. Idcirco

4. Reg. 19.

4. Reg. 20.

regnum illud de numero capitū draconis non extitit, quia promissionis locum non laceravit quis lacerare uoluerit, sed qd ab eodem climate postmodū surrexit regnum Babylonis, tertium recte computatur caput draconis, in quo & facies est leonis, ut legimus in uisione Danielis, uel certe quoniam regnum Assyriorum propter magnitudinem superbæ potentie, uel potentis superbie, qua os suū dilatauit, & uerum deum dominū blasphemauit, uere fuit hostis capitalis, computetur simul cum regno Chaldæorū in uno capite draconis. Siquidem in propheta ubi dictū est: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. Per erucam utraq; nationes Assyriorum atque Chaldæorū cū priscorū autoritate doctorū intelligimus. Quia uenientes ab eodē climate terrā Iuda deualtauerunt, sicut per locustam regnū Persarū & Mædorū, per brucā regnū Mæcedonum & Græcorū, per rubiginem regnum Romanorum.

Job. 1.

¶ Quomodo deus domum David zelo persecutus fuerit in bonum, diabolus uero in malum. Cap. III.

Zelus.

Certatum est itaq; zelo utrimq; maximo, hinc zelo bono, illinc zelo malo, Zelus nanq; bonus est, zelus dñi exercitiū. Zelus malus est, zelus diaboli, draconis antiq; qui, capitis inimicorum. Vterq; zelus partium istarum circa genus humanum, & tunc maxime circa tribum Iuda & circa domū David seruebat. Iste in bonum, ille in malum. Vtrunq; iam diffinire libet. Zelus bonus est diligere homines, odisse autē uitia hominū. Zelus malus odisse homines, diligere autē uitia hominū. Illius boni zeli seruorē magnum in obediendo uitia hominū illic habes, dū præmissio: similis Iosifæ, non fuit qui reuerteretur ad dominū in omni corde suo, neq; post illū similis illi surrexit: statimq; subiunctū est Verū tamen non est auersus dñs ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudā propter irrationes quibus prouocauerat eū Manasses. Dixitq;: Etiā Iudā auferam à facie mea sicut abstuli Israel. Porro in diligendo homines de eiusdē zeli boni seruire circa idē tempus per prophetā dictū est: Si irritū fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non sit dies & nox in tempore suo, & pactū meum irritum esse poterit cū David seruo meo, ut non sit ex eo filius qui regnat in domo eius. Haud dubium quin econtra zelo malo diabolus machinaretur quatenus deficeret domus David, nec esset ex eo filius qui regnaret in throno eius: & hoc actum esse putauerunt membra eius, scilicet omnes iniū qui quando ablati sunt Iuda, sicut ablati fuerat Israel de terra sua, cuius tamen captiuitas nō similem finem habitura erat. Futurū quippe erat illud propheticum in Osee dictū: Quia non addam ultra misereri domui Israel, & domui Iuda miserebor. Filium ex David qui regnet in throno eius, certū est esse Christū, de quo ad Mariam angelus: Et dabit illi, inquit, dominus deus sedem David patris sui. Cæterum de regno temporali & carnali filiorum David, successione, neq; dictū neq; factū est. Et salua dei ueritate iam dudū nullus taliter sedet in throno David, cū irritum factum non sit pactum dei cum die, & pactum eius cum nocte, sitq; adhuc dies & nox in tempore suo.

4. Reg. 23

Hiere. 23

1. Cor. 1.

Luc. 1.

¶ Draconem tertio hoc capite, aduersatum quidem uerbo dei intentione cooperatum autem fuisse effectū. Cap. III.

Job. 40

In initio certaminis iam nunc dicendum, quia ualde impares congressi sunt. Hinc deus siue uerbū dei, inde draco siue regnū iam dictum, caput draconis tertium q̄ longe impares congressi sunt. Nimirū uelut si congregiatur seruus contra dominū, & in congregando iuratum illi præstet obsequiū. Pulchre hoc innuit ipse dñs, cū & ipsum diabolum & ministrū eius regem Babylonis sibi afferit esse seruum. Dicit enī de ipso diabolo ad beatum Iob: Nunquid feriet tibi pactū, & accipies eum seruum sempiternum? Subaudiendum nanq; est, sicut ferijt mecum pactum, & sicut ego accepi eum seruum sempiternū: subaudiendum etiam est, non uoluntate, sed effectū, quia uoluntate quidem semper est aduersarius, effectū autem mihi, inquit, & electis meis semper in bonum cooperatur. Exempli gratia, ut nūc mihi in te, & tibi in me bene est cooperatus, ut & tu qui eras ignotus, & præfenti tempore & omnibus superuenturis seculis, in terra & in cælo notus habearis & inclutus. Et ego de te exemplum habeam patientiæ proponendum, & profuturum electis meis omnibus, quicumq; in seculo tribulandi sunt uarijs tribulationibus. Dicit itidem in Hieremia de ministro eius rege

rege Babylonis: Nūc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. Item: Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Subaudiendum est eodem modo, quo & de diabolo, cuius ille typum gessit meum, non quidem intentione, sed tamen cooperatione, seruum quidem nō uoluntate, sed nihilominus effectū mihi seruiemem, meo proposito proficientem.

Hiere. 27
Hiere. 27
Quomodo im
pij sint serui dñi.

¶ Quibus peccatis in domo David, puniendus draco ille seruiert. Cap. V.

Quis non audiuit quomodo malus ille seruus, eo tempore uerbo dei, uerbo deo cooperatus sit? quis non audiuit? quis nescit uocem illam dei, iuramentum illud uerbi dei: Semel, inquit, iurauit in sancto meo, si David mentiar? Quid iurasti deus? & in quo non mentiris David? Ponam, ait, in seculum seculi semen eius, & semen eius in æternum manebit. Si autē dereliquerint filij eius legem meā, & in iudicijs meis non ambulauerint &c. ut supra memoratum est. Hanc ueritatem dei, hoc iuramentum mirarum domini ut adimpleretur, ut opere perficeretur, adiuuit ille malus seruus. Et ut iam ex parte factum fuerat, supra memorauimus: Quia fluxum iniquitatis quæ de domo Achab regis Israel per uxorem eius Iezabel usq; in domum David profluxerat, uisitauerat dominus in uirga & in uerberibus, percussio Ioram genero Achab & Iezabel, & exterminata omni domo eius, præter unum paruulum, Iosias scilicet, quem furata est Iosabet amica eius, ne illū interficeret Athalia cum cæteris auia crudelissima. At illæ reliquæ domus David taliter percussæ non doluerunt, disciplinam recipere reuerunt. Primus ipse Iosias tantillus reseruatus, non est recordatus misericordie quam fecerat Ioiada pontifex secum, sed interfecit filium eius Zachariam sacerdotem dicentem: Quare transgredimini præceptum domini. Similiter & cæteri (præter Ezechiam & Iosiam) peccauerunt. Amplius autē Manasses filius eius contriuit dominus à facie filiorum Israel. Oportebat igitur adhuc uirgam eleuari, & uerbera multiplicari, & sic uisitari iniquitates & peccata filiorum David, quia non modice dereliquerant legem domini, non mediocriter prophanauerant iustitias domini, imò plus q̄ decem tribus, quas perpetuæ captiuitati tradiderat idem iudex deus.

Psal. 88.

1. Reg. 11.

Joas reseruat.

Zacharias Jo
iade filius.

Uisitantur
peccata.

¶ Quod obsessa & expugnata Hierusalē, & populo translato, in fortitudine manus suæ, Nabuchodonosor se fecisse sit gloriatus. Cap. VI.

Quomodo tandem in hoc negotio malus ille seruus domini deo seruiuit? uenit, & Hierusalem obsedit, & cepit eam, & incendit Nabuzardan princeps militiæ domum domini, & domum regis, & omnes domus Hierusalem, & totum murum per circuitum Hierusalem destruxit, & translatus est Iuda de terra sua. Væ tamen illi seruo, uæ illi pro huiusmodi seruitio, uirga furoris domini, & baculus ipse erat, sicut de Asur dictum est, & de ipso quoq; rege Babylonis scriptum est: Contriuit dominus baculū impiorum, uirgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga insanabili, subrientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Ipse non sic arbitrabatur, & cor eius non ita æstimabat, scilicet, quod eo sic agente uisitaret dominus in uirga iniquitates filiorum, & in uerberibus peccata eorum, sed in fortitudine, inquit, manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi. Hoc tale erat, ac si gloriatur securis contra eū qui secat in ea, aut si exaltetur serra contra eum à quo trahitur, uel si eleuetur uirga contra leuantem se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignū est. Nam quod gloriatus contra dominū fuerit, & cor eius exaltatum & eleuatum nimis, illud satis indicat, quod in persona eius diabolus arguitur, qui utiq; propter superbiam & exaltationē inordinatam de cælo noscitur cecidisse, rex super omnes filios superbie. Sumes, ait dominus, parabolam istam contra regē Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributū? quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?

Esa. 14

Esa. 14

¶ Nabuchodonosor typū diaboli gessisse, & effectū quidē deo seruiisse, uoluntate uero satellitem diaboli fuisse. Cap. VII.

Congrue nimirum sicut illum hominem tanq̄ in diabolum, sic in diabolum tanq̄ in hominem illum uehementer inuehitur fortitudo uerbi dei, quia filius superbie regi suo diabolo propria quadam similitudine ualde similia gessit. Diabolus nanq; genus humanum in primis parentibus de cælesti Hierusalem duxit captiuum, &

Hierusalem Nabuchodonosor unicum tunc temporis dei populum captiuauit ab illa terrena Hierusalem, quæ illius supernæ ciuitatis magnam & notam gessit similitudinem. Nam in superna Hierusalem deus uidetur, in ista terrena Hierusalem solum erat templum, in quo deus adorabatur. Propterea sicut sola tunc illa ciuitas Dauid diuini cultus habuit religionem, ita commune cū superna ciuitate dei possedit nomen, ut uocaretur Hierusalem, quod est interpretatum uisio pacis: licet terrena illa ciuitas, non sicut nomen, ita rem quoque quæ signatur nomine, habuerit; alioquin iam non esset similitudo, sed idem. Itaque sicut Dauid rex huius terrenæ Hierusalem Christū præfigurauit, regem supernæ Hierusalē, sic Nabuchodonosor rex illius Babylonis diabolū signauit principem mundi, ac possessore æternæ cōfussionis. Babylon illa & Hierusalem terrena imaginē siue similitudinem nobis demonstrant in semetipsis duarum partium uniuersæ creaturæ rationalis, quarū una ciuitas dei uiuentis, altera dicitur & est ciuitas diaboli. Altera ex hominibus bonis & angelis bonis, altera cōstat ex hominibus malis & angelis malis. Propterea cum audimus Dauid, dicentem in spiritu: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus: ueraciter illū de semetipso quoque hoc dicere sentimus, quia non quidem ad illius Babylonicæ captiuitatis tempora peruenit, imò longe præcessit, sed in illa erat captiuitate, sicut & omnes electi dei, cuius similitudinem in ea, quam futuram præni debat illi populo spiritualiter intellexit. Igitur effectus quidē (ut supra dictū est) Nabuchodonosor extitit dñi seruus, sed uoluntate satelles diaboli præcipuus.

¶ Quod dñs, quamuis uerberaret populū, promissionis suæ nō fuerit oblitus, sed prophetas suscitauerit, & uirginem cōtriuertit. Cap. VIII.

Psal. 98 **S**ub uirga illa inter uerbera illa, positus filius Dauid, nōne custodiuit deus inuictæ ueritatis, quod promisit, quod iurauit in sancto suo: Misericordiā autē meā, in quiens, nō dispergam ab eo: Planē custodiuit. Et quāuis differret illā misericordiā suam, scilicet Christū suū, nō permisit tamen eos desperare, uel suspicari, quod adeo fuisset iratus propter iniquitates eorum & peccata, ut uellet prophanare testamentū suū, & quæ processerāt de labijs suis, facere irrita. Venit ad captiuos, processit cū captiuis uerbū bonū, & sermo fidelis, & præcones suos, & prophetas suos, uictores, & uictoriæ suæ signiferos effecit, ita, ut quæ admodum dixit ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis: sic etiam diceret, & faceret quempiam ex illis deum esse regis Babylonis. Cecidit enī in faciem suam Nabuchodonosor rex, & Daniele adorauit & hostias, & incensum præcepit afferri, ut sacrificaretur ei. Hoc fecit uerbum bonum, uerbum dei, ostendēdo semetipsum Danieli, & socijs eius, per miras & magnificas uisiones, quibus priorum cōfirmata est fides, captiuorum cōualuit spes, desiderantium charitas cōfortata est, secundum multitudinem dolorum in corde ipsorum cōsolationes domini lætificauerunt animas eorum. Ante captiuitatem illam, raro inuenimus demonstratas prophetis uisiones imaginarias futuri & uenturi ad incarnationem, & de mūdi principe diabolo triumphaturi uerbi dei. Sub ipsa uero captiuitate, nō tantummodo legitur factū ad eos uerbum domini, uerum etiam uidisse eos imagines reuerēdas, uisiones cōsolatorias regis iuncti, uictoris regnaturi, uerbi dei, uerbi incarnadi, filij dei, filij hoīs. In Ezechiel sermone difficilior, Daniel autem quanto planior, tanto ad legendum delectabilior, & ad intelligendum dulcior. Non præsentis est propositi, uisiones illas perscrutari, sed hoc tantum cōsiderare, quomodo uel quali ordine uirgam illam, siue baculum illum confregerit dominus, in quo uisitauerat iniquitates siue peccata filiorum, qua ratione conceptis beatæ mulieris in utero habentis, & clamantis, contriuertit illud tertium caput draconis, id est regem, siue regnum Babylonis, conceptum illum, id est fidem seminis Abraham, fidem uerbi incarnandi deuorare cupientis.

¶ Quomodo & quo ordine uerbum dei Nabuchodonosor percussit, & tandem uicerit. Cap. IX.

Ter Nabuchodonosor percussus.

Primo notandum, quia tribus uicibus percussit regē ipsum Nabuchodonosor uerbum dei, & quia prima & secunda concussione non est submissus ab altitudine superbiæ suæ, tertia uice sic percussit eum, ut de solio suo decussus, & mente alienatus forasque eiectus ab hominibus, cum feris habitaret, & cum feris pabulum haberet, scænumque ut bos comederet, & rore cœli infunderetur, atque ita super eum septem tempora mutarentur.

mutarentur. Post hæc, regnum eius regnum Babylonium numerauit deus, & compleuit. Appensum est in statera, & inuentum est minus habens. Diuisum est, & datum est Mædis & Persis. Interfectus namque est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Mædus successit in regnū. Cui hæc ascribenda est uictoriæ pars, nisi deo dei uerbo, quod in utero habens mulier, scilicet, unaquæque fidelis anima, ut erat Daniel, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pareret. Verbum illud sacramentū illius uerbi caput draconis contriuit, regem illum quasi bouem dementauit, regnum illud iusto iudicio deiecit, manifeste hoc ipsæ uoces scripturæ testantur. Libet paulisper immorari, & singulas percussiones in caput superbiæ triumphaliter declamare, in laudem & gloriam uictoriosi uerbi dei, cuius persona in ipsis rebus gestis, uel significatis declaratur uocibus manifestis.

¶ Multis rationibus somnium Nabuchodonosoris obseruabile fuisse. Cap. X.

Somnium uidit Nabuchodonosor, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. In illo somnio ratio multiplex est, pertinens ad sapientiā uerbi dei, promissiones aduentus sui confirmare uolentis, & consolari omnes, qui expectabant eundē aduentū suū, maximeque illos, qui tunc temporis tenebantur captiui sub eodem rege, qui somnium uidit. Primū est considerare sacramentū eiusdē somnij. Deinde, quod nō ipse Daniel, uel alius quis sanctus propheta dñi, qui dignus esset uisione dei, sed homo sine deo Nabuchodonosor somnium uidit huiusmodi, homo iniustus & pessimus, sicut tres pueri missi ab eodē in caminū ignis ardentis, in oratione sua testantur: Et tradidisti nos, inquit, domine deus in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, præuaricatorūque, & regi iniusto & pessimo ultra omnē terrā. Deinde & illud cōsiderandū, quod nō ante inuentus est Daniel, qui somnium reuelaret, & interpretationē eius aperiret, donec egressa esset sententiā, ut sapientes interficerentur, quia non poterant regi indicare somnium & coniecturam eius, nec ante reuelatum est ipsi Danieli, nisi prius ingressus ipse rogaret regem, ut tempus daret sibi ad indicendam solutionē. Tandem & illud in laudem domini, nostræ admirationi non debet abesse, quod per hanc occasionem captiuos suos sic honorauit, ut Nabuchodonosor super ipsorum captiuorum caderet in faciem suam, & adoraret Danielē hominē mortale, quamuis mirabilem mirabilis dei prophetam.

¶ Quid somnium Nabuchodonosor significarit. Cap. XI.

Sacramentū somnij iam nō tantummodo legendo didicimus, uerū etiam uidēdo agnouimus. Nos enī sumus in diebus nati & renati, quibus deus cœli suscitauit regnum, quod in æternū non dissipabitur, & regnū eius populo alteri non tradetur, per quod cōminui & consumi manifestū est regnū aureū, quod tunc erat Babylonis, regnum Mædorum & Persarum, quod successit argenteū, regnū æreum, quod deinde fuit Macedonum regnū Romanorum, quod quondā erat ferreū, iam autē ex magna parte cœpit esse luteū. Vide mus sic factū esse, & fieri, secundū quod ille uidit, quia de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrū, & æs, & argentū, & aurum. Et lapis, qui percussit, & adhuc ultimo iudicio percussurus est regna hæc, ita ut nullus locus inueniatur ei: factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terrā, quia palam factum est uniuersæ terræ, quod uerbum caro factum est, id est, homo factus de uirgine, absque manibus cōplectentium, rex regum est & dominus dominantium. Sacramentū istud tunc per Daniele & socios eius reuelatū, magnam & opportunā consolationem præbuit humilitati captiuorum, in sua captiuitate spem quam habebant de promissione dei suspirantium. Quantum enī putas, illos tunc habuisse molestiam, & cordis lassitudinem, quā suspirio sam? cum uiderent tardare regnū dei, & interea regna mundi, caputque regnorum, regnū Babylonis, quasi sub sole matutino paratis residere in solijs, & subsilire in turribus, & in equis? Opportune ergo tale somnium, tantū cōtinens mysterium, mœrentium fatigationi subuenit, ut scirent tūc in patientia sua possidere animas suas, non aspiciendo præsentia, sed prospiciendo futura, statimque malorum instantium consolando, per spem futurorum bonorum.

¶ Quare Nabuchodonosor, & non alius quispiam, hoc somnium uiderit. Cap. XII.

Nabuchodonosor
somnia cur
solus viderit.

Quod non ipse Daniel, aut alius quis deo dignus, sed Nabuchodonosor tale tantumq; somnium uidit, homo iniustus & pessimus, recte miraremur propter indignitatem eius, si non ipso fuisset conterritus somnio, & somnium eius fugisset ab eo. Nunc autem, quoniam conterritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo, non miramur, scientes iustitiae ordinem, quia sicut reuera nulla participatio luci ad tenebras, nulla est conuentio Christi ad Belial, sic nulla est pars animae impiae cum uerbo dei, nulla conuentio stulto & iniquo cum consilio dei. Est autem, & erat in illo tali somnio uerbum uerum, & consilium dei profundum. Quomodo ergo anima stulti & impij anima discissa, & nulla saltem diuini nominis religione composita continere posset rem tanti sacramenti, quam uiderat? Non quisq; illud obiciat, quod Pharaon somnium uidit, & memoria retinuit, & dicat, quae uentura erant, ostendit deus Pharaoni, quia uidelicet nec ille Pharaon tam impius erat, ut Nabuchodonosor. Nec somnium eius praesagium futurae famis ullo modo pertinuit ad somnium Nabuchodonosor, quod praesagium fuit aeterni regni dei. Igitur quodammodo uidit quidem somnium, sed mente, inquit, confusus, ignoro quid uiderim, non illum uerbo siue consilio dei putemus admissum, imò a uisu, quo dignus non erat, sciamus eum iusta indignatione repulsum. Nam hoc ipsum quod dicit, & mente confusus, ignoro quid uiderim, & quod idem dictum est, somnium fugit ab eo, satis innuit, quod taliter somnians, iram contra se prouocauerit, ut quomodo diceretur illi somnians: Tu quoque quicquid de huiusmodi somnians praesumpstisti: Etenim ueraciter praesumptuosa & superba cogitatio causa fuit eiusdem somnii, sicut & ipse testatur Daniel: Tu, inquit, rex cogitare coepisti in stratu tuo, quid esset futurum post haec. Quasi iam aliquid factum esset, in eo quod ipse factus erat rex, & quasi regno suo maius uel melius aliquid fieri non posset, cogitabat, quid esset futurum post haec. Respondit cogitationibus eius deus, ita ut ille merebatur, scilicet ut ne quidem intelligeret nec ferre posset, sed tamen quippiam circa se actum esse reminisceretur attonitus atq; confusus.

Danie. 2

¶ Cruditatem regis beneuolentiam & attentionem Danieli interpreti conciliaffe. Capi XIII.

Etille quidem ad inueniendum & consequendum, quod sibi effugerat somnium, crudeliter audax, & auidè crudelis extitit, dum in furore & ira magna praecipit, ut perirent omnes sapientes Babylonis, quia somnium non poterant indicare sibi. Deus autem & uerbum eius illa crudelitate eius, eo nesciente, misericorditer utebatur: In quo, in eo uel delictet, ut reuelaturus tam grande mysterium, prius omnes attentos faceret. Mystera nanque uerbi dei, margaritae sunt. Arioli uero & magi & malefici, & Chaldaei simul cum rege suo cumque ei Babylonij porci erant, coram qualibus margaritae eiusmodi mittendae non sunt. Sed Daniel, aut alius quis de socijs, uel concaptiuis eius, somnium illud uidisset, & interpretatione eius coram Babylonijs exposuisset in consolatione captiuorum, quorum in futuro dei regno penderet spes, nonne nimis ultroneas ante porcos margaritas proiecissent? Et nimis non solum illas conculcassent, uerum etiam conuersi in eos sperare audetes, crudeliter elisissent. Bene igitur usa est dei sapientia curiositate nimia regis furiosi, quia per instantem potentiam, per potentem eius instantiam, & iram magnam, egressa sententia sapientes interficiuntur, dum interim quaeritur Daniel & socij eius, ut pereant, dum inter inducias ab eo postulas, cuncti sapientes sub gladio pendentes morituri, nisi saltem ille referendo somnium, communi periculo ferat praesidium. Per haec, inquam, cuncti à maiore usque ad minimum, cum rege ipso attentissimi fiunt ad audiendum, parati ad suscipiendum desiderantissimi & ualde dociles ad intelligendum, beneuoli ad collaudandum. Ita demum dignum duxit uerbum dei semetipsum in medium proferri. Quia profecto tempus & causa tale tantum sacramenti margaritam non sinerent conculcari.

Quaerit Daniel cum socijs.
Danie. 2

¶ Nabuchodonosor regem uerbum dei ex ore Danielis ferre non potuisse, quin caderet in faciem. Capi XIII.

Quis tandem non miretur, quod ille saeuus ut leo seu quasi leaena rex Nabuchodonosor audita ueritate somnii cecidit in faciem suam, & Danielis adorauit? Nunquid hoc uera deuotione concupiscit fecit? nunquid deum uerum in homine seruo eius, diligendo honorauit, aut honorando dilexit? repugnat ualde quod sequitur. Quia fecit auream statuam mirae magnitudinis, & nolentes illam adorare tres pueros, Sydrach, Misach & Ab

Danie. 3

& Abdenago, mitti iussit in fornacem ignis ardentis. Et quis est (inquit) deus qui eripiat uos de manu mea? Ergo illud potius sentiendum est, quia sicut ubi uidit somnium conterritus est spiritus eius, & mente est confusus. Ita ubi audiuit & audiendo sensit fortitudinem praesentis uerbi dei, ex ore hominis, ad quem reuera factum fuerat uerbum domini, cuius in corde ueraciter habitabat, cuius ex ore mirabiliter sonabat uerbum domini, ferre non potuit, sedere aut stare non ualuit, sed cecidit, & sic adorauit, sic confessus est, quomodo daemones ipso incarnato & praesente contremuerunt & confessi sunt. Deus itaque regis captiuatoris sui captiuus Daniel effectus est. At ille saeuus captiuator, stultus adorator tandem expugnandus erat, donec foenum comederet quasi bos. Nec enim parua fuit superbia dementis, uel dementia superbi, de qua, ubi sic conterritus est, & sic cecidit in faciem suam adorans Danielis, ut diceret: Vere deus uester deus deorum est, & dominus regum, Vbi eundem Danielis in sublime extulit, sociosque eius constituit super opera Babylonis, confestim quid egerit, scriptura taliter annectit.

Danie. 2

¶ Nabuchodonosor adhuc tam superbum fuisse, ut statuam suam adorari iuberet. Capi XV.

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, & latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Duram prouinciae Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas magistratus & iudices, duces & tyrannos & praefectos, omnesque principes regionum ut conuenirent ad dedicationem statuam, quam erexerat Nabuchodonosor rex. Ecce qualiter adiuuat impleri ueritatem dei ueraciter interpretatione somnii sui malus seruus domini, ecce causam propter quam in somnio designatus fuerat, per aureum caput statuam, dicente interprete: Huius statuam caput ex auro optimo erat, & tu rex caput aureum es. Grande caput idolatriae reuera factus est Nabuchodonosor, tale statuam faciendo, & multitudinem populorum ac principum ad dedicationem eius inuitando, clamante ualenter praecone: Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubae, & fistulae & citharae, sambuca, psalterij & symphoniae, & uniuersi generis musicoe cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Nulla usque scriptura meminit quemquam uel illum tantum habuisse fundandae idolatriae studium, tam horribile, ne dicam praeciosum concessisse uel uidisse simulachrum, tam crudele pro cultu idoli proposuisse edictum. Recte ergo calix aureus Babylon dicitur per prophetam inebrians omnem terram, recte nihilominus uniuersitas impioe idolatriae studentium scribitur uel demonstratur, Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum & immundiciae fornicationis eius, & in fronte eius scriptum mysterium, Babilon magna mater fornicationum & abominationum terrae. Calicem siue poculum Babylonis dulce intelligimus deceptionem eiusmodi uel simile illi, quam tunc propinabat rex illius nomine & re Babylonis. Vbi ad illicendos populos adhibuit sonitum tubae, fistulae, & citharae, sambuca, psalterij & symphoniae, & omnis generis musicoe, ut festiua sonorum suauitate inebriati omnes populi & tribus & linguae, caderent adorando statuam auream hominis corruptibilis, quod uere cadere est.

Danie. 2

Danie. 3

Apo. 17

¶ Quare scriptura, calicem aureum Babylonicam meretrici tribuerit. Capi XVI.

Causam puto idoneam apparere, cur uel ipse Nabuchodonosor caput aureum dictus sit, uel in manu Babylonis esse aureus calix, quia uidelicet capitale insaniam idolatriae subleuauit ille faciendo statuam auream tam magnam, tamque operosam, tantis impensis stultissimo labore, usque ad statum perducendo, cuius fuluo aspectu cum musica (ut iam dictum est) dulcedine, sic inebriari uel dementari poterant animae mortalium cupidae, sicut quae inebriatur pleno calice. Iam nunc illud dicere res ipsa admonet, cur regnum Macedoniarum atque Persarum illi regno succedens per argentum in pectore, & brachijs statuam, quam Nabuchodonosor somniauit, cur regnum Graecorum per aes uentris & scemoe; cur regnum Romanorum per tibias ferreas, & pedes partim ferros, partim fictiles signatum sit uel significari debuerit. Iam quidem ante nos dictum, uel usitatum est regnum Macedoniarum atque Persarum, idcirco per argentum signatum esse, quia tanto uilius extitit regno Babylonia, quanto auro uilius aestimatur argentum, quod ex historijs comprobare haud difficile est. Regnum autem Graecorum per aeris metallum idcirco signatum esse aiunt, quia aes & durum & ualde sonorum est, & Graeci fortes & ma

Aureum caput Nabuchodonosor cur dicitur?

Argentum Macedoniarum Persarum quod regnum.

Metallicum Graecorum regnum & ma

& maxime fuerunt eloquentes. Veruntamen licet sensus iste uerus & bonus sit, nostri ratio propositi causas adhuc alias suggerit, quia uidelicet delectabile est proprias pro posse reddere uel inuenire causas, quibus regna illa lapidem illum contra se prouocauerint, qui abscessus de monte sine manibus, statuam percussit, & contriuit atq; cōminuit. Verbum namq; dei, cuius uictoria celebrare presentis est intentio opusculis, & lapis erat tunc anteq; caro fieret, & nunc est postq; caro factū est, & per ipsum & in ipso singula regna suis temporibus percussa atq; contrita sunt, & in nouissimo ita cōminuenda sunt, ut quasi in fauillam redigantur, & quasi fauillae quae uento arrepta est nullus locus eorum inueniatur.

¶ Quas ob causas regnum Babylonicum per aurum, & regnum Persarum atq; Mæcedorum signatum sit per argentum. Cap. XVII.

Libet igitur intueri, quia sicut regnū Babylonicum siue Nabuchodonosor rex, auro suo lapidē illū prouocauit, scilicet uerbū dei, filiū dei, quē & cōfessum illū esse recte miramur dicentē: Et species quarti similis filio dei, ita & regni Mæcedorū superbia uidelicet superbissimus Aman, argēto suo lapidē eundem contra se concitauit. Dixit enim regi Assuero: Si tibi placet, decerne ut pereat gens Iudæorū, & decē milia talentorū appendā arcarijs gazæ tuæ. Dixitq; rex ad eū: Argentū quod polliceris tuū sit, de populo age quod tibi placet. Nimirū non paruæ considerationis est aut esse debet, argentū quod appensum siue oblatū fuit ob Iudaicæ gentis uniuersale exterminū, contra propositū dei, contra uerbū promissionis, quod non esset unde impleretur, si diaboli uoluntatē, qui insaniebat in Aman, consecutus fuisset effectus. Sanè quod dixit Daniel ad Nabuchodonosor: Tu es ergo caput aureū, & post hæc consurget regnū illud minus te, libenter sic accipimus, ut subintelligamus ad nequitiae, uel malitiæ opus: Quia uidelicet regnū illud contra uerbū promissionis minus egit q̄ regnū Babylonis. Quod & si tanto præcellit regnū illud super regnū Persarū & Mæcedorū, quanto aurū super argento. Nunquid id ipsum regnū Persarū & Mæcedorū tanto copiosius fuit regno Græcorū & regno Romanorū, quanto aere & ferro pretiosius est argentū? Itaq; propter quā causam Nabuchodonosor siue regnū eius per aurū, propter eandē regnū Mæcedorū & Persarū recte intelligitur per argentū. Quia uidelicet hic auro, illic argento armatus nitebatur diabolus præpedire ne adimpleretur promissionis uerbum.

¶ Quam ob causam regnū Græcorū per æs significatū fuerit. Cap. XVIII.

Eandem ob causam, per æris metallū in eadē statua, recte accipimus signatū esse regnū Græcorū. Quid enim regnū illud egit? quid fecit illic draco diabolus, & diaboli satellites Antiochus? sartaginibus suis & ollis æneis crudeliter usus est. Septem namque fratribus cū matre apprehensis iussit sartagines & ollas æneas succendi, & singulis eorū cute capitis cū capillis abstracta, manuū ac pedū summitatibus præcisīs, adhuc speratēs in sartagine torrere. Taliter impius ære suo contra deū usus est, agente per eū diabolo, ut uerbū promissionis & testamentū dei de cordibus eorū aboleret, quibus data, uel ad quorum patres promissio facta est. Scripserat enim Antiochus omni regno suo agitante diabolo, ut esset omnis populus unū. Erant autē Iudæi, imō & omnis Syria sub regno eius. Quid igitur per hoc spiritus diaboli intendebat, nisi ut transeuntibus Iudæis in idem, cum cæteris qui sub regno eius erant populis, periret promissio, cū promissionis iam nusq̄ esset expectatio. Quod quia facere noluerunt quidā per pauci, inter cætera mala quæ illis intulit, hoc summū fuit, q̄ septē fratribus iam dictis & matri illorū sartagines & ollas æneas succensas crudeliter admouit. Nū parua hæc est causa, ut regnū illud per uentrē æneū & ænea statuæ scemora intelligi debeat. Præterea in scemoribus æneis cū crudelitate intelligi turpitudinē, quia uidelicet dū illa agerentur, templū luxuria & comessationibus erat plenū, & scortantiū cū meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres ultro se ingerebant introferentes ea quæ non licebant.

¶ Quare regnū Romanorum per tibias ferreas, pedes partim ferreos partim fictiles significatum fuerit. Cap. XIX.

De regno Romanorū cur per tibias ferreas, & pedes partim ferreos, partim fictiles significatum fuerit, causa manifesta redditur, dicendo: Quomō ferrū cōminuit & edomat omnia, sic regnū quartum cōminuet & conteret omnia. Veruntamen q̄ pedū quædā pars ferrea, quædā fictilis uisa est, q̄stioe adhuc indiget ut planius fiat quamuis

quamuis interpres idē ferē exponat dicendo sic ibidē: Porro quia uidiſti pedū & digitorum partem testeā, & partē ferreā, regnū diuisum erit, quod de plantario ferri oriatur: Secundū, q̄ uidiſti ferrū mixtū teste ex luto, & digitos pedū ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnū erit solidū, & ex parte contritū, quod autē uidiſti ferrū mixtū teste ex luto, cōmiscēbuntur quidē humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrū non potest misceri teste. Certū tēpus quo hæc euenisse cognoscantur nullo modo, aliter melius inuenire possumus, q̄ sequendo lirerā propheticā, qua continuo subiungitur: In diebus autē regnorū illorū, suscitauit deus cœli regnū, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. Tempus ergo quo regnū æternū suscitauit deus, secundū q̄ de monte abscessus est lapis sine manibus, & cōminuit teste & ferrū & æs & argentū & aurū, tempus inquam quo sine opere coniugali de uirgine conceptus & natus est deus & homo Iesus Christus. Respicimus qualiter tunc se habuerit regnū Romanum, quod sine dubio significatū est per ferrū nā quod dicit: In diebus autē regnorū illorū, idē est ac si dicat: cū regna hæc sibi ordine successerint, suscitabit deus cœli regnū, quod in æternum non dissipabitur.

¶ Quid mixtura ferri & teste significet. Cap. XX.

Igitur in pedibus statuæ per infociabilia signa rerū ferri & teste, licet arbitrari significatū fuisse, id quod acciderat Romanis, quando Christus natus est de uirgine. Quid enim acciderat? hoc nimirū, quod per maximas ciuiles discordias Romana potētia in regnū & monarchiam deuenerat. Quis illas nō audiuit discordias? quis ignorat illa ciuilia bella? Defatigatus est mundus, & adhuc defatigatur, scholasticis lectitantibus, historiographis denarrantibus, pueris quoq; retractantibus, Romanorū ferē omniū, maximeq; Pompeij & C. Cæsaris discordias immites, discordias impacabiles. Itemq; Antonij & Octauiani Augusti pugnas ciuiles, per quas & inter quas idem Octauianus Augustus Romanorū monarchia effectus est, in cuius diebus lapis in monte sine manibus abscessus est, quo regnante, Christus de uirgine natus est, cuius & successoris eius Tyberij Cæsaris tēporibus æternū regnū dei, per passionē & resurrectionē eiusdem Iesu Christi suscitātū est. Per ferrū inquam, & per testam in pedibus statuæ, discordias illas, & bella ciuilia libenter accipimus signata fuisse, & hoc esse quod scriptum est: Quia uidiſti pedum & digitorum partē testeā & partem ferreā, regnū diuisum erit, quod tamen de plantario ferri oriatur, id est, ex nimia fortitudine, suboriente inuidia fiet, ut regnū diuidatur. Et hoc ipsum repetitur dicendo: Quia autē uidiſti ferrū mixtū teste ex luto, cōmiscēbuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum non potest misceri teste. Cū magna admiratione hoc accipiendū est, quia non solummodo conciuēs, uerum etiā consanguinei fuerint, ita ut Pompeius C. Cæsaris gener, & Octauiani Antonius sororius existeret, & tamen non magis potuerunt per concordiam coherere sibi, q̄ potest ferrū teste misceri. Et tandiu dissenserunt, donec pars infirmior uicta decessit. Ibi pars partem unius eiusdemq; Romanæ uirtutis ita uelociter & fortiter superauit ut pars quæ uicta est luteæ teste, pars autem quæ uicit ferro possit comparari. Vna acies patitur bellū, gerit altera, ait author insignis describens illa ciuilia bella. Item ad illū qui superatus erat, id est, ad C. Cæsarem iam dictum refert: Bellantem geminis tenuit te Gallia Iustris, Pars quota terrarū facili si prælia pauca, gesseris, euentu tibi Roma subegerit orbē: & ita factū est. Summa horū quæ dicta sunt, ista est: Per discrepantiā teste & ferri, quarti, id est, Romanū regni ciuiles discordias recte posse intelligi. Nunc ad ordinem redeamus.

¶ Quare exclamauerit Nabuchodonosor: Ecce ego uideo quatuor uiros solutos, & species quarti similis filio dei. Cap. XXI.

Capitulum magnæ admirationis in aureo capite, qd̄ erat Nabuchodonosor, cōtra statuā aureā, quam erexerat Nabuchodonosor, istud est, quod exclamat: Nonne, inquit, tres uiros misimus in mediū ignis cōpeditos? Et respōdētibus optimatibus suis, atq; dicētibus: Vererex: Ecce ego uideo, inquit, uiros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptiōis est, & spēs quarti similis est filio dei. Hoc magnæ in clamationis dictū, totus orbis audiuit de ore hominis regis gētilis & impij. Et quis digne sufficit admirari, ubinā uiderat ille filium dei, ut similitudinē eius recognoscere posset in medio ignis; dixit enim: Et species quarti similis est filio dei. Sic loqui solēt, qui quamlibet speciem

speciem aliquando uisam, alicubi consideratam, & mente retentam, memoria signatam, alio tempore, siue loco alio, in persona qualibet recognoscunt. Iste, inquit, similis est illi, quem uidi, istud est simile illi, quod ibi uel ibi consideravi. Quam similis est iuuenis iste conso- brino meo: ait quidam, intuens iuniorem Tobiam, Viderat enim patrem, & in filio simile, ut accidere assolet, animaduertebat speciem. Iste autem, ubi uiderat filium dei ut speciem eius re- cognoscere posset in illo, qui descenderat cum Azaria & socijs eius in fornacem, uel in mediū ignis: Nunquid uiderat filium dei, sed nec unquam legendo uel audiendo didicerat, quis uel qualis es- set filius dei. Nonne ergo mente non sua locutus est: Nonne in magno excessu taliter effa- tus est: Vere in magno excessu, in magno stupore. Non leuis stupor extitit, quē quasi leuiter scriptura enunciauit, dicendo ubi supra: Tunc rex Nabuchodonosor obstupuit, & sur- rexit propeere.

¶ Quare appellatio filij dei, ab inimico & persecutore primum usurpari debuerit Cap. XXII.

Speciosa uictoriae pars, & insigne praeconiū uerbi dei, filij dei, quod illum manifesta confessione prius confessus est inimicus quod amicus, persecutor quod executor, & iniustus quod iustus, Gentilis quod Iudaeus. Quis enim saltem ex omnibus prophetis tam aperte nomen istud expressit, filium dei? Habemus passim in scripturis prophetis uerbum dei, & hoc uerbum dei filius est, sed mundus eum non cognouit, ita ut nec apud Iudaeos, quibus creditum est uerbum dei, tutum esset praedicare hoc nomen, quod est filius dei. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit: nec solum eum non cognouit, uerum etiam annunciationem de eo, nec saltem Iudaeus ferre potuit, unde & oportebat prophetas claudere, ligare, & signare testimonia eius in scripturis: Quia (sicut iam dictum est) non possent portare saltem cultores dei, nec paterentur audire ullam esse dei generationem, ullam esse filium dei. Per hunc summum ex principibus suis, quem Iudaeus aut Gentilis arguere non posset, cuius opprimere os non auderet mundus, hoc nomen primitus audiuit, filium dei. At ipse tantus praedicator forte etiam tunc dormiuit & somniauit, quando nomen istud praedicauit. Non enim putemus eum tunc tantum modo dormisse, quando illam, de qua iam supra dictum est, magnam statuam somniauit, somniumque perdidit, ignorans quid uiderit. Immo tota uita eius somnus fuit, quicquid boni de deo pronunciauit, quicquid benedixit & laudauit, somnium fuit: Quia sic- cut illud de statua somnium perdidit, ita quicquid laudis deo declamauit, totum de corde eius ue- lociter euauit. Denique qui post interpretationem somnii uel statuae, quam uiderat, Danielē adorauit: Vere, inquit, deus uester, deus deorum est, & dominus regum. Ipse postmodum statuam dedicans auream, seruus eiusdem dei misit in fornacem ignis. Et quis est, inquit, deus, qui eri- piat uos de manu mea? Item qui dixit: Benedictus deus eorum, Sydrach uidelicet Misach, & Abdenago, &c. Ipse postmodum contra dei decretum, quod uiderat uel audierat, superbe res- pondens: Nonne, inquit, haec est Babylon magna, quam ego aedificauit in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei statim propter superbiam quasi bos effid- meruit?

¶ Confessionem & laudem Nabuchodonosoris, propter superbiam, & tumi- dam uanitatem, reprobam fuisse. Cap. XXIII.

Iam nunc, ut constet magis ac magis, merito declamationes illas probari, perpende, quod non fuit speciosa laus in ore illius peccatoris, tota namque respersa est fermento tumidae uanitatis. Quomodo enim laudauit, cum scripsit: Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus, & linguis, quae habitant in uniuersa terra: pax, inquit, uobis multiplicetur, si- gna & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi praedicare signa eius: Quan- tus in oculis suis habetur, dum dicit: Signa apud me fecit deus excelsus: & deinde: Placuit er- go mihi. Quid enim est, apud me fecit, & quia placuit mihi, nisi ob gratiam mei fecit, & felici- ter contigit illi deo, quia placuit mihi? Vere sicut non dignatur deus excelsus laudem, nisi ex humili spiritu, ita iustum & dignum se fuit, ut reprobari extollentiam sublimium oculorum illius, quae laudando laudabilem in ipsa laude mentiebatur. Non enim apud eum signa fecerat deus excelsus, quia non erat amicus, sed fecerat contra eum, quoniam erat inimicus dei excelsi, & seruo- rum eius. Et quis unquam iustorum regum siue patriarcharum, qui magnalia dei uiderunt, referens

referens dixit, aut dicere debuit: Signa apud me fecit deus: Nos quoque de sanctis illis loquen- tes, non dicimus, aut dicere debemus, apud illum uel illos, sed per illum & per illos, siue coram illis deus mirabilia fecit, utpote in terra Aegypti. Sicut igitur de rege omnium filiorum superbiae de- us excelsus dicit: Non parca ei uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis: ita de isto su- perbiae filio recte dicas: quia non pepercit, aut parcere debuit illi deus, id est, pro laude clamo- sa & magnificentia sublimi.

¶ Quod sicut tribus pueris in camino affuit filius dei, ita omnibus affuturus sit qui se confiteantur. Cap. XXIII.

Illud quoque non praetereundum, quod etiam si non dixisset ille stupidus: Et species quartus similis est filio dei: nos qui nunc sumus, & in rebus temporaliter gestis, aeterni regni myste- ria contemplari studemus, scienter & uero sensu dicere possemus, & nunc dicimus, quia species quartus similis fuit filio dei, id est, qui quartus apparuit in camino ignis, & seruos dei excelsi mirabiliter custodiuit, signum fuit, & in semetipso signauit, quod facturus erat, itaque facere coeperat filius dei, uerbum dei. Quando enim defuit agonizantibus seruis suis propter uer- bum dei: Hoc maxime futurum erat temporibus euangelij sui, ut publicis edictis & proscriptionibus, fide sanctae trinitatis impugnet rex magnae Babylonis diabolus: Et ita factum est pa- ganis Romani imperij regibus, diadolo famulantibus. Nonne cum pijs martyribus filius dei, & in flammis, & in caeteris agonibus semper praesens fuit: Verbi gratia: Vbi martyr insignis Laurentius ignibus suppositus est pro fide filij dei: nunquid qui affatus fuit, & super craticulam & super ignem spiritum emisit, idcirco dicas, quia fuit absens, & ab ignibus eius longe absitit? filius dei: imo praesentior illi fuit & gloriosius in eo triumphauit, quod si excussisset carbones, & ignitam craticulam eius, quasi uentum roris flantem fecisset. Transiuit per ignem, & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo non fuit, quia fides laesa non est, imo sicut aurum per ignem probata est. Sic animaduertimus in illa fornace Babylonica, specie quartus similis filio dei, quia sicut per spe- cie, quae illic apparuit, custoditi fuerunt illi tres pueri, sic per inuisibilem praesentiam filij dei illaesa permanit in sanctis martyribus fides aeternae trinitatis, & Romanum imperium sonorius atque dulcius, quod ille rex Babylonis, tandem confiteri meruit Christum filium dei.

¶ Quare deus, non ut tres pueros, ita & templum defenderit, ne conflagraret. Cap. XXV.

Non poterat hic deus excelsus templum suum, quod erat Hierosolymis, illa summa custodia a flammis incendij Babylonij, qui tres pueros taliter custodiuit in camino ignis, ut nihil potestatis haberet in corporibus eorum, & capilli capitis eorum non essent adusti, & saraballa eorum non essent immutata, & odor ignis non transfret per eos: Plane poterat, sed erudiendus erat mundus, ut sciret, quod deus excelsus, non pul- chris lapidibus, aureis uel parietibus templi manufacti delectatur, sed fidei claritate & mundis cordibus, & ille est ei optabilis locus. Nam quia & tabernaculum Moyses cum autoritate dei, & templum Salomon tanto opere, auro & gemmis extruxit, atque perornauit, existimare po- terant homines cupidi de deo male sentientes, quod esset eorum similis, & dereligionem iustitiae nihil curantes, putarent se satis honorare deum muneribus aureis, suamque cupiditatem corro- borarent, quasi exemplo dei. Hanc suspicionem digne a seremouere curauit, opere perficiendo illud, quod ad Salomonem dixit, cum ille perfecisset aedificium domus domini. Si autem, inquit, auersione auersi fueritis uos & filij uestri, non sequentes me, nec custodientes manda- ta mea, auferam Israel de superficie terrae, quam dedi eis, & templum, quod sanctificauit no- mini meo, projiciam a conspectu meo. Salomon, inquit, Stephanus protomartyr, aedifica- uit illi domum, sed excelsus non in manufactis habitat, sicut per prophetam dicit: Coelum mihi se- des est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum aedificabitis mihi, dicit dominus, aut quis locus requietionis meae? Nonne manus mea fecit haec omnia: Digne igitur se fecit, quod templum, uel aurum templi manufacti, pro tempore & re multum neglexit, nomen autem suum, & pro- missionis uerbum, in quo uita est, glorificare & dilatare nunquam desit.

¶ Toties uictum Nabuchodonosor, nunquam tamen fuisse ex animo humiliatum. Cap. XXVI.

IAm semel & secūdo cōmonitus fuerat Nabuchodonosor rex, ut ab altitudine sua detumesceret, ac de semetipso mortalis homo humilia sentiret, & prior quidē admonitio terribilis, sequēs autē terribilior atq; sēuerior extitit. Nā in prima tantūmodo territus fuit in secūda uero damnū quoq; de suis accepit, quia uiros illos fortissimos de exercitu suo, qui ad eius imperiū seruos dei excelsi miserant in fornacē, interfecit flamma ignis. Iusta ergo super ipsum post hęc peruenit sententia, pręeunte uisione, cuius interpretatio sententiam ipsam pręnunciabat, nihilominus perseuerante cordis eius indomabili superbia. Nā ut sciamus, quanta in corde eius arrogancia, quanta in oculis fuerit extollentia, signāter ita dictum est: Post finē mensū duodecim, subauditur, ex quo de arbore succidenda somniū uiderat, & interpretationē eius audierat, in aula Babylonis deambulabat, responditq; rex, & ait: Nōne hęc est Babylon magna, quā ego ædificauī in domū regni, in robore fortitudinis meę, & in gloria decoris mei? Cui, uel contra quid respondisse dicitur, nisi contra id quod audierat: Hęc est interpretatio altissimi, quę peruenit super dominū meū regē: Eñcient te ab hominibus, & cū feris erit habitatio tua, & scēnū ut bos comedes? Claret itaq; maxima in loco culpa superbię, quia considerando magnitudinē Babylonię, roburq; fortitudinis suę, & amplitudinē (ut putabat) glorię: Impossibile iudicauerat, quod audierat ex diuina autoritate, faciliusq; posse in seclū præterire uerbū domini, secundū interpretationē somni, quā uenire, alio quid super se aduersi, tantū regē magnę Babylonis. Igitur ubi statim subiungitur: Cum ad huc sermo esset in ore regis, uox de cęlo ruit, tibi dicitur rex Nabuchodonosor, Regnū tuū tuū transit à te &c. manifeste prædicatur sicut iusta omnipotētia, ita & omnipotētis iustitia, quia sanctus & iustus neminē pœnaliter humiliat, nisi illū, qui se pertinaciter exaltat.

¶ Nabuchodonosor tanq; bouem scenum comedisse. Cap. XXVII.

TAndem notandū, quod idē Nabuchodonosor, sicut in culpa, ita & in pœna similis factus est captiuatori generis humani diabolo. Nā de illo dixerat dñs ad beatū Iob: Ecce Behemoth, quē feci tecū, scēnū quasi bos comedit. Cū ergo ex hominibus abiectus Nabuchodonosor, scēnū ut bos comedit, manifeste datur intelligi quod in pœna sua similis diabolo extitit, quia quod fecit ille spūaliter, hoc fecit iste corporaliter quod ille indefinēter, hoc iste septemnio, quo uidelicet numero uniuersitas significari solet. Ille nāq; scēnū comedit, id est, carnales sibi incorporat homines. De qualibus scriptū est: Omnis caro scēnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Vere scēnū est populus, exiccatus est scēnum & cecidit flos. Solū eiusmodi scēnū comedit quasi bos, quia præter uiriditatē carnis nihil est in eis, quibus præualuit ille Behemoth. Et quid amplius est in his, qui dētes illius offendunt, nisi illud quod sequitur? Uerbū autē dñi manet in æternū. Igitur quod iustū, tam pulchrum est iudiciū in eo, quod ille dudū rex præpotens, quasi bos comedit scēnū, tanq; diceret ei uox, quod de cęlo ruit super eū: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, tu uerbū dñi, quod manet in æternū exterminare uoluisti, succēdēdo Hierusalem, & templum dñi, quod solum erat, in quo inuocabatur nomē dñi, sed neq; tu, neq; Behemoth pater tuus, uel quicūq; sunt ex parte eius efficere poteritis, ut in uacuum prætereat uerbū promissiois, quātumcūq; affligatis, aut deo retis scēnū, uel florē scēni, id est, carnales homines, uel carnaliū hominū gloriā, quoz aliqui idcirco permittūtur uobis, cū sint ex Abraham traducti, quia sunt quidem filij carnis, sed nō filij promissionis, unde nec merētur in semine computari.

¶ Quo sensū uerum fuerit, quod Nabuchodonosor dixit: Nonne hęc est Babylon, quam ædificauī. Cap. XXVIII.

Putasne uerū dixit gloriando. Nōne hęc est Babylon quā ego ædificauī? Babylonē nāq; (ut Pompeius Trogus refert) Semiramis cōdidit, murūq; urbi cōcto latere circūdedit, arena, pice, & bitumine interstrataq; materia. Nūquid ergo uerū dixit, tāto iunior Semiramide uxore Nini, in quo regnū Assyrioz ccepit? Veruntamen sacra præpollet autoritas, quod & ante Semiramidem Babylon extitit, & causa quoq; nominis eius antiquissima, sacris est ædita literis: Chus, inquit, filius Cham, genuit Nemroth, ipse cœpit esse potēs in terra: Fuit autē principiū regni eius Babylō, de terra illa egressus est Assur & ædificauit Ninuē. Causa nois, quod est Babylō, extitit illa, quod ibi deus linguā cōfudit eoz qui ædificabāt, & cessauerūt ædificare ciuitatē. Nā idcirco uocatur est, inquit, nomē eius Babel,

Babel, quia ibi cōfusus est labiū uniuersę terrę: Ergo uir gloriosus de qualiū quolibet illud sapientię dictū est: Nubes & uentus & pluię nō sequētes, uir gloriosus & promissa non cōplens. Vir in quā gloriosus, id est uanus, uento uanitatis plenus atq; distētus, quia fortassis Babylonē proprijs opibus atq; impensis auxerat, rem suā siue opus suū nō parū æstimans, aut æstimari uolens, magno ore declamauit, responsum cordis alti & erecti ceruicis. Nonne hęc est Babylon, quā ego ædificauī? ne diceret, quā ego prouexi siue ampliaui, & quid tum d uir gloriose si tu Babylonē à fundamētis ædificasses? nūquid uel sic uerbū quod audieras, scilicet interpretationē somni facere irritā potuisses? Iuste igitur, quia tā iustus quā omnipotēs sermo dei est. Super te sententię uox ruit, etiam si aliquo modo consiliū sancti prophetę secutus fueras, dicens: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet delictis tuis.

¶ Nabuchodonosor non mentem tantum, uerum & formam amisisse, cum scēnum ut bos comederet. Cap. XXIX.

TAndem de isto dicendū, quia solet quæri utrū mentē solā & nō etiā formā amisisset. Et quidē ipso dicente: Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cęlū leuaui, & sensus meus redditus est mihi. Sic maiores nostri asserūt, quia quādo dicit sensum sibi redditū ostendit nō formā se amisisse, sed mentē. Sed adhuc illud occurrit & repugnare uidetur, quod idē postmodū repetens dicit: In ipso tēpore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorē regni mei, decorēq; perueni, & figura mea reuersa est ad me, & optima tes mei & magistratus mei requisierunt me. Et inter cetera cū dicit ibidē: Et figura mea reuersa est ad me, profecto datur intelligi, quod de figura siue status humani reuerſitudine non nihil amisisset, & quod etiā si manū uel pedū effigies digitorūq; discretio siue discreta numerositas permāsit, nihilominus tamen quadrupes incesſerit, præsertim cū ita dictū uel expressum sit, scēnū quasi bos comedit. Et scēnū ut bos comedit, quod uidelicet bos quadrupes, nullis utitur manibus, quippe cui manus natura nō creauit, sed pronus humi scēnū dente demetit, & os per terrā trahendo comedit. Sed & illud quod dictū est in sententia: Cū bestijs atq; feris erit habitatio tua, figurā eius demutatā fuisse (ut iam dictū est) nōnulla ex parte probat, præsertim quia dixit: Et figura mea reuersa est ad me. Et quia bestię siue ferę nō facile sociarētur illi sine aliqua sui similitudine. Verūtamen quomodocūq; figura eius se habuerit. Hoc in laudē omnipotētis uerbi dei admirandū est, quia regē tā potentē tanta mutatione demutauit, quāta quępiā hominū fuisse demutatū sacra nusquā scriptura meminit, excepta uxore Loth, quę respiciens post se, uersa est in statuam salis.

SEXTI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER SEPTIMVS.

¶ Balthasar regem iam tum, cum manus hominis in pariete scribens appareret, à uerbo dei uictum fuisse. Caput primum.

POST EFFECTVM VERBI DEI VICTORIOSUM, quo hominē regē, hominē superbū, regē elatū, fortiter deiecit, potenter humiliauit, ipsum quoq; regnū debellare superuenit, præmissio suimet uel præsentię suę admirabili signo, rege Balthasar celebrante conuiuū, iamq; tenui lento cum optimatibus suis, cum uxoribus & cōcubinis suis, dum in sacris uasistēpli dñi biberent uinū, & laudarent deos suos argenteos & aureos & æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos, in eadē hora apparuerūt digiti quasi manus hominis scribētis cōtra candidelabrum, in superficie parietis aulae regię, & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc H 2 regis

Danie. 1 regis facies commutata est, & cogitationes eius perturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad seinuicem collidebantur. Scriptura illa signum fuit uerbi dei iam iam consurgentis, iam iam irruentis ad debellandā superbiam regni tyrannici, regni Assyriorum atq; Chaldaeorum, quod à temporibus Nini & coniugis eius Semiramidis per annos ferme mille trecentos iugo aspero presserat colla populorum. Rex ille fortissimi imperij paruula uerbi eiusdem signa, pauculos apices iudicij eius, ueros iudices, cum nondum intellegere aut quisquam legere posset, ferre non potuit, uidere non sustinuit, sed facie commutata, mente perturbata, libidinosi renes eius inter uxores sedentis soluebantur, genua libidinosi inter concubinas bibentis ad inuicem collidebantur, & ita palam factum est, quàm esset infirmus, qui uidebatur fortis & imperiosus.

¶ **Danielem non perturbatum, sed confidenter aspexisse, legisse, & interpretatum fuisse. Cap. II.**

Danie. 1 **A** Tille, ad quem & propter quera, uel propter cuius similes ueniebat & decertabat deus, dei uerbū, non expalluit, nō perturbatus est, sed aduocatus ad legendū, postulat ad interpretandum, astitit familiariter, fidenter intuitus est, legit scienter, sapienter interpretatus est: Mane, Tetel, Pares, Mane numerauit deus regnum tuum & compleuit illud. Tetel, appensum est in statera, & inuentum est minus habens. Pares diuisum est regnum tuum, & datum est Mædis & Persis. Quam breues uoculæ quantam longitudo, quantam latitudinem, quantam altitudinem demonstrauerunt animæ hominis habentis dilectionem uerbi dei, cuius arcanum consilium sublime atq; profundum continebatur tribus uocibus illis sex syllabis, quatuordecim literis illis. Per hoc quod scriptum fuerat mane, quod interpretatur numerus, uidit in latitudine cordis angustam diuturnitatem regni Assyrii siue Babylonij, quia non casu accidisse, sed iusto iudicio dei, ut gentes tam multas iugo suo premere posset annis (ut iam dictum est) mille trecentis. Legamus diligenter scripturam hanc, & sequamur interpretationem diuinam, quia contra candelabrum scripta est. Hoc ipsum quod contra candelabrum scripta esse narratur, suggerat nobis, ut candelabro appropinquemus, quatenus clare intueamur. Candelabrum nostrum Christus. Lumē nostrū uerbū dei est. Lucerna, inquit Psalmista, pedibus meis uerbum tuum: & lu. se. me. Ve igitur breuis scripturæ breuem interpretationem copiosius consequamur: Verbi dei, qui in sanctis scripturis habemus, documenta sequamur.

¶ **Quid sibi uelit primum uerbum Mane, id est, numerauit. Cap. III.**

Danie. 1 **M** Ane, inquit, numerauit deus regnum tuū, & compleuit illud. Quando uel quomodo numerauit deus, quādo uel quomodo compleuit deus regnum illud: Nimirum ante q̄ conderetur Ninive, priusq; edificaretur Babylon, antequam nasceretur Niaus, priusq; fieret Assur siue Nemroht filius Chus, cuius regni principium fuit Babylon, numerauit deus regnum illud. Sicut omnia in numero & pondere & mensura posuit, sic & illud regnum numerauit. Quomodo ergo numerauit? Profecto sciuit causas gētium, propter quas permitteret super eas eleuari baculū impiorum, uirgam siue iugum dominantium, scilicet regnū iam dictū, ut cederet populus in indignatione, subiceret in furore, gentes persequeretur crudeliter. Causas in quā sciuit, & secundū causarum quantitatem numerauit atq; mensus est tempora siue annos eiusdem regni, ut tantum uel tam diu persequeretur, subiceret atq; cederet. Venerat baculus ille siue uirga illa impiorum dominantium usq; ad filios, quorum iniquitates & peccata uisitari oportebat. Quia dereliquerant legem domini, quia non ambulauerant in iudicijs domini. Iam ergo tempus erat, iam euoluti fuerant anni numero quem præfixerat & oportebat fieri, quod per Psalmistam prædictum fuerat: Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Igitur compleuit illud inquit, id est, præfixus est tractus annorum siue dierum numerus, & ecce sicut alia scriptura dicit. Computrescet iugū a facie olei, id est cessabit potentia, quæ diu superbiuit, superueniente misericordia dei.

¶ **Quid uelit secundum uerbum Tetel, id est appensum, Cap. III.**

Tetel.

T Etel, appensum est in statera, & inuentū est minus habens. Ordo rectus, ordo legitimus, ut postquam seruiuit ille malus seruus, de seruitio uel seruitij retributione iudicetur. Postquam completum est regnum, illud recipiat quod meretur. Iudicium nanq; est inter deum & regna, siue reges regnorum. Ipse qui ordinauit regna, iudicat illa. De qua quæstione putas sit iudicium? puta dicere iudicem deum: Ego uos excitauit: Ego uobis potestatem dedi, ut peccantes mihi populus caderetis, seruitium uestrū impleuistis, sed minus est in facto uestro q̄ in proposito meo. In meo nanq; proposito bona est intentio, sed hæc defuit in facto uestro: Ergo inuentum est, inquit, regnum tuum minus habens. Quia uos omnes reges Assyriorum bonam quam ego habui non habuistis intentionem, sed tantū expleuistis superbiam uestram & crudelitatem. Ego iratus sum parū, uos addidistis in malū. Multū itaq; deest in pondere, quia deest totum quod esset laudabile, scilicet cet omnis intentio iustitiæ, uoluntas corripiendi, intentio corrigendi, refrenandi uitia, sancti endi gentibus iura legitima. Sed & in hoc inuentū est longe minus habens, quod regnū, siue reges regni illius, nō eū qui dederat illis potentiam glorificauerunt deum altissimum, aut gratias egerunt, imō ueritatem cōmutauerūt in mendacium, & aduersus deum eleuati sunt & deos suos illaudabiles laudauerunt. Eleuatum est, inquit Daniel, cor Nabuchodonosor, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam. Tu quoq; filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia quæ super eum uenerunt, sed aduersus dominum dominatorem cœli eleuatus es, & uasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ uinū bibistis in eis. Deosq; uestros argenteos, & aureos, æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos, qui nō uident, neq; audiūt, neq; sentiunt, laudasti. Porro deū, qui habet flatū tuū in manu sua, & omnes uias tuas non glorificasti. Igitur quia inuentū est tantū minus habens, iustū iudicij scribentis, iusta est sententia dicentis.

¶ **Quid uelit tertium uerbum Pares, id est diuisum. Cap. V.**

P Ares, diuisum est regnum tuū, & datū est Mædis & Persis. Eum in quo ante finitū est regnū illud diuturnū Assyriorū, Pompeius Trogus Sardanapalū memorat, uirum, muliere corruptiorem, eum autē qui facta coniuratione, bellum Sardanapalo inferens mortuū successit, & ad Mædos imperium transtulit, scribit Arbaſum fuisse præfectum Mædoꝝ. Miro modo reges postremi, ille uidelicet Sardanapalus, in quo finitum est regnū Assyriorū: Et iste Balthasar, in quo diuisum est regnum Chaldaeorū, sicut cōpares in superbia, ita cōsimiles fuere in contumelia. Ille nanq; uir (ut iam dictū est) muliere corruptior, inter scortorū greges purpuras colo nebat, & cū muliebri habitu, dū mollicia corporis & oculorū lasciuiam omnes scēminas anteiret, pensa inter uirgines partiebatur, quam ob causam facta coniuratione à suis ad mortem est adactus. Iste inter uxorū & concubinarum turbas nocturnū producens cōuiuium, crapulatus & ebrius eadem nocte est interfectus: Iosephus quidē ita narrat: Non post multū tempus, & balthasar captus est, & ipsa ciuitas. Hic autē (sicut scriptum est) eadē nocte interfectus est Balthasar rex Chaldaeus, & Darius Mædis successit in regnū: Dum præmissa narratione de scriptura & interpretatione eius subiungit: Non post multum tempus captus est, uidetur, dicere, q̄ nō interfectus sit eadem nocte. Quod si historiae contrariæ sunt (in multis nanq; discrepat multitudo scriptorum secularium) huic sine dubio magis est credendum, qui præsens interfuit, qui scripturam legit, & interpretatus est, q̄ inde purpurā & torquem auream circa collum accepit, qui tertius in regno princeps prædicatus est, & cum tanto honore, cum tali principatu de regno ad regnum, de Chaldaeis uictis translatus est ad uictoriam Mædoꝝ atq; Persarum. Fidelis interpres, notum & insignem portans ueritatis triumphum. Diuisum est, inquit, regnum tuum: subauditur, contra te, quia facta coniuratione ab his quibus imperare debueras, circumdatus es oblatione, moriturus hac nocte in crapula & ebrietate. Et datum est Mædis & Persis, iuxta prædicationem eius, qui ante te laudans & magnificās uiuentem in sempiternum. Via, inquit, eius iustæ, & gradientes in superbia potest humiliare: dominaturq; in regno hominū, & cuiuscūq; uoluerit, dat illud.

¶ **Quod scriptum & dictum tunc est contra unum regnum Babylonis, de omnibus regnis mundi debere intelligi. Cap. VI.**

H 3 Latius

Latius q̄ adhuc dictū sit, patet scriptura hæc: Mane, Tetel, Pares. Similiter nanq̄ de cæteris regnis sentiendum, de regno Persarū & Mædoꝝ, de regno Macedonū siue Græcoꝝ, de regno Romanoꝝ: Videlicet, quod singula eorū iā deus dinumerasset, & singula suis temporibus cōpleturus esset, quod singula deberet appendere in statera, iudiciūq̄ diuisionis dare, pro eo quod ea minus habere inueniret. Verū etiā adhuc parū est cōsiderare in partibus, quod de toto si prædicetur, plus habet admirationis, & comodi, terroris amplius. Regna illa partes sunt uel fuerunt, totū aut̄ est omne seculū, uniuersitas creaturaz, eaz duntaxat quæ rationales sunt, scilicet angeloz & hominū, de quibus domini creatoris est, & erit iudiciū. Igitur ad summum recurrentes, proponamus mundum, & mundi principem diabolum, cuius typum gessit Assur, & in Mædis atq̄ Persis Aman superbissimus, in Græcis Antiochus, & in Romanis Nero, maloz imperatoꝝ imperator pessimus, & in nouissimis diebus reuelabitur nominatus Antichristus. In isto mūdi principe, & in toto mūdo cōtemplemur dinumerationē dei, appensionē in statera dei, diuisionē iudiciū dei, secundum scripturam hanc: Mane, Tetel, Pares.

Assur diabo-
li typos.

¶ Quid significet, Mane cōtra principem huius mūdi. Cap. VII.

Mane, numerauit deus regnum, quod dicit esse tuum d̄ princeps mundi, rex tenebrarū, tyranne peccati & mortis, numerauit, inquam, dierum senario, & cōpleuit illud die septimo. Sex nāq̄ diebus omnia fecit, lucem, siue lucis & tenebrarū discretionē, firmamentum, aquas ab aquis diuidens, aridam, id est terram, & aquarum cōgregationes, quas appellauit maria, certis limitibus coercita, solem, lunam, & stellas uolucres, & omnia natatilia, homines & lumēta, & cætera quæ mouentur in terra. Ista sex dierum opera die septimo compleuit, ipsumq̄ diem septimum benedixit, & sanctificauit. Tu in istis regnare contendis, tu ista regnum tuum esse dicis, tu ista omnia tua, uel tibi tradita esse mentiris.

Diebus to-
ta mūdi machi-
na complectur.

¶ Quid significet Tetel, cōtra eundem principem mūdi. Cap. VIII.

Tetel, appensum est in statera, & inuētum est minus habens. Statera uera, statera ista, uerbū dei est: Uerbū deus: dei sapientia, in qua regnū tuū appēditur, dum de te iudicium agitur, quod omnes audiuius, dicente ipso, cuius in manu statera est imō qui ipsa statera est. Nunc iudicium est mūdi, nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Quomodo inuētum est minus habēs: uidelicet quia tu ad diē septimū, quo cōpleuit deus omne opus suū, nō peruenisti, tu ad sabbatū, id est, requiē benedictionis & sanctificationis peruenire noluiti, idcirco ueraciter iuxta sanctā ac mysticam Apocalypsim, numerus tuus est sexcēti sexaginta sex. Inter angelos superbiēdo laborasti, in decipiēdo hominem circuire terrā, & perambulare cœpisti, in Antichristo fatigabilis ita labor tuus augmēta capit, sicut isti in decuplū multiplicātur senarij, sex, sexaginta, sexcēti. Deus autē (ut iam dictū est) in septimo requiēuit. Appēsim igitur regnū tuū profecto inuentū & inueniēdum est minus habēs, q̄ nō puenit ad creatoris requiē, uacū & uanū circa creaturā cōtinuās laborē.

Danic. 5

Johan. 12

1. Pet. 5

¶ Quid significet Pares cōtra eundem, & quid Persæ & Mædi, quibus diuisum regnum eis datum sit. Cap. IX.

Pares, diuisum est regnum tuum, & datū est sanctis altissimi, quorum typum tunc in excidio duntaxat Babylonis gesserūt Persæ & Mædi, præsertim cum Cyrus rex illorum prophetica uoce Christus quoq̄ sit appellatus dñi. Hæc, inquit Elías, dicit dñs Christo meo Cyro, cuius apprehēdi dexteram ut subijciam ante faciem eius gētes, & dorsa regum uertam. Causam dictionis huiusmodi taliter præmisit: Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnē uolūtatem meā cōplebis, qui dico, Hierusalē ædificaberis, & templū fundaberis. Futurū nāq̄ erat, ut Cyrus licentiā & facultatē daret reædificādi Hierusalē, & templū dñi. Diuisum, inquam, est regnū tuū, in diuiso permanēte regno sanctorū, sicut numerus senarij, qui tuus numerus est, solubilis est & secabilis: numerus autē septenarij, qui numerus est dei, quia die septimo requiēuit, insolubilis & insecabilis est. Ita regnum tuū solubile est, & sine dubio solutum est, & tu ipse uidentibus cunctis præcipitādu es, regnum autem dei, & sanctorum eius manet in æternū. Præterit em̄ figura huius mūdi, & tu de principatu mundi, de potestate tenebrarum harum pertransibis, in tartarum rudentibus inferni detraheris,

Esa. 45

Esa. 44

detraheris, eorum quibus regnum tuum dandum est, quibus referuata sunt illa, quas in cœlo perdidisti, mansiones. Hic unus est Daniel purpura indutus, aureā circa collū torquē de damnato rege referens. Sicut autoritas uerbi dei purpuram & torquē aureā tristi & damnato rege extorsit, & huic sancto interpreti suo trāspoluit: sic omne decus cœli, omne seruitiū creaturaz, quod tibi arrogasti, à te extortū, dabitur sanctis dei omnibus.

¶ Hanc manū apparentem, signasse manū dei, de qua Dauid: Firmetur manus tua, & exultetur dextera tua. Cap. X.

Tandē, quomodo taliter apparuerūt digiti, quasi manus hominis scribētis, & quomodo manu dextera solet scribi recordemur, imō deū recordatū esse arbitremur, quod cecinerat Dauid, gratulans, & gratias agēs, quod audire meruisset cū iuramento domini uerbū promissionis: Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua. Manū illam dñi, dexteram illam dñi, quā summo desiderio, clamore cordis maximo firmari optauerat, & exaltari, signabat manus quæ apparuit uisibilis. Fiebat iam in parte, quod faciendū erat in toto per manū dñi, per dexteram omnipotentis dei, quæ nō est alia, siue aliud, nisi uerbū dei. Quid em̄ fiebat in illam particularem Babyloniam, nisi quod faciendū erat in uniuersitate impioꝝ per promissam & iuratum uerbi dei gratiā? Et quid illud erat, nisi quod continuo sequitur: Iustitia, inquit, & iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordia & ueritas præcedent faciem tuā, beatus populus qui scit iubilationē, domine in humilitate uultus tui ambulabunt &c. Iam, inquam, fiebat hoc in parte illa, quia uidelicet manus domini in suo proposito manens, firmiter exaltabatur. Iamq̄ aderāt iustitia & iudiciū, in præparatione sedis eius, iustitia in eo, quod populū suū ciuitate & templo orbaturum captiuitate tradiderat. Iudicium in eo, quod regnum captiuitatis eorum numeratum, & in statera appēsim diuidebat, Mædisq̄ & Persis dabat. Hæc agendo sedes eius præparabatur, & misericordia & ueritas præcedebāt faciem eius. Misericordia, ut cito captiuitas illa solueretur. Veritas ut sceptrum de Iuda, & dux de scemore eius non auferretur, donec omnino usq̄ ad perfectum sedes illa præpararetur, donec promissio adimpleretur, donec Christus nasceretur. Beatus populus qui scit istam iubilationem. Beatus Daniel, qui illam legens scripturam, in lumine uultus tui domine ambulans, & certam ædebat interpretationem & fidam tenebat in pectore suo manus domini consolationem.

Mal. 88.

Danus dñi,

Gene. 49

¶ De quatuor bestijs, quas Daniel uiderat, & quare deus antiquus dierum appelletur. Cap. XI.

Non exigit huius nostri ratio propositi cunctis uel singulis immorari reuelationū sacramentis, ex quibus ille beatus consolatus iocūdabatur in medio tribulationis, in afflictione captiuitatis. Vnū est, quod intactū mens prætereire nō patitur, dulcissimū sacramentū pulcherrimæ uisionis, quam uiderat, priusq̄ decidisset bestiarum ferocitas Babylonis priusq̄ apparuissent digiti, siue manus hominis scribētis in superficie parietis causam siue sententiam mox uenturi super illā iudiciū dei. Siquidem anno primo Balthasar regis Babylonis, uidebam, inquit, in uisione mea nocte, & ecce quatuor uenti cœli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiaz grandes ascendebant de mari diuersæ inter se, &c. Delectat hic aliquantisper immorari, quia pulchrū est cōsiderare ferocitatē tyrannicæ regnoꝝ seculi in bestijs ferocissimis, & cōtra dignitatē, māsuēdine & pietatē regni dei, in habitu antiqui dierū, super thronū sedētis, & in processu filij hominis ueniētis in nubibus cœli, & usq̄ ad antiquū dierū peruenientis, & in conspectu eius oblatis, qui & dedit ei potestatem, & honorem, & regnū, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiunt. Potestas, inquit Daniel, eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Primū libet quærere, cur deus, uel qua intentione sic nominetur antiquus dierū, quod nusq̄ inueniebamus ante hunc delectabilem generosæ prophetiæ locū. Sensem quidē in omnibus scripturis sanctis habemus, quod iste deus pater æterni uerbi: deus sit antiquus, utpote deus increatus, neq̄ initiū habens, neq̄ finē habiturus. Quod & ipsum de uerbo eius deo, fideliter sentimus. Veruntamen (ut iā dictū est) nomen hoc antiquus dierū, hic primitus inuenimus positum, Causam ergo non ociose quærimus.

Dante. 7

Dante. 7

¶ Quatuor regna, non ex deo regnasse. Cap. XII.

H 4 Respice

Respice nunc facies bestiarū, de mari ascendentiū, quarū propter sauitiā dicit sedisē se iudiciū. Hæc, inquit, bestia magnæ quatuor, quatuor regna cōsurgent de terra. Porro ipse, cuius iudiciū est, dicit: Regnauerunt, & non ex me, principes extiterūt & non cognoui. Vere non in ipso regnauerunt, imò regna, quæ dicta sunt, non tam regna, q̄ quædā maxima & publica latrocinia fuerunt. Primū istoz, quod fuit regnum Assyrioz atq; Chaldæoz, quale habuit initū, ante Ninū regē Assyrioz: & si fuerunt reges antiquiores, qui bella gererent, nequa q̄ tamen imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant, cōtentiq; uictoria, imperio abstinebant. Ille primus omnium ueterem, & quasi habitum gentilibus morem, noua imperij cupiditate mutauit, & quæsitæ dominationis magnitudinem, continua possessione firmavit. Vere ergo regnauerunt, inquit, & non ex me: & qd attinet ad eos in mundo regnare, regnante illo, qui solus regnare debet, mundi creatore? Ut igitur cognoscamus, & abhorrescamus nimiam in genere humano præsumptionis iniuriā, conuenienter hic antiquū dierum nominauit eū, cui regnando factam esse constat iniuriā. Ipse nāq; qui fecit, idem debuit disponere mundū, nec principari quisq; debuisset, nisi secundum eius arbitrium. Si inordinatio est & irreuerentia, coram cano capite nō cōsurgere: quæ tæ inordinationis, quæ tæ irreuerentiæ est, regnum tam cani capitis, tam antiqui dierum, raptō nomine regio, lacerasse? Siquidem inter homines iuuenes ac senes, facilis est ætati cōparatio. Dierum autem illius antiqui, & dierum hominum, qui nomē eius regium rapuerūt nulla omnino est, aut esse potest comparatio: Quis em̄ dicere aut cogitare potest, quāto diuturnitas siue antiquitas increati prolixior sit temporibus, annis, siue diebus hominū hesternorum, qui quasi heri creati fuere uel nati? Quando illarum antiquissima bestia de mari ascendit, quādo regnum Assyriorum de terra cōsurrexerit, iam tūc iste antiquus dierum cū Abraham loquebatur, & iam antiquus erat ut nūc est.

¶ Summam rerum omniū & regnum ad deum pertinere, sed quatuor bestias quātum quæq; potuit, ad se rapuisse. Cap. XIII.

Solus Christus rex est

Loquebatur, & maturam, suoq; cano capiti dignā tractabat sententiā, quod nulli alij rerum omnium summā, regniq; sui cōtraderet monarchiā, nisi filio suo, uerbo suo, ut per quem omnia facta sunt, regerentur omnia per ipsum. Hoc erat sapientis antiqui decretū, hoc erat immutabile antiquitatis infinitæ cōsiliū. At illæ bestiolæ rescentes & nuper natæ, quæ nascēdo nihil intulerunt in hūc mundū, cōtra decretū hoc salire, cōtra cōsiliū hoc resultare præsumpserūt, & tātum senem nō reueritæ, quas uel quantulas potuerūt, regni eius, mundi huius diripuerūt partes, homines, regnum super homines inuadentes, cum ante oculos illius sapiētis domini, nō magis homo hominem natura posset præcedere, uel præcellere, q̄ mus murē. Fuerunt quidē apud hominē illæ bestia grandes, prima quasi læna, alia similis urso, alia quasi pardus, & quarta multū terribilis. Veruntamen in cōsideratione maiestatis illius antiqui, uix mures mererentur dici, uix eruca, locustæ, brucæ, & rubigini mererentur assimilari, quia nullius sunt momenti. Bestias illas interficere, & corpora eorum dare perditioni, siue tradere ad comburendum igni, multo facilius fuit, & est uerbo dei, q̄ ipsis bestijs stare contra erucam, uel saltum locustæ consequi, nisi quia peccata gentium merebatur, ut permittente deo, laceraretur à bestijs. Quis em̄ alius bestias illas tandem interfecit, nisi uerbū dei? Omnipotens sermo tuus domine, ait quidam sapiēs, exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator, in mediam exterminij terram profiliuit, gladius acutus, insimulatum imperium tuum portans, & stans in terra repleuit omnia morte, & usq; ad cœlum attingebat, stans in terra.

Sapientis

¶ Solius uerbi dei ueræ esse imperiū, humana omnia simulata. Cap. XIII.

Sine dubio qui in terra Aegypti tantā fecit plagam (cuius ille uerbis istis meminit) ipse idem omnipotēs sermo tuus domine in istis bestialibus regnis, & omnia quæ uoluit, & hæc maxime fecit, ut Nabuchodonosor fieret quasi bos, ut Amā appederetur in patibulo, ut Antiochus sine manu cōtereretur, ut Nero, q̄ uixerat turpiter, moreret turpius. De isto omnipotēte sermone dñi nequa q̄ nūc præterire libet, quod inter cætera dictū est, insimulatum imperium tuū portans. Et quid est insimulatum imperium, nisi imperium non simulatum? Et quid est nō simulatum imperium, nisi imperiū ueræ? Quod cum dicitur uel in

uel intelligitur, nonne econtra hominū imperia simulata esse perhibentur? Vere simulata & non uera, imperia bestiarum, imperia hominum bestialium, qui ad tempus occidendi ut bestia potestatem habuerunt, ad uitam autem nec sibi nec alijs prodesse potuerunt. Ille omni potens sermo insimulatum portat imperium, uerum tenet regnum, cuius regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum. Etiam quidem tale imperiū portabat, sed nō dum apparuerat, apparuit factus filius hominis, & quod habebat in forma dei insimulatum imperium, accepit in forma serui secundum pulcherrimum spectaculum tantæ illius uisionis: Et ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit & in conspectu eius obtulerunt eum, & didit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Nunc ad ordinem reuertamur.

¶ Regnū Mædorum & Persarum quartū caput draconis fuisse. Cap. XV.

Tertio draconis capite superato, quartū sese protinus erexit, dum eliso regno Babylonico regnoq; Persarū & Mædorum subleuato, protinus idē diabolus cœpit uti contra propositum dei, contra uerbū promissionis: Exterminari cupiens populū, cuius de carne impleri oportebat, quod deus patribus promisit, quod promissum iuramento firmauit. In isto capite facies erat urfi, & tres dentium ordines in ore eius, quæ intelliguntur tria regna unius imperij, regnū Babyloniorum, regnum Mædorum & regnū Persarum, quæ in unum redacta sunt regnum siue imperium. Et quidem reges illius imperij proposito suo non inclementes fuere populū dei, sed per eos qui sub regibus fuere principes, maximeq; per Aman, sicut historia libri Hester memorat, hoc agere uoluit diabolus, ut populus ille omnino exterminaretur. Hoc in antedicta uisione Danielis in eo præsignatum est, quod cum dixisset, & ecce bestia alia similis urso in parte stetit, & tres ordines erāt in ore eius & in dentibus eius: protinus subiunxit: Et dicebant ei: Surge comede carnes plurimas.

¶ Satrapas Mædorum & Persarum Danieli foueam, in quam ipsi inciderent, fodisse. Cap. XVI.

Svggestum nāq; fuit regibus, primū Dario, ut perderet Danielē, deinde Assuero, q̄ & Artaxerxes dictus est, secundus huius nominis rex, ut deleret uniuersam Iudæoz gentem, inuidēs satrapæ Danieli, quod esset unus ex tribus principibus constitutis à Dario, ut satrapæ illis redderēt rationē, & quod Daniel superaret omnes principes & satrapas, quia spiritus dei amplior erat in eo, quodq; rex cogitaret constituere eū sup omne regnū, ad hoc perduxerunt regem, cōmunicato consilio cū principibus regni & magistratibus, senatoribusq; & iudicibus, quatenus decretū imperatoriū exiret & edictum, ut omnis qui petisset aliquā petitionē à quocūq; deo & homine, usq; ad dies triginta, nisi à rege, mitteretur in lacū leonū. Certissime autē futurū sciebant, ut Daniel sciens cōstitutā legē nihilominus peteret à deo suo, oraret & adoraret deū suū, atq; hoc modo incideret in iudiciū illius magnæ, fortissimæ, & (ut putabant) providæ legis atq; inuitabilis decreti. Et ita factum est, ueruntamen non in quantum uolebant. Ingressus namq; Daniel domum suam fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Hierusalem tribus temporibus in die flebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram deo suo, sicut & ante facere consueuerat, uidelicet tenax propositi sancti, secundum illam sententiā Dauidicam. Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Nec uero illud ignorabat, quid esset, uel quā uerū esset. Foderūt ante faciē meā foueā, & inciderūt in eā. Hoc illi nesciebāt, sed scire habebāt quod deus Danielis ipse esset, qui deus trium puerorum sociorum eius, Sydrach, Misach, & Abdenago, & q̄ non minus posset pro Daniele leonibus imperare, q̄ potuit illis flammam ignium mitigare.

¶ De oratione Danielis cōtra Hierusalē, propter quā accusatus, & cū rex liberaret non posset, in lacum leonum proiectus fuit. Cap. XVII.

Ostultam diaboli inuidiā, ò inuidam draconis antiqui stultitiam, qui natū sibi quartum caput iniquitatis, scilicet potestatem Mædici uel Persici regni tā cito ad hanc partem leuabat, & intendebat, ut Daniel nō inuocaret deum suum, aut obliuisceretur uerbū dei sui, quod mente gestabat. Nūquid mulier in utero habēs obliuisci potest

Hominū imperia simulata

Dante. 7

Quartum draconis regnum.

Dante. 7

Dante. 6

Dante. 6

Psal. 14

potest doloris sui, & non clamare dum cruciatur & parturit? Sic nimirum beata anima propheta sanctissimi, que intra se conceptu gestabat uerbu bonu beatae promissionis, tacere non poterat: Et occupata in expectatione salutis, principu in perditionem currentiu leges non curabat, consilia non admittebat. Illuc ubi promissio iurata fuerat, animo intendebat in Hierusalem, mente praesens aderat, unde corpore absens exulabat, ubi iuramentum accepit fidelis Dauid, unde exire oportebat uerbu uel effectu promissionis, quia de Sion exhibit lex, aiebat spiritus propheticus, & uerbu domini de Hierusalem, Propterea fenestris apertis in coenaculo suo contra Hierusalem uir desideriorum genua flectebat, interdum lugens, & panem desiderabilem non comedens, multisque modis semetipsum affligens, ut totis uiribus adhibitis, ualida usque in coelum subleuaret oratione, indeque opportunam sibi attraheret consolationem. Exploratus est, accusatus in iudicium uenit, tanquam prauaricator magnae legis, tanquam reus laesae maiestatis. O uere beata anima, cum te nec ipse rex liberare posset, ponens cor ut te liberaret, & usque ad occasum solis laborans, ut te erueret, tunc quidem tristitia, habebas, ibi dolores ut parturientis. Mulier cum parit, tristitia habet, quia uenit hora eius, ait ipsum uerbu incarnatum, cuius in obsequium tu tam uehementer doluisti, quod uerbu bene conscius est doloris eiusmodi in animabus sanctis, praesertim quia ipsum in eis est, & dolor causa illis est.

Orationi quo exaudiatur necessarium.

Johan. 17

Danielem in martyrio uerbi dei, tribus pueris non fuisse inferiorem. Cap. XVIII.

ERgo martyr uerbi dei nihil minus a sanctis socijs tuis tribus pueris habuisti, Forte uir desideriorum ubi uidisti: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis est, & species quarti similis est filio dei. Vbi, inquam, haec audisti, ubi tres socios triumphantes ad gloriam dei de fornace ignis procedentes aspexisti, & propter hoc laudes & benedictiones deo tuo declamatas audisti, forte suspirasti, forte ingemuisti, quod tuae felicitati tantum deesset, ut passionis eorum & gloriae non meruisses confors uel particeps fieri. Non fuisti neglectus, non fuisti filio dei, cuius species illic cognita est, uilis aut contemptus, Nam ecce solus absque socijs tuis, solus cum angelo eiusdem gratiae saluus & incolumis inter ora leonum nocte integra perseuerasti. Deus tuus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt tibi, quia coram eo iustitia inuenta est in te, sed & coram hominibus delictum non fecisti. Habeto igitur & tu titulos triumphi, tuae fidei uexillo inscriptos, socijs tuis non inferior. Habeto titulos tuis meritis exactos, regia uoce declamatos. Pauescant, inquit, & tremescant omnes in uniuerso imperio deum Danielis. Ipse est enim deus uiuus & aeternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius usque in aeternum, ipse liberator & saluator, faciens signa & mirabilia in caelo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.

Danie. 6

Danie. 6

Completo captiuitatis anno numero, non prophetastantum, uerumetiam angelos, super aedificatione Hierusalem laetatos fuisse. Cap. XIX.

Danie. 9

Sach. 1

Sach. 2

INterea completus erat numerus anno, de quo factus est (inquit) sermo domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et postquam faciem meam ad dominum deum meum rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere &c. Tunc & Zacharias, qui & in ordine duodecim prophetarum undecimus est, respondisse narrat angelum domini, & dixisse: Domine exercituum usquequo non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es iste septuagesimus annus est. Et respondit, inquit, dominus angelo, qui loquebatur in me uerba bona, uerba consolatoria. Mirum quomodo non solum homines filij captiuitatis, uerumetiam angeli sancti, ciues alterius seculi de reaedificatione Hierusalem, quod iam instaret, oppidum laetabantur: Danielem consolabantur angeli summi, inter deum & Zachariam discurrebant angeli sancti, gaudentes, & apparatus ueluti magni apparatus & magnae festiuitatis coministri. Et leuauit, inquit, oculos meos, & uidi, & ecce uir, & in manu eius funiculus mensurae, & dixi: Quo tu uadis? & dixit ad me: Ut metiar Hierusalem & Iudaeam, quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabit Hierusalem praeter multitudinem hominum & iumentorum in medio eius. Quid sibi uult angelorum tanta concursio, tam uehementer deman-

demandatio: in reaedificatione terrae ciuitatis, & templi, iam etiam opifices uolunt uideri, sed seque certatim ingerunt angeli. Nunquid hoc tam magnu studiu suu ciuitati aedificandae adhibent propter ciuitate ipsam? Non utique propter ciuitate ipsam, sed propter spem quondam in sinu Dauid repositam, & de illius ciuitatis gente, templique illius religione gratulantur, non excidisse uerbum domini, non defecisse uerbum promissionis, mox reuerfura uirgine Israel in ciuitates suas, ubi saluatorem dominum generare deberet.

Danieli non solum reaedificationem templi, uerumetiam omnium regnorum futuros euentus, reuelata fuisse. Cap. XX.

NEc uero solummodo reaedificationem ciuitatis & templi, & in habitationem multitudinis spaciosam, uisiones diuinae, & colloquutiones angelicae pollicebantur, uerumetiam gentium aduersantium labores & miseras in uindictam superuenturas praeloquebantur. Clama, inquit angelus ad Zachariam. Haec dicit dominus exercituum: Zelatus sum Hierusalem & Syon zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas. Quas dicit gentes opulentas, gentes intelligimus regnorum saepe dictorum, quae Iudaeam obtriuierunt. Et quae ob causam irascatur super illas gentes ira magna, statim indicat: Quia ego iratus sum parum, ipsi uero addiderunt in malum. Et est sensus: Ego intendi uisitare in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccatorum, quae parua ira est, ipsi autem iram suam & odium suum superaddiderunt, intendendo ut eos penitus delerent, cum ego non gentis internitionem intenderem, sed correctionem. Porro ad Danielem sic angeli loquebantur, tales illi uisiones ostendebantur, ut futura regnorum eorum secreta, quod ualde mirum est, taliter illi publicarentur, qualiter nulli prophetarum publicata siue pronuntiata fuisse usque apparet ex dictis seu scriptis eorum. Nam & regnorum status & regum, hinc felices aliquando euentus, hinc infelices quorundam interitus, ita per angelos didicit & conscripsit, ut de futuris historiam texisse non dubitetur, excepto quod res ipsos proprijs non expressit nominibus.

Sach. 1

3bi. dem

Psal. 88

Domum dei, quam Cyrus aedificandam decreuerat, a Dario, uincete ita uerbo dei, tandem aedificatam fuisse. Cap. XXI.

Cuius tandem ille, nisi domini sermo erat, de quo dictum est illi: Ab exitu sermonis ut aedificetur ciuitas? Qualis fuit ille exitus sermonis, aut unde exiuit? Suscitatus per scripturam, dicens: Haec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrarum dedit mihi deus dominus caeli, & ipse praecipit mihi, ut aedificarem ei domum in Hierusalem, quae est in Iudaea &c. Iste sermo regis, sermo erat domini, qui sicut eundem Cyrum apud Esaiam Christum suum appellare curauit, ita & sermonem suum in ore eius ponere uoluit. Verum postmodum eodem Cyro decedente, uicinae gentes siue hostes Iudae & Benjamin audietes, quia filij captiuitatis aedificarent ciuitatem, & templum domino deo Israel, scripserunt accusationem aduersus eos Artaxerxi dicetes: Notum sit regi, quia Iudaei, qui ascenderunt a te ad nos, uenerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam aedificant extruentes muros eius, & parietes componetes. Sic inchoando, & accusando habitatores Iudae & Hierusalem, hoc effecerunt, ut mitteret rex & prohiberet aedificari ciuitatem. Tunc intermissum est opus domus domini in Hierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum. Prophetauerunt autem Aggaeus propheta & Zacharias ad Iudaeos, qui erant in Iudaea & Hierusalem. Et tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & coeperunt aedificari templum dei, & cum eis prophetae dei, adiuuantes eos. Sciscitantibus aduersarijs, & dicentibus: Quis dedit uobis consilium, ut muros hos instauraretis, & domum hanc aedificaretis? Respondentes inter caetera dixerunt: Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit aedificatum, ut domus dei aedificaretur. Miserunt itaque epistolam ad regem Darium, iam dicti hostes Iudaeorum, dicentes post caetera: Nunc ergo si uidetur regi bonum, recenscat in bibliotheca regis, quae est in Babylo- ne, utrum nam a Cyro rege iussum fuerit, ut aedificaretur domus dei in Hierusalem, & uoluntate regis super hac rem mittat ad nos. Tunc Darius rex praecipit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est uolumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius: Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, ut domus dei, quae est in Hierusalem, aedificaretur &c. Quibus perlectis: Nunc ergo, inquit Darius, qui estis trans flumen,

1. Esdra. 1

1. Esdra. 4

1. Esdra. 5

1. Esdra. 6

flumen, procul recedite ab illis, & dimitte fieri templū dei à duce Iudæorū, & à senioribus eorum, ego Darius statui decretū, quod studiose impleri uolo.

¶ Tempus, quod ab exitu sermonis, usq; ad cōpletionē operis intercesserit, non modo corā deo breue, uerū etiā hominibus utile fuisse. Cap. XXII.

Talis fuit exitus sermonis, utiq; hominibus uel seruis dei prolixus & difficilis. Siquidem à Cyri regis imperia, cuius ut uiuentis uoluntas, ita & mortui scripta sermonis dñi famulata est authoritas, usq; ad Neemiam, & uicesimū annū regis Artaxerxis mansit opus imperfectū, quo tēpore regni Persarū centū & quindecim anni fuerant euoluti. Captiuitatis autē Hierusalem centesimus octogesimaquintus annus erat. Veruntamen captiuitatis eiusdē recte prædicantur uel numerantur dūtaxat anni septuaginta, quia uidelicet tunc recte soluta esse dicitur, non quando consummatū est opus, quod intermissum fuerat, sed quando prima licentia data est, prædicante Cyro: Quis est in uobis de uniuerso populo dei cœli, sit deus illius cū ipso. Ascendat Hierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domū dei Israel, ipse est deus, qui est in Hierusalem. Quando hæc dixit, simul protulit uasa dñi, quæ tulit Nahuchodonosor de Hierusalem, & dedit his, quorum deus suscitauit spiritū, ut ascenderent ad ædificandū templum domini. Tunc uere soluta est captiuitas populi, quia tunc ascendit, quicūq; relictis Babylonix delitijs ascendere uoluit. Porro quod taliter exeunti sermoni ad reædificandā Hierusalem & templū dñi moras fecerunt aduersarij. Apud ipsum sermonem dñi nullius est momenti, quippe cuius ante oculos mille anni, tanq; dies hesternæ quæ præterijt, & custodia in nocte, id est, una de quatuor uigilijs noctis. Quanto magis paulo plus q̄ centū anni, quibus intermissum fuit opus domus domini, impediuntibus aduersarijs, parui, imò nullius ante oculos eius potuerunt esse momenti. Igitur ipsi quidem sermoni uel proposito dñi mora illa pro nihilo fuit, quippe quæ pro nihilo habetur: eorum, inquit, anni erunt, id est, in terra reputabuntur, subauditur ante oculos tuos. Ipsa autē filijs captiuitatis, annos illos & mores intermissi operis nimis agere ferentibus, & fideliter coram dño ingemiscuntibus, auctū est meritū fidei, creuit corona spei, multiplicata sunt premia dilectionis, quia laborauerunt ipsi, ut nos in labores eorum introiremus, unde & pijs eorum studijs grates agere debemus, quia quod seminauerunt in lachrymis, nos in gaudio metemus.

¶ Vnde Cyro homini gentili tanta circa deum cœli, & circa captiuum eius populum beneuolentia prouenerit. Cap. XXIII.

Vnde putas illi Cyro homini gentili tanta circa deum cœli, & circa captiuum eius populū beneuolentia prouenit: unde hoc, nisi quia scriptū & ueraciter dictum est cor regis in manu dei: Reuera quod effecit de corde eius omnipotens sermo domini, id ipsum potuisset efficere de corde cuiusq; alterius regis, non minus de corde Nabuchodonosor, ne populū captiuū duceret, qui fecit de corde huius, ne populū captiuū retineret. Delectat nunc uidere modū ipsum, quo beneuolentiam cordis eius captiue dignata est manus domini, longe anteq̄ nasceretur hic Cyrus, anteq̄ fierent patres patrū eius, memoriam eius in cōsilijs suis habere, & beneficia sua illi promittere dignatū est ipsum quod fiebat ad prophetas uerbū dñi. Scriptum quippe fuerat in Esaiā: Hæc dicit dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subijciam ante faciē eius gentes, & dorsa regū uertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudētur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, & portas æreas conteram, & ferreos uectes cōstringam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, ut scias, quia ego dñs, qui uoco nomen tuum sanctus Israel. Nunquid Cyrus talem ac tantā de semetipso prophetiam nō audierat? Nunquid dubium esse potest de captiuis illis, quin istam scripturam domini, istas promissiones dei sui ad noticiam eius perferre properauerint, cū sperare possent uaticinium hoc magni sibi apud illum regē factum occisionem fore solatijs? Accessit ipsa manus domini, in qua est cor regis, & hoc effecit, ut tali uerbo, tantoq; dei promissio non ingratus existeret, sed diceret uocem transducens in uniuerso regno suo, uocem etiā per scripturā, id est, uocem scriptam: Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, subauditur, qui mihi longe anteq̄ nascerer ea daturum se promisit, & meum quoque nomen uocauit, continuo subiunxit: Et ipse præcepit mihi

mihī, ut ædificarem ei domū in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Ac si diceret, Ob hanc causam dedit mihi omnia regna, ut populū eius penes quē scripta est illa de me prophetia liberū dimittam ad ædificandā domū in Hierusalem quæ est in Iudæa. Siquidē deus idem ubi dixit: Qui uoco nomen tuū, statim subiunxit: propter seruū meū Iacob & Israel electū meum. Igitur ob hoc mihi omnia regna dedit, ut in populo ipsius gratiam rependam illi, reddendo illum libertati.

¶ Cyrum ita regem factum, ut diuinam circa se prouidentiam agnoscere potuerit. Cap. XXIII.

Et reuera sensatus homo iam dictā legens uel audiēs prophetiā, suamq; recolens infantia animaduertere uel perpendere poterat, quod non casu, sed per diuinā prouidentia euenisset, ut ipse regnaret. Siquidē de hoc scribit Pompeius Trogus, q̄ natus infans de filia Astragis per aui inuidiā datus est occidendus, somnium uerentis quo præmonstrato, regnū infantulo futurū Arioli auspicabantur. Is uero cui necandus infans traditus est, ueritus ne infantis necati ultionē mater eius quandoq; in ipsum exigeret, pastor regij pecoris puerū exponendū tradidit, forte eodē tempore & ipsi pastori natus erat filius. Eius igitur uxor audita regij infantis expositione puerū proferri, sibiq; ostendi summis rogat precibus: Cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in syluā, inuenit iuxta infantem caniculam paruulo ubera præbentē, & à feris alitibusq; defendentē. Motus & ipse misericordia qua motā etiam canem uiderat, puerū defert ad stabula eadem cane anxie prosequēte. Quē ubi in manu mulier accepit, tantus uigor & dulcis quidā blandientis infantis risus apparuit, ut pastore ultro rogaret, ut permitteret sibi puerum nutrire, permutata sorte paruuloq; ut hic pro filio pastoris educaretur, ille pro nepote regis exponeretur. Puer deinde cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit. Interiecto tempore cū adoleuisset, per Harpagū aui amicum, didicit, quomodo paruulū illū occidit auus iusserit, quomodo seruatus sit: Hortatur ut exercitum pararet, & pronā ad regnū uiam ingrediatur, Mædorū translationem pollicetur, factūq; est ut Cyrus Mædorū & Persarū fieret rex. Si uera est eiusmodi historia, nimirū scierat dicere poterat: Omnia regna terræ dedit mihi dñs deus cœli, præsertim præeunte prophetia eiusmodi, qua magnus & potens rex ab eodem dño deo præsignatus & ex noie uocatus est

¶ An libertas captiuis à Cyro donata Iudæis, eidem ad æternam salutem assequendam prouenire potuerit. Cap. XXV.

Putas ne talis gratiæ repensio sufficiens ad æternā salutem esse potuit eidem Cyro? Repensio gratiæ dicimus hanc esse, quia sciens siue animaduertens sibi regnū euenisse illo disponente deo, cuius templū fuerat in Hierusalē, nō omnino ingratus extitit: sed & ipse (inquit) deus, qui est in Hierusalē, & edictū proposuit in uniuerso regno suo, ut ascenderet filij captiuitatis, & templū & ciuitatē reædificandi licentiam haberent. Hanc ergo quasi beneficij uicissitudinem putas illi sufficientē fuisse ad æternā salutem? Nequaquā sufficientem, nec em̄ animaduerti potest quod eandē, scilicet æternam salutē sperauerit uel quæserit, fuerit quidem alicuius momēti præ cæteris regibus, qui creatori per iustā dispositionē, regna illis danti omnino sunt, uel fuerunt ingrati. Veruntamen non ualde magnū est, grates agere pro præsentibus beneficijs, dum negligētē aut sine cura caret æternis. Licet eū reputare cū eiusmodi, de qualibus Psalmista dicit: Quia anima eius in uita ipsius benedicetur, cōsitetur tibi cū benefeceris ei. Deniq; cum dicit: Quia anima eius in uita ipsius benedicetur, subaudiendū est, & illa benedictione contentus erit, de futuro non curans, dum modo in præsentī seculo dum uiuit anima eius, id est, sensualitas eius exaltetur siue prospere, quæ nimirum illa benedictio est, qua contentus fuit Esau. Non, inquam, ualde magnū est, tunc deo confiteri, cū in hac parte deus benefecerit illi, nisi etiam confiteatur cū aliquid aduersi contigerit. Veri confessores tunc instantius confitentur, quando aduersus fatigantur: Verbi gratia, ut Daniel & socij eius, qui tunc ad confitendum domino sese amplius extenderunt, quando captiuitatis aduersitatem subierunt. Tantum quippe studium sanctæ confessionis aggressi sunt, ut proponerent laudabilem & paucis imitabilem iugiter tenere ciborum ac potus parsimoniam, quatenus sobrietatis pulchritudo confessionem deo magis redderet acceptabilem.

Pompeius Trogus.

1. Esdra. 1.

Gratiæ repensio.

Dial. 48

Terri confessores.

¶ Quæ

¶ Quæ uera confessio sit, & quid eidem Cyro de uera confessione defuerit. Cap. XXVI.

Confessio uera et falsa. Psal. 99

Sed nec illud facile concedendum est, quod illa gratulatio cōfidentis deo, cū deus benefecerit ei, sit cōfessio, imò dicatur, ut est, adulatio. Quid em̄ est cōfessio, de qua Psalmista loquitur: Cōfessio & pulchritudo in cōspectu eius: & de qua idem dicit: Introite portas eius in cōfessione, atria eius in hymnis confitemini illi: Nimirum laus est integra laus deuota, laus ordinata. Quo uel quali ordine, nisi ut homo in principio accuset seipsum, Deinde iustificet deū: Iustus namq; in principio accusator est sui, qua accusatione præeunte dum deum iustificat, Verbi gratia, dicendo: Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Nimirum confessionem, id est, laudē perficit. Non longe exempla petantur. Daniel ipse dierū illorū exul siue captiuus eo modo cōfiteatur. Obsecro, inquit, dñe deus magne & terribilis, custodiens pactū & misericordiā diligentibus te, & custodientibus mādāta tua. Peccauimus, inique fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis, & iudicijs: Nobis confusio faciei, regibus & principibus nostris & patribus nostris qui peccauerunt: tibi autē dño deo nostro misericordia & propitiatio & c. Iste legitimus est ordo cōfessionis, quemq; in principio accusate seipsum, deinde iustificare deū, & ab ipso quærere remissionē peccatorū. At illi homines seculi, qualiū hic unus extitit, nunquid ad eiusmodi confessionem descendere dignati sunt: imò dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Omnes superbi & circa animæ causam prorsus indomiti, aut ipsi pro dñs haberi uoluerūt, aut talibus seruire dñs, quorum non est dare consilium de cura animarum, de sollicitudine gerēda pro peccato, quæ mors est animarum. Igitur talium fortuita laudatio non tam salubris confessio, quàm sterilis dicenda est adulatio.

Prone. 18 Psal. 94

Danie. 9

Psal. 28

¶ Maiorē laudando dei occasionē esse, nō modo in tēpli Hierosolymitani, uerū etiā totius generis humani reparatiōe, q̄ cōseruatione. Cap. XXVII.

Proinde de ore illorū rapiat laudē laudator fidelis & diligens, dicatq; magis scienter, q̄ iste dixerit: ipse est deus qui est in Hierusalē. Cū pro multis, imò pro innumerabilibus quæ fecit mirabilibus, tū & pro causa ista dicamus. Ipse est deus qui est in Hierusalē, quia mirabile hoc egit, ut prædā quā leana tulerat, ursus domū repositaret, id est ut captiuos, quos Nabuchodonosor rex Babylonis de Hierusalē abduxerat, & uasa dñi, quæ asportauerat, phialas aureas & argenteas, cyphos aureos & argenteos. Et uasa alia, uasa aurea & argentea quinque milia quadringenta, uniuersa hæc redderet hic Persarū & Mædorum rex, & remitteret in Hierusalem. Nunquid minus gloriæ, minus uirtutis dei per hoc factū illuxit, q̄ si custoditū fuisset cœlitus templū, ut nō spoliaretur siue incenderet à Babylo-nijs: imò plus habet honoris, & plus experimēti ad cognoscendā potentiā atq; prouidentia uerbi dei. Sicut plus habet admirationis mortuū restaurasse hominē, q̄ custodisse ne periret. Ita plus habet miraculi taliter teperasse statū gentis & loci, q̄ defendisse ut non destitueretur: Sic nimirum de uniuersa constat electionē generis humani de omnibus sanctis siue electis præscitis atq; prædestinatis ad conformitatē imaginis filij dei, quia maiore gloria dei gloriosiore triumpho uerbi dei nunc suscitantur à morte animæ & corporis, & redeunt in illam cœlestē Hierusalem, ciuitatē dei uiuentis, q̄ si nunq; captiui inde fuissent abducti, si nūq; fuissent mortui, si nunq; mors introisset in hunc mundū in uidia diaboli.

¶ Quomodo id, quod de Cyro dictum est: Assimilauit te, & non cognouisti me, intelligendum sit. Cap. XXVIII.

Esa. vii.

Nunquid hoc ipsum ignorauit aut præteritit uerbum dei, q̄ futura esset imperfecta laus (ut diximus) in ore uel opere Cyri? Deniq; ubi tale de illo deprompsit oraculū: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram? &c. Tandem ita concludit: Assimilauit te, & non cognouisti me, ego dominus & non est amplius, extra me non deus, accinxit te & non cognouisti me. Nunquid nulla aut parua exprobratio est, dū dicit, & non cognouisti me? Et quomodo nō cognouit cum dixerit: Ipse est deus qui est in Hierusalem? Vere non cognouit quamuis ita confessus fuerit. Multū in illa confessione siue cognitione defuit. Quia quod ibi loquitur, ipse qui accinxit eum deus,

ego dominus & non est amplius, extra me non est deus, surda aure præteritit: Hoc ille aut dire uel intelligere noluit, imò perstitit in insipientia stultorū seruientium creaturæ potius q̄ creatori. Proinde recte dicatur illi: Si recte offeras, & non recte diuidas, nonne malū est? Res em̄ quædam deo obtulit, siue reddidit, & hoc recte fecit. Seipsum autem sibi met retinuit, ga cor suum cultui uel religioni eius non subdidit, cui res exteriores obtulit. Proinde non mirū quod cum cupiditate sua grassatus per mundū, miserabilem uitæ est consecutus exitū. Tradunt namq; historiae, quod Tamiris regina Scitharum comprehensum insidijs uniuersum eius cū ipso rege trucidauit exercitum, ducenta milia Persarum, caputq; Cyri amputauit, in utrem humano sanguine repletum coniecit, cum hac exprobratione crudelitatis: Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cuiusq; insatiabilis semper extitisti.

¶ Titulum psalmi sexagesimi quarti ad huius captiuitatis solutionem pertinere. Cap. XXIX.

Non nihil spectat ad rem præsentē reminisci, quia in titulo psalmi sexagesimi quarti: Hieremiam & Aggæum spiritus propheticus composuit, quorum alter, scilicet Hieremias captiuitatem illam futuram prædixit, & præfens uidit. Alter uero scilicet Aggæus, soluta captiuitate reuersioni in patriam interfuit. Titulus sic se habet: In finem psalmus David, canticum Hieremias & Aggæi de uerbo peregrinationis, quando incipiebant proficisci. Sequitur psalmus: Te decet hymnus deus in Sion, & tibi redetur uotum in Hierusalem. Ad rem, in quā, præsentem spectet, eiusdem cantici siue tituli præuentis reminisci, quia magnum resonat gaudium de triumpho uerbi dei, cuius propter ueritatem implendam populus de captiuitate liber illuc ascendit, ubi oportebat ipsum uerbū incarnari, per quod omnia facta sunt, de tribu Iuda, de semine David. Dulce quidē est alle-goria in eodē psalmo, siue psalmi titulo meditari, scilicet intelligere supernā Sion & cœlestē Hierusalē, atq; hic uniuersalē generis hūani pegrinationē, unde oēs ascensuri sunt electi, finito termino mundi. Veruntamē & illud non nihil habet dulcedinis, quod historialiter tūc gestum est, quod populus ille liber de captiuitate redijt, cui reditui propheta Aggæus inter-fuit. Etenim reditus ille non solum Typus, uerum etiam ualde necessaria præparatio fuit deo coris siue hymni, qui te decet deus in superna Sion, præparatio redditiōis uoti, quod tibi redidit: siue reddetur in æterna Hierusalem, quo omnis caro ad te ueniet, propitiato te cunctis iniquitatibus nostris, per redemptionem Iesu Christi filij tui, cuius uentura natiuitas hoc exigebat ut solueretur illa captiuitas, ut rediret iuxta prophetam uirgo Israel in terram suam siue in ciuitates suas, eundem dominū & saluatorem suum genitura: magna & iuxta prophetis illius tēporis gaudij siue lætitiæ causa, magna & pulchra triumphalis tripudij materia.

¶ Iuxta prophetiam Aggæi nouissimi templi maiorem gloriam q̄ primi propter uerbum incarnatum fuisse. Cap. XXX.

Nunquid non istud Aggæus, iam tunc prophetali oculo considerabat? Ait em̄: Quis est in uobis derelictus, qui uidit domum istam in gloria sua prima? & quid uos uidetis hanc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis uestris? Statimq; paucis interpositis confortans dicit: Nolite timere, quia hæc dicit dominus exercituum: Magna em̄ erit gloria domus istius nouissimæ plus q̄ primæ, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem dicit dominus exercituum. Qualem putas gloriam tanto ore pronunciat, nouissimam fore maiorem q̄ primam? Nunquid secularem gloriam, scilicet auri & argenti copiam? Nūquid etiam si sic futurum erat uel fieri poterat, ut plus auro in domo nouissima rutilaret, quam in prima Salomon impendisset? Nunquid dignaretur, ut hoc tanto opere pro gloria reputaret, & pro hoc tam uehementer dominus exercituum declamaret? Ergo illam magis gloriam decet intelligi, quæ gloria uera est, scilicet præsentationem uerbi incarnati Christi filij dei, qui in illa domo prima non fuit præsentandus. In nouissima autem erat præsentandus, Simeone expectante, & in ulnas suas illum accipiente, cum isto cantico gratiæ: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundū uerbum tuum in pace. An non hoc ipsum idem propheta ibidem interloquitur: Et ueniet, inquit, desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum: Vere omni gloria domus primæ, maior futura erat gloria nouissimæ, quod in ea secundum legem primogenitorum præ-

Exitus Cyri.

Psal. 64

Aggæi. 2

Luca. 2

Aggæi. 2

sentā dus

Spol. sentandus erat cum sacrificijs legalibus ille primogenitus in multis fratribus, iste desideratus cunctis gentibus.

¶ Esdras, Nehemiam, Iosedech, & Zorobabel, tempore soluta captiuitatis illustres fuisse. Cap. XXXI.

Memorabilis ille reditus & ascensus spectabilis, si consideres currū illum siue quadrigam domini, qua residens, ad locum suum properabat uerbum domini, uerbum necessario implendae promissionis. Quadrigam illam domini quatuor dicitur uiros authores praecipuos, & quasi capita illius reuersionis, Esdras, & Nehemiam, Iesum sacerdotem magnum & Zorobabel ducem. Idcirco dictum Zorobabel, quia infra annos captiuitatis in Babylonia natus est. Prophetas Aggaeum & Zachariam, qui (ut superius memoratum est) cum eis erant, adiuuantes eos, uelut aurigas ante quadrigam existimare delectat. Istis, imò istorum habitatori uerbo dei, sapiens omnis triumphum eius profequens, gratias agit, qui feliciter ad hoc nati sunt, ut tali in tempore essent parati. *Eccle. 4p* Quomodo, inquit, amplificemus Zorobabel? Nam & ipse quasi signum in dextera Israel manu, & Iesum filium Iosedech, qui in diebus suis aedificauerunt domum, & exaltauerunt templū sanctū domino paratū in gloriam sempiternā; Et Nehemiam in memoria multi temporis, quae erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras; Quod dicit, in gloriā sempiternā, recte sic intelligitur (ut supra dictū est) quia domus illa tā diu stare habebat, donec ueniret Christus, uera & sempiterna gloria sanctorum, sicut Simeon prolocutus est: Lumen ad reuelationē gentiū, & gloriā plebis tuae Israel.

Luce. 2

¶ Esdras propter renouatam nouis characteribus legem praecipuum fuisse. Cap. XXXII.

Esdras dicunt esse Malachiam, qui in ordine duodecim prophetarum, duodecimus est. Iste quantus nobis esse debet? Non enim ignorare debemus, quia legem ipse renouauit, scripturas sanctas, quae propriae uoces sunt uerbi dei, dispersas, uixque Babyloniae in coeli igni superstitēs ipse congregauit ac reformauit. Quantum hoc est, aut esse debet omnibus seculis? Magnum sit & memorabile, quod tam ipsius quam caeterorum labore ciuitas illa templumque illud manufactum restitui uel reaedificari potuit. Istud aedificium insolubile, scilicet, reformatio sanctae scripturae, longioris memoriae, maioris gloriae, altioris est, & erit semper excellentiae. Literas quoque siue characteres iste ueteribus commodiores atque faciliores resrepperit, & conscriptam legem populo tradens, & tunc scriba uelox meruit nuncupari & nunc & in perpetuum scriba doctus est in regno dei.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER OCTAVVS.

¶ Somnium Mardochei non fuisse uanum. Caput primum.



MAGNUM IN COELO ET IN TERRA SPECTACULUM, quod deinde post indulgentiam regum Persarum subsecutum est. A somnio Mardochei narrationem inchoare libet, quod & si in Hebraeo non habetur, ut ait illustris uir Hieronymus, tamen in aeditione vulgata principium erat uoluminis Hester, & ad rem non nihil attinet. Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, uidit somniū Mardocheus homo Iudaeus de tribu Benjamin, qui habitabat in urbe Susis, illa ciuitas exordium siue caput regni erat. Apparuerunt, inquit, uoces & tumultus & tonitrua & terrae motus & conturbatio super terrā: Et ecce duo dracones magni, paratique contra se in praeliū: ad quorum clamorem cunctae concitatae sunt nationes, ut pugnarent contra gentem iustorum, fuitque dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiae, & ingens formido super terram. Conturbataque est gens iustorum timentium mala sua, & praeparata ad mortem, clamaueruntque ad dominū. Et illis uociferantibus fons paruus creuit in fluuium maximū, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & adoraerunt inclitos. Porro post finem libri eiusdem capitulum hoc sequebatur. Dixitque Mardocheus: A deo facta sunt ista, recordatus sum somnii quod uideram haec eadem significantis: nec eorum quicquam irritum fuit: paruus fons qui creuit in fluuium & in lucem solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit: Hester est, quam rex accepit uxorem, & uoluit esse reginam. Duo autem dracones, ego sum & Aman, gentes quae conuerant, hi sunt qui delere conati sunt nomen Iudaeorum.

Somnium Mardochei. Hester. i. Hester. ii.

Mardocheum & Aman per duos dracones, sed diuersis rationibus signatos fuisse. Cap. II.

Ab isto inquam tali somnio narrationem inchoare libet, eorum quae continentur in eodem libro Hester, Idcirco ut excitatus animus persentiscat malū fuisse illud (quod molitus est Aman) ex Diabolo dracone antiquo, thronum suum habente in pectore Aman: Nam ecce draco dicitur Aman: Duo, inquit, dracones ego sum & Aman, & Mardocheus quod draco uisus sed ratione longe diuersa. Denique Draco Aman propter causam ueram, propter diabolū, serpentem antiquum ueraciter habentem in pectore Aman, cuius uidelicet draconis capita septem habentis, quartū caput fuisse iam dictū est regnum Persarum & Macedorum, maxime propter Aman & propter gentes illius imperij super quas cum eleuatus esset Aman, delere uoluit gentē, de qua nasciturus erat Christus, iuxta promissionē quam acceperat Abraham. Porro Mardocheus draco non reuera, sed inimicorum, scilicet eiusdem Aman, & complicū eius accusatorē falsa dicentiū: Quod genus eius genus Iudaicum, genus est hominum seditiosum & regno insidiosum. Nec mirū, quod homo simplex & rectus, propter falsam opinionem per draconem malitiosum atque tortuosum, in somnio est designatus, cum ipse simplicium rex & rectorum dominus Christus per serpentem aeneum fuerit praefiguratus, dicente domino ad Moysen: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, uiuet. Nempe sicut ille serpens aeneus fuit absque ueneno, sic Christus cum accusaretur magus erat absque peccato. Similiter Mardocheus propter accusationem Aman per somniū uisus est draco. Sed secundū rei ueritatē homo erat cultor, maliciā non habens draconis antiqui, qui saeuiebat in illo Aman superbissimo.

Duo dracones. Aume. 21.

¶ Sicut Aman Mardocheo crucem parauerat, & in ea suspensus fuerit, ita principem huius mundi diabolum Christo crucem parasse, & in ea uictum fuisse. Cap. III.

ET quoniam de similitudine mentio iam incidit, qua sancti homines quibusdam modis meritis diuersis assimilari meruerunt filio dei, quemadmodum dicit: Et in manu seruatorum meorum prophetarum assimilatus sum: Libet continuo præloqui summam similitudinis, qua in manu huius quoque Mardochei dignatus est assimilari, sicut in somnio præscripto præsignatum fuerat. Duo dracones inter se pugnaverunt, id est Mardocheus & Aman inuicem consurrexerunt. Parauit Aman patibulum Mardocheo, & Mardocheo feliciter euadente, Aman in ipso quod parauerat appensus est patibulo. Nimirum sic futurum erat, ut uerbum incarnatum deus homo factus rex omnium seculorum Iesus Christus aduersus mundi huius principem procederet, & cum illo congregaretur. Et sic factum est, ut per suos satellites draco ille diabolus crucem illi parari faceret, sed non ille in ipso patibulo transfixus est. Triumphante uerbo quod impassibilis deus est, & resumpta carne in immortalitatem quæ ad breue tempus passa est mortem, ipsum homicidam deus uiuens in uos ipsius machinamento strangulauit. Delens, inquit apostolus, quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Nunc in rei gestæ ordinem ingrediamur.

¶ Paruum fontem, qui in magna creuerit flumina, Hester reginam fuisse. Cap. III.

Parus fons creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit, scilicet Hester captiua & pauperula, & utroque parente orbata, multarum gentium regina, multarum prouinciarum domina effecta est in diem placiti dei, in tempus opportunum (altissimo prouidente) bene reseruata. Quomodo uel quali misericordie uia? Vir Iudæus, ait scriptura, erat in Susis ciuitate uocabulo Mardocheus, filius Iair, filij Semæi, filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutritius filius fratris sui Edeissæ, quæ altero nomini Hester uocabatur, & utroque parentem amiserat, pulchra nimis & decora facie. Mortuusque patre eius ac matre, Mardocheus eam sibi adoptauit in filiam. Opus pium pietas operosa, pium habuit iudicem & inspectorem deum, cui tali in facto in tam liberali gratia suauis utique oblata erat eleemosyna, Reuera odoratus est dominus odorem suauitatis, & reuera benedixit eis, & huic quæ adoptata fuerat, & illi qui adoptauerat. Benedixit, inquam, ut ambo crescerent in salutem populi, in saluationem suæ gentis, cui pessimus illud tunc primum esse cepisset hostem Iudæorum, quando Mardocheus eum adorare noluit, imò iam dudum fuerat hostis, antiquam crudeli in peccatore gentis odij causam, ueterem peruersam ardentem ita inimicitiam materiam. Agag quippe, cuius de stirpe hic erat Aman, interfecerat Samuel, regem Amalech, quæ uidelicet gentem peccatricem delere madauerat dominus Sauli regi Israel. Pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & uesustibus, & arietibus, & uniuersis, quæ pulchra erant, nec uoluerunt disperdere ea. Quamobrem irato domino, adducite, inquit Samuel, ad me Agag, regem Amalech, & oblatum est ei Agag pinguisimus, & in frustra cecidit eum Samuel coram domino.

¶ Dei prouidentia factum, ut Mardocheus in captiuitate maneret, cum qui uellet, libertatem in patriam redeundi recepissent. Cap. V.

Num igitur casu, & non potius per dei prouidentiam euenit, quod iste uir siue pater eius, seu pater patris eius in captiuitate remansit, & in Hierusalem non ascendit post ædificatum, quo data est licentia repatriandi? Haud dubium, quin spiritus idem, qui spiritum suscitauit ascendentium, sicut scriptum est: Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Benjamin, & sacerdotes & leuitæ, & omnis cuius suscitauit deus spiritum, ut ascenderet ad ædificandum templum domini. Non dubium inquam, quin idem spiritus, idem deus animo huius immiserit, quatenus inibi remaneret, ut tali in tempore pararetur adoptiua eius Hester, qui sanctos omnes præsciuit, & prædestinauit, uocauit & iustificauit, atque magnificauit, ipse Mardocheum magnæ in paruula nepte pietatis optime præsciuit, & præparauit. Præsciuit inquam, antequam in Babylonem captiuus cum Iechonia duceretur

duceretur proauus eius Cis. Non ociose hic commonendum erat, quia non ipse Mardocheus, sed Cis proauus eius subaudiendus est, ubi præmissio. Erat uir Iudæus in Susis ciuitate, uocabulo Mardocheus, filij Iair, filij Semæi, filij Cis de stirpe Iemini statim sequitur: Qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat. Siquidem ab illa priore transmigratione in Babylonem, usque ad tertium annum regis Assueri, quando conuiuui celebrauit, & offensus depulsi reginam Vasthi, & loco eius complacuit Hester, computatur anni ferme ducem. Nimirum antequam illuc transferretur proauus eius Cis, præsciuerat deus futuram exaltationem Aman hostis Iudæorum, præsciuerat & prædestinauerat econtra Iudæum cum nepte sua paruula Mardocheum, ut tali in tempore haberet uerbum dei præparatum in illis humilibus, futuræ carnis suæ præfidiū, ne excideretur arbor, quæ datura erat talem fructum Christum, salutem omnium gentium.

¶ Aman exaltatum, & adorari iussum, etiam regnum ambuisse, & Mardocheo propter seruatum regem, inimicum factum fuisse. Ca. VI.

Factum est, quod futurum deus præuiderat, scilicet rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadati, qui erat de stirpe Agag, & posuit solium eius super omnes principes quos habebat, cumque serui regis, qui in foribus palatii uersabantur, flectebant genua & adorabant Aman, sic enim eis præceperat imperator. Nimia & indiscreta regis libertas, dum se prouehere putat amicum fidem, profecto contra semetipsum sustulit inimicum crudelem. Insuper & patris loco colimus eum, ait idem in epistolis, quas ad centum uiginti septem prouinciarum principes & duces transmisit. Stulta exaltatio iubere hominem adorari, quod soli debetur deo regibus tamen Persarum de more fiebat adoratio, quod superbiæ regis Persicæ exemplum imitatus Alexander magnus aliquandiu quidem sustulit, sed tandem ubi inuidiam se superasse existimauit, non salutari, sed adorari se iussit. Acerrimus inter recusantes Calistenes philosophus extitit, quæres & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. Sigdè sub specie infidiarum oes interfecti sunt, retentus tamen est à Macedonibus modus salutandi regis, exorta adoratione. Quid igitur de Persico regni fastigio, præter nomen regium, defuit illi superbissimo: quod quidem insatiabilis eius auaritas sceleratissime ambiuit, sicut anaduerte licet ex libri proœmio inuulgata, ut ait fidelis interpret Hieronymus, æditio præscripto: Morabatur Mardocheus in aula regis cum Gabatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii. Cumque intellexisset cogitationes eorum, & didicisset, quod conaretur in regem manus mittere, nuntiauit super eoregi, quæ de utroque habita quaestione, confessos duci iussit ad mortem. Aman uero filius Amadati, Bugeus erat gloriosissimus coram regi, & uoluit nocere Mardocheo, & populo eius, pro duobus eunuchis, quæ fuerat interfecti. Ambiebat ergo regium quoque nomen, non contentus honore quauis nimio, homo ingratus hominibus, inimicus deo, qui propter hoc Mardocheo nocere uoluit, quia regis uitam præmuniendo seruauit.

¶ Aman Mardocheo inimicum, cum uideret sibi non flectere genua, totius gentis Iudaicæ extirpandæ consilium cepisse. Ca. VII.

Verumtamen maior & certior odij magnæque iracundiæ causa extitit illa, quæ scripturæ ueritas hoc modo tradit: Solus Mardocheus non flectebat genua, neque adorabat Aman, quod cum audisset Aman, & experimēto probasset, quod Mardocheus sibi non flecteret genua, nec se adoraret, iratus est ualde, & pro nihilo duxit, in unum Mardocheum mittere manus suas. Audierat enim, quod esset gentis Iudææ, magisque uoluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. Hæc belli causa, hoc duellum fuit initium, hoc modo duo dracones illi pugnare contra se ceperunt. Draco scilicet Mardocheus apud homines, penes quos condemnabatur. Draco Aman uidelicet primo apud deum, & omnes sanctos eius iudicatus, & deinde apud homines condemnatus. Nunquam tam crudeliter, tam furiose suum quidem caput erexit draco diabolus aduersus mulierem de qua sæpe diximus. Cetera namque capita eius sese erigentia, multoque hiatu potentia, hoc intendebat, ut deuoraret filium eius. Caput istud quod hoc intēdit, ut totum ipsum deuoraret mulieris corpus, manifestius ducendū. Cetera regna diabolicæ crudelitati famulantia, gentem illam uexando, dei legem, & omnem promissionis spem adimere contendebat, regnum istud proscribente Aman, delere uoluit gentem ipsam. Itaque mulier illam in utero habens atque parturientem nunquam alias magis clama-

Parauit Aman patibulum, cui appensus est

Coloss. 2

Hester. 2

1. Reg. 15

Hester. 2.

Hester. 11.

Hester. 3.

Apoca. 12

uit, nunq̄ uehementius cruciata est: id est, gens illa nunq̄ tam publicum, tam uniuersalem habuit luctum in omnibus prouincijs, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat. Luctus & plactus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, ululatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro strato utentibus.

¶ Quam ob causam Mardochæus Aman non adorauerit. Ca. VIII.

Primus ipse Mardochæus scidit uestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti, & in platea Mediæ ciuitatis uoce magna clamabat, ostendens amaritudinē animi sui, & in hoc ululatu usq; ad fores palatij gradiens. Veraciter de isto quoq; dicas, quia ferrū pertransiuit animā eius, & uere beatus est. Nam beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. Iustitiā nanq; est, quod noluit adorare Haman, iustā intus causam: Cuncta nosti, inquit, dñe, & scis, quia non pro superbia, uel aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut nō adorarem Haman superbissimū. Libenter em̄ pro salute Israel, etiā uestigia pedū eius deosculari paratus essem, sed timui, ne hominē dei mei transferrē ad hominē & ne quenq; adorare, excepto deo meo. Iustus igitur in hoc facto comprobatur legi sanctæ, iustæ, & bonæ obtēperando, cuius hoc præceptū est: Dñm deum tuū adorabis, & ipsi soli ferties, ac proinde beatā habet memoriā, atq; eximius est inter beatos, qui persecutionē patiuntur, uel passi sunt propter iustitiā, talisq; filius captiuorū digne adeptus est possessionem, & coronam ciuicam in regno cœlorum.

¶ Quā ob causam aliquot homines citra reprehensionē adorari potuerint. Ca. IX.

Sed dicit aliquis: Si contra legem est adorari quenq; hominum, quomodo Dauid sanctus, & sanctæ legis assertor diligentissimus, sese adorari passus est, & non reprehenditur factū, quasi contra legē? Clamans nāq; Achimaas, bonū uictoriæ de Absalon portās nuntiū, dixit ad regē: Salue rex, & adorās regē corā eo pronus in terrā, ait: Benedictus dñs deus tuus &c. Itemq; scriptum est: Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Et rursum: Submissoq; Bethsabee in terrā uultu, & adorauit regem. Et ne adoratiōis gestus minor uideatur, ut dicas, longe esse minus uultum summittere uel pronum inclinare q̄ genua flectere, quod fiebat Haman: Ecce illud occurrit, q̄ mulier Thecuitis summissa à loab, cum ingressa fuisset ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit. Quomodo ergo non reprehenditur factum quasi contra legem in Dauid, & Mardochæus hominem adorare pro sacrilegio duxit? Ad hoc breuiter respondendum, quia longe aliud est, adorare hominē sine deo, qualis erat Haman, aliud hominē dei, quālis erat Dauid. Nā dū hō sine deo, homo seruiens diabolo adoratur, sine dubio diabolus in illo adoratur, & contra, dum homo, dei, homo deum honorans & adorans adoratur uel suscipitur, deus in illo adoratur, deus in illo suscipitur. Sed & in hoc distantia magna est, q̄ Haman superbus hoc uolebat, hoc exigebat, ut adoraretur Dauid siue quispiam sanctus, humilis dei fertius, siue uicarius, adoratiōne non delectatur, neque sibi hoc exigit, ut adoretur. Et si aliquando religio fieri hoc exigit, constat non fieri ad iniuriam, sed ad honorem dei, constat non fieri homini, quoniam fit pro homine domini.

¶ Quare tā difficilis ad regē aditus fuerit, ut q̄ nō uocatus adiret, occideretur. Ca. X.

Cur autem tanta erat difficultas adeundi regem? Nam q̄ magna difficultas fuerit, ex eo manifestum est, q̄ Esther Mardochæo demandans, ita respondit: Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, q̄ siue uir siue mulier non uocatus interius atrium regis intrauerit, absq; ulla cunctatione statim interficiatur, nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atq; ita possit uiuere. Rursumq; uade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susis repereris, & orate pro me, ne comedatis, & non bibatis tribus diebus ac noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non uocata, tradensq; me morti & periculo. Cur, inquam, tanta erat difficultas adeundi regem? Nimirum hoc uenerat ex nimia uentositate miseræ uanitatis, ut rex magni imperij plus homine putaretur habere aliquid, nec uilior fieret ex usu publicæ uisionis, maxime apud Persas mos iste lege sanctus fuit, ut persona regis occultaretur sub specie maiestatis. Ea lege diabolus per Aman abuti uoluit, ut dum ille accusator tam familiaris regi immineret, & ad excusandum nulli aditus pate-

pateret, ad exorandum nullus accessus fieret, emuncta regis sententia curreret irreuocabilis, atque ita draconi illi deuorare liceret, non solum cōceptum, uerumetiam totum corpus mulieris in utero habentis, id est, gentem uniuersam delere, penes quam erant promissa, quem admodum idem Mardochæus ad deum orans, dicit: Et nunc tua uolunt mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui.

¶ Aman stulte tempus perditionis Iudæorum per sortes quæsiuisset, cum an per dendi essent, nondum cognouisset. Caput XI.

Consideremus altitudinē cordis superbi in ipsa præparatione malignitatis, ut mens se primo, cuius uocabulum est Nisan, anno duodecimo Assueri, missa est fors in urnam, quæ hebraice dicitur Phur coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici, & exiuit mensis duodecimus qui uocatur Adar: Non dum sciebat stultus, utrum deberet gens Iudæorū interfici, & forte iam quærebat, quo die, quo mense deberet interfici, forte putabat se esse tantum, & tantus erat in oculis suis, ut in manu sua mors hominum, & uita credi deberet constituta, & idcirco uoluntatem suam satis esse iudicans, de interfectione quærendum censebat à sortibus solūmō de interfectionis tpe. At ille, cuius carnis originem secundum sortes illas parabat præcidere, iam dudum dicebat pos propheta: In manibus tuis sortes meæ. Voces q̄pe illius tricesimi Psalmi, uoces sunt uerbi incarnati, cuius incarnationis fides & spes secundum promissionem sic erat in corde illius gentis, sicut infans in utero mulieris. Quantæcūq; uel qualescūq; sortes eius fuerint uel sint, quas commemorans deo patri dicit ipse: In manibus tuis sortes meæ, nullo modo debent excipi sortes, quas misit Aman, quin ad sortes eiusdem pertineat. Et reuera sicut in alio psalmo iam tunc dicebat: Et super uestem meam miserunt sortem, ita constanti ueritate ipsi dicere conueniebat, & super matrem meam, super gentem, de qua nasciturus eram, miserunt sortem. Igitur ille perditus, & à sua superbia deceptus, una sortium consultatione, de duabus rebus existimauit sibi responsum uel satisfactum esse, scilicet & de interfectionis tempore. Sed in manibus tuis, inquit, sortes meæ, quod sic recte intelligitur, ac si diceret: Iam de isto maligno sortitore Aman hostis & inimicus meus pessimus misit sortes, ut interficeret. Tu autem in manibus tuis habens potestatem uitæ & mortis, sortes easdem commutasti ad illius interfectionem, & meæ gentis ereptionem.

¶ Aman per sortes deceptū spatiū dedisse Iudæis, ad impetrandū à deo auxiliū. Ca. XII.

Reuera iam in isto diaboli membro factum est, quod significabatur in ipso capite diabolo, dicente domino ad beatum Iob: Nunquid pones circulū in naribus eius? Nunquid illudis ei quasi aui? Infatuatus nanque & illusus est ab ipsis sortibus, dum mittente eo sortem mense primo, quo die, quo mense Iudæi deberent interfici, mensis duodecimus exiuit, totum utique annum ad dilationem fors illa poposcit. Deus exegit sorte regens & habens, ut iam dictum est, in manibus suis. Primum in hoc infatuatus & illusus est, quod nondum sciens utrum gens deberet interfici, & solum quærens tempus interfectionis, dum à sortibus responderetur interfectionem ipsam, à primo mense usq; ad duodecimum, id est, anno fere integro debere differri, idem esse putat, ac si totum uel utrunq; habeat in manibus suis, scilicet & interfectionem & diem interfectionis. Deinde & in hoc illusus est, q̄ dum suscepta mora tantæ dilationis interim pendet sententia mortis, opportunum facit uniuersæ genti spatium, quod sufficere possit ad legationes mittendas in longinquum, id est, in altitudinem cœli, unde auxiliares copię debeant cōduci, scilicet ieiunia, lachrymæ & preces, quæ nimirum idoneæ legationes erant & sunt ad inuitandum seu inuocandum de celo auxiliū dñi. Profecto & si prope erat (ut est dominus omnibus inuocantibus eū in ueritate) nihilominus tamen erat necessarium tam longum à sortibus datum dilationis spatium, ut sufficeret tempus currentibus epistolis, & recurrentibus ad principes & populos tot prouinciarum, ut nouis epistolis ueteres Aman literæ insidiatoris, & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præceperat, corrigi possent, priusq; termino tps concluderetur. Sane clamores eorū quibus uel quantis clamauerint in cœlū omnē ætatē sentire, & non obliuisci uult sacer ecclesiæ chorus, dum per singulos annos statutis diebus declamat ante dñm

Esther. 14. dominum in persona illorum. Euertere cor eius. scilicet regis in odium repugnantium nobis, & in eos qui consentiunt eis, nos autem libera in manu tua deus noster in aeternum. Reuera qui perpendit quantum ad negotium fuerit clamare in caelum, ne exterminetur gens unica de qua promissa sperabatur salus mundi dignum existimat clamorem illum: siue haec dicta clamoris illius altisonis uocibus efferi, & immorari contemplationi angustiarum illius temporis, quando mulierem saepe dictam in utero habentem, iam tunc antequam pareret salutem nostram pene absorbit.

¶ Semper fuisse, qui diuinæ promissionis de Christo memores, eam impleri desiderauerint.

Caput XIII.

AN putas neminem tunc in gente illa, uel de populo illo extitisse, quem cur ista tangeret, uel qui sciret Messiam uenturum esse? imò nulla aetas extitit, ex quo Deus ad Abraham locutus est, quæ non haberet aliquos fidem & sententiam promissionis illius habentes, & aduentum eius expectantes. Pauci admodum erant eiusmodi, scilicet qui de aduentu uel regno Christi spiritualiter sentiret. Omnes autem audire oportebat legem & prophetas continentes atque testificantes eius promissionem, quamuis non spiritualiter intelligerent, id est, quamuis non tam coeleste quam terrenum eius regnum sperarent. Nec dubium quin & si in prosperitate negligentiores erant, in aduersitate fierent attentius ad illam spem, ad illam expectationem, iamque illum aduenire desiderarent, quem subuenire posse credebant, utpote regem magnum, regem potentem. Primus ipse Moyses dum mitteretur ad Pharaonem. Obsecro, inquit, domine mitte quem missurus es. Similiter de cæteris aetatibus, uel temporibus sentiendum quoties legimus. Et clamauerunt filii Israel ad dominum propter illam uel illam tribulationem. Sciendum non defuisse clamoribus eorum memoriam saepedictæ promissionis qua de lege & prophetis audiebant promissum esse saluatorem. Simulque notandum quod quicumque taliter clamantibus suscitabat saluatorem, aliquid per ipsum efficiebat deus, in quo significaret uel prefiguraret illum qui expectabatur & desiderabatur Christum unicum & uerum saluatorem, sicut de isto quoque Mardocheo iam dictum, & adhuc dicendum est. Hæc idcirco nunc dixerim, ut dubium non sit quin saltem illa uexatio intellectum dederit auditui, ut recogitarent audito suæ mortis edicto confugere ad deum, & clamare pro aduentu Christi tale quod, quale illud est Dauid: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

Exo. 4.

Psal. 10.

¶ Esther quatuor illis celeberrimis uirtutibus præditam fuisse.

Cap. XIII.

DElestat immorari, diutiusque contemplari factum mulieris bonæ, de qua recte dicitur: Mulieris bonæ beatus uir. Numerus enim annorum illius duplex, quia uidelicet & in præsentibus & in futuro seculo memoriam bonam, memoriam æternam habet. Delectat, inquam, contemplari quod bona, & qualibus bonis ornata fuerit, & qualiter opus salutis per manus eius processerit. Ecce in facto uel in processu eius principales quatuor uirtutes animaduertimus, quas & diuinæ & humanæ scholæ concelebrant, quas philosophitam seculares quam ecclesiastici celeberrime prædicant, ea tamen differentia, ut isti in spiritualibus & æternis, illi in secularibus & transitorijs fructibus expendant, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Virtutes, inquam, istas promptum est agnoscere in ista muliere bona, in facta mulieris huius bonæ & sensatæ gratia superna coornatas. Primo iam loco temperantiam eius considerare libet, sequenti iustitiam, tertio prudentiam, quarto fortitudinem.

¶ Quomodo uirtus temperantiæ in Esther relaxerit.

Caput XV.

Temperantiæ uirtus in ea splendet, dum in summo regni fastigio, in magno regis cubiculo casta & humilis apparet. Sic enim de ea scriptum est: Cum iam diademata regni in capite eius positum scriptura narrasset, necdumque prodiderat Esther patriam suam, & populum suum iuxta mandatum eius, uidelicet Mardochei: Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutrebat. Item ipsa dicit in oratione sua. Tu scis domine necessitatem meam, quod abhominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem

Esther. 2.

Ibidem.

Esther. 14.

portem in diebus silentij mei. Veraciter eximium temperantiæ documentum hic apparet, quia magnam humilitatis suauitatem sermo iste redolet. Itæ dicit: Tu domine qui habes omnium scientiam, nosti quod oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum & omnis alienigenæ. Et hic profecto magnam temperantiæ decus est, quia mulier facta in captiuitate regina, quod animo casta sit, deum testem habet.

¶ Quomodo iustitia in ea deprehensa sit. Cap. XVI.

Iustitiam in eo primam animaduertimus, quod confitetur & dicit: Peccauimus domine in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum, coluimus enim deoseorū. Iustus es domine. Hic iustitia est: Nam iustus in principio accusator est sui. Deinde & amplius in eo iustitia est, quod (sicut iam dictum est) deum testem habet, quod oderit gloriam iniquorum, & detestata sit cubile incircumcisorum & omnis alienigenæ. Siquidem tempore illo, & ex quo deus ad Abraham facta promissione loquens: Circumcidetur, ait, in uobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij uestri, ut sit signum foederis inter me & uos. Extunc inquam usque ad aduentum Christi, iustitiæ principium erat circumcidi, cum fide Abraham credentis in promissione beati seminis. Unde & Apostolus dicit: Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei. Nec prætereundum, quod ualde congruum fuerit illud signum sue signaculum iustitiæ fidei, in ea (qua femina nascitur) parte corporis, quia uidelicet promissio cui Abraham credidit, seminis promissio fuit, seminis unius, quod est Christus. Itaque circumcidi, testimonium erat fidei, testimonium credendi in Christum uenturum, sine cuius fide nullus potest iustificari. Iustitiæ igitur palmam obtinet, iustitiæ quæ ex deo est, dum detestatur cubile incircumcisorum, sciens quia præter fidem seminis Abraham (cuius fidei circumcisio signum erat) rex ille, quamuis sibi misericors, deo iniustus existebat.

¶ Et hoc iustitiæ fuisse, quod incircumciso propter necessitatem coniungi sustinuerit. Cap. XVII.

Putas ne minus iustitiæ nunc obtinet tolerando id quod oderat cubile incircumcisi, quam si refugisset, ne ullo modo coniungeretur illi: nequaquam, nam tu domine, inquit, scis necessitatem meam. Et uera sententia est, necessitas parit coronam: Vere necessitas eius necessitas fuit pariens coronam. Et quis nouit, inquit Mardocheus, utrum idcirco ad regnum ueneris, ut in tali tempore parareris. Nequaquam tanti debuit illi esse custodia corporis sui, ut præponeret eam communi salutis suæ gentis, imò salutis totius mundi, cui uidelicet salutem omnium mirabiliter cooperata est illa coniunctio captiuae Hester & regis Assueri. Nam per illam occasionem liberati sunt Iudei, qui fieri debebant patres salutis, patres carnis Christi. Et si illanondum hoc totum sciebat quando primam ad cubile incircumcisi fuit adducta, tamen sic futurum erat. Et quis accuset Moysen de iniustitia dicentem ad deum: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti: Quis itæ accuset Apostolum de iniustitia dicentem: Optabam ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem: Sic profecto nec Hester accusari de iniustitia potest, etiā si optasset coniungi incircumciso rege pro salute uel consolatione suæ gentis, etiā si non eueniret periculum tam magnam quod post illam coniunctionem euenit, sola captiuitatis necessitas illam excusare posset.

¶ Quomodo prudentia in eius consilijs spectata sit. Cap. XVIII.

Am prudentiæ uirtus in ea spectabilis ad laudem dei prædicanda est. Fecit enim tam prudenter, ut dicente spiritu sapientiæ fecisse non dubites, & sicut de beato Ioseph dictum est: Eloquium domini inflammauit eum. Ita de ista quoque ueraciter dicas: Eloquium domini inflammauit eam: dicenti ad eam regi: Quid uis Hester regina, quæ est petitio tua, etiā si dimidiam partem regni mei petieris, dabitur tibi: Ita respondit: Si regi placet, obsecro ut uenias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium quod parauit. Non statim dixit petitionem suam, non confestim aperuit uoluntatem suam, sed ad conuiuium utrumque inuitauit, amicum & inimicum, regem & Aman. Prudenter prouidebat illic aperire inimicitias, unde effugere non posset hostis homicida. Sed nec in primo conuiuio rem aperuit, dimisitque hostem morti destinatum unius diei mala securitate perfrui, & de magnitudine diuitiarum gloriari, iactantem atque dicentem: Regina quoque Hester nullum alium uocauit cum rege ad conuiuium, præter me, apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Illum utique male securum, regem autem magis beneuolum, magisque

Ibidem.

Confessio.

Prover. 17.

Gene. 17.

Roma. 4.

Hester. 14.

Hester. 4.

Exodi. 33.

Roma. 9.

Psal. 104.

Hester. 5.

Hester. 5.

magisq; fecit attentum. Si, inquit, inueni gratiam in conspectu regis, & si regi placet, ut det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem, ueniat rex & Aman ad conuiuium quod parauit eis, & cras regi aperiam uoluntatem meam. Feram immanem, uersum ferocem, ut tradat ad supplicium, allicit ad edulium, ne prius audiat famam, quam subeat poenam, ne prius uideat foueam quam incidat in eam: prudens & sciens commodius esse, feram comprehensam intus opprimi, quam exterritam, & per saltus fugientem cum canibus dubio euentu insequi.

¶ Quod prudenter coram rege petitionem suam exposuerit. Cap. XIX.

Hester. 7 **P**orro ipse modus locutionis, ubi tandem regi uoluntatem suam aperuit, ubi petitionem suam & preces suas locuta est, ille inquam modus locutionis qualis extitit, dicenti regi iam tertia uice: Quae est petitio tua, etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ita respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis o rex, si tibi placet dona mihi animam meam pro qua rogo & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus, ego & populus meus, ut coneremur & iugulemur, & pereamus, atque utinam in seruos & famulas ueneremur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius creditas redundat in regem. Laudabilis in tali elocutione prudentia est, prudentia sana cuius doctoria est sancta & matura humilitas. Nunquid reginam se esse sciebat, quae tali modo regi supplicabat? nunquid amari sese sentiebat, quae cum tanto timore obsecrabat? Professio mirari rex ipse poterat, qui si peteret illa dimidiam regni sui partem dare paratus erat, mirari inquam quod regina sua, dilecta sua, digna imperio praecunctis mulieribus existimata, sibi quae praecunctis foeminis complacita, pro anima sua, id est pro uita sua supplicabat, tanquam captiua, tanquam proscripita, uelut si ab ipso rege fuisset condemnata. Haec propter intimidandam eius prudentiam dicta sunt, quae tanta est ut magnitudinem eius nullus uerbis digne ualeat consequi.

¶ Eius prudentiam uerius diuinam prouidentiam fuisse. Cap. XX.

Hester. 6 **N**unquid uero satis est dixisse prudentiam? imo magis diuinam prouidentiam. Consideremus quae inter dilationes euenierunt, dum differt regi aperire uoluntatem suam, & liquido constabit quia prouidentia diuina rexit reginae prudentiam. Quando ad primum cum rege uenit Aman conuiuium, nondum sibi met destinatum parauerat supplicium. Siquidem deo iudice sic fuerat praeparatum, ut ipse met pararet patibulum, machinatum alteri, debitum sibi. Hoc autem (sicut iam dictum est) nondum parauerat. Diuina igitur prouidentia non dubitamus, quod uoluntatem suam primo aperire conuiuio differens. Veniat, inquit, rex & Aman ad conuiuium quod parauit eis, & cras aperiam regi uoluntatem meam. Egressus est illo die Aman laetus & alacer. Iube, inquit, uxor eius parari, excelsam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi ut appedatur super eam Mardocheus, & sic ibi cum rege laetus ad conuiuium. Noctem illam rex duxit in somnum, & inter legendum uel audiendum uistorias & annales priorum temporum uenit occasio, ut illum quem parabat Aman appendere super patibulum, ipse met regis uestibus indutum imponeret super equum regium, praecedens & clamans ante illum: Hoc honore condignus est quemcumque rex uoluerit honorare. Multum itaque per dilationes illas aucta est regis beneuolentia, & hoc diuinitus prouisum est, quoniam am regem audire petitionem Hester, beneuolum quoque Mardocheo fieri oportebat, quod mirabiliter effecit nocte illa meritorum eius relicta memoria.

¶ Aman in conuiuio quasi hamo captum fuisse. Cap. XXI.

Job 40 **A**mplius autem illud, quod adhuc dicere libet, prudentiae Hester pariter & diuinae prouidentiae laus est. Denique de diabolo dictum est ad beatum Iob: In oculis eius quasi hamo capiet eum. Item an extrahere poteris Leuiathan hamo: profecto per escam capitur, quod hamo extrahitur: esca ostenditur, ferrum subtegitur. Quod secundum hanc similitudinem diabolus, persequendo Christi humanitatem, ab eiusdem diuinitate fuerit comprehensus, notum & usitatum habemus, nimirum illius scilicet diaboli seruus & satelles erat Aman praecipuus, & in illo habitans ipse diabolus rem tanti sceleris machinabatur. Nonne igitur mirabile est, & cogitatu delectabile, quod in conuiuio captus est, dicente regina: Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Denique quasi hamo captus est in oculis suis, comprehensus est, qui conuiuio super mensam inuenit poenam. Manifeste & miro modo gessit diaboli figuram, e contra Christi Mardocheus typum gessit. Sicut enim Aman in cruce suffixus est, quae Mardo

Mardocheo parauerat, & Mardocheus super equum regium ascendit, quem honorem sibi Aman a rege parari putauerat. Ita diabolus in cruce damnatus & triumphauit, quam Christo parari fecit, & Christus uiuens sedet ad dexteram patris, cuius similitudinem diabolus sibi arrogare praesumpsit. Proinde gratanter dixerim, quia uerbum dei, uerbum deus uerbum nondum incarnatum, deus nondum homo factus, uictoriam suam non solum ibi praesignauit, uerumetiam ibi iam uicit, ibi iam prudentia eius percussit superbum, & ibi iam obstericante manu eius egressus est coluber tortuosus.

¶ Quanta fuerit in ea boni zeli fortitudo. Caput XXII.

Quod per tres iam dictas uirtutes, temperantiam, iustitiam, atque prudentiam strenue, imo diuinitus fuerat prouisum, per fortitudinem confestim haud segniter est consummatum. Fortitudo in pectore humilis foeminae tanta extitit, quae & in omnem gentem ipsius redundauit, ut suspensio Aman in patibulo, cum regis ira requieuisset, zelus reginae non requiesceret, sed si regi placet, inquit, detur potestas Iudaeis, ut sicut hodie fecerunt, sic & cras faciant in Susis, & decem filii Aman suspendantur in patibulis. Dixerat autem ei rex: In urbe Susis interfecerunt Iudei quingentos uiros, & alios decem filios Aman. Quantum putas eos exercere eadem in uniuersis prouincijs? Quanta fortitudo zeli, dicentis, sicut fecerunt hodie, sic & cras faciant in Susis, & suspendentes in patibulis iam interfectos decem filios Aman. Si non fuisset propter deum uel propter iustitiam, uideret crudelitas, nunc autem considerata causa, uindictam eius modi non solum excusat, uerumetiam iustificat, quod non fuerit furor crudelitatis, sed feruor fortitudinis, non motus saeuitiae, sed motus iustitiae, non irae excessus, sed uitae prospectus. Causam iam considerauimus, iam consideranda proposuimus, quae de gente illa sperabat mundi salus, nasciturus expectabatur Christus. Proinde dignum se faciebat spiritus sanctus, inspirando humilibus & teneris mentibus, ut pro tempore & re iustitia dura, duritia iusta uterentur, defendendo bonae oliuae radicem, bonae radicis oliuam, ut staret & permaneret, donec daret fructum suum, donec effunderet oleum, uerum generando Christum. Quod ubi factum est, reconde, ait Petro, gladium in uaginam, quia uidelicet, cui uteretur gladio Petrus, causam iam non habebat necessariam. Cum igitur legimus, quia pro animabus suis steterunt Iudaei, interfecit hostibus ac persecutoribus suis, in tantum, ut septuaginta quinque milia occiderunt, & nullus de substantijs eorum quicquam contingeret iam dictam praec oculis habentes causam, dignum festiuitate factum arbitremur, quod uide licet festum scripto edixit Mardocheus, sanciuit Esther, ut omni studio dies interfectionis illius solennis in posterum seruetur, & reuertente semper anno solenni honore celebraretur.

¶ Quoties uerbum dei aliquod ex capitibus draconis uicerit, personae, in qua uicerit, uictoriae signa contulisse. Caput XXIII.

Hic iam notandum de uerbo dei, quia de singulis capitibus draconis, dum uincit regalia uictoriae signa, personis illis per quas uincit, imponit. Ioseph & Moyses, per quos uicit caput primum, caput Aegyptium, in curribus triumphauerunt, domini quoque ac principes facti sunt, illi dicente rex: Ecce constitui te super omnem terram Aegypti, anulum regium, stolam quoque byssinam, & torquem accipiens auream, sedes quoque super currum regium. Moyses autem Aegypto domita, merso quoque Pharaone, decantans uictoriae canticum, totiusque populi obtinens principatum. Helias, per quem iudicatum atque concisum fuit caput secundum, sicut loco suo narratum est, postquam deiecit reges ad perniciem, & confregit potentiam ipsorum, postquam unxit reges ad potentiam, & prophetas fecit successores post se, receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Daniel, & socii eius, per quos humiliatum fuit caput tertium, principes facti sunt, praecipue Daniel, quem rex Nabuchodonosor, cadens in faciem suam adorauit, & in sublime extulit, quem deinde Balthasar purpura uestiuit, & torquem auream collo circumdedit. Mardocheus & Esther, per quos caput quartum, appendit Aman in patibulo, & filii eius, ut iam dictum est septuaginta quinque milibus strangulati, atque concisum est, qualibet uictoriae titulis fuere glorificati. Hester regina regium in capite suo gestauit diadema. Mardocheus de palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebatur uestibus regijs, hiacinthinis uidelicet & aërinis, coronam auream portans in capite, & amictus pallio serico atque purpureo. Qui caput quintum caput nequissimum reperculserunt, K Macha

Esther. 9

Mat. 26

Capit. primu. Gene. 41

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

Machabæi fratres post bella ingentia, crebrasq; victorias, purpura & stola sancta, fibulaq; aurea regio more perornati sunt, & posteri eorum regnum & sacerdotium non parua gloria recuperatum obtinuerunt. Porro qui caput sextum uicit, septimūq; uincet, quando Antichristum spiritu oris sui interficiet, Christus Iesus, non qualiscūq; propugnator uerbi dei, sed ipsum uerbum dei, uerbum deus, homo factus, coronam aut purpuram in hoc mundo, non nisi irrisoria accepit coronam spineam, chlamydemq; coccineam, & in dextera manu arundinem pro sceptro impostam. Veruntamen quæ pro irrisione in hoc mundo data sunt ei, sic in serua conuertit, ut nunc appareat angelis & hominibus sanctis in gloria patris habens purpuram resurrectionis, coronam gloriæ, & honore, & æterni sceptrum imperij. De tribus ultimis capitibus mentio nunc tantum facta sit, ut simul de cunctis capitibus unum in præfenti loco spectaculū habeatur, quod ad laudē spectat, uerbi dei. Quia q; pro illo laborauerūt, & regnū eius expectauerūt, singuli suis tēporibus insignia uictoriæ regalia, præfenti quoq; seculo spectabilia post labores & angustias sustulerunt. Nunc ad ordinē reuertamur,

Septimum

Cruce contra melia vincit Christus.

¶ Quid mysterij contineat, q; Aman in patibulo, quod Mardocheo parauerat, suspensus fuerit. Ca. XXIII.

Ingens spectaculū & tunc erat oculis ituentiū, & nunc est mentibus memoratiū, quod homo potens & superbus eatenus adorari solitus ante portas urbis in patibulo, quod Mardocheo præparauerat, suspensus est, & omnis cognatio eius, non nobis, ait rex, sed deo, ei reddente quod meruit. Hoc ipsum, ualde miratur & Iosephus, qui tñ totū mirari nesciuit, quia sacramentū Christi, cuius in typū illud gestū est, ignorauit: Vnde, inquit, mihi contingit mirari nomen dei, & sapientiā, iustitiāq; eius agnoscere, non solū quod malitientia Aman puniuit, sed & quod excogitata in aliū tormenta, in eū conuertit, & cæteros hoc sentire permisit, quoniā qui in aliū molestus fuerit, hæc in se primū parata cognoscit. Totū ut iam dictū est, mirari nesciuit. Nos autē sciamus, & miremur in laudē uerbi dei, quia futurū triūphi sui, quo redimendus erat mundus omnis, pulcherrimā similitudinē præmisit illi. Nam sicut iam supra dictū est, in ligno crucis non uerbū dei, uerbū deus interijt, sed diabolus, cuius similitudinē gessit Aman, iudiciū damnationis accepit, & hoc extra portā ciuitatis uel à mysterio uacet, q; ante portas huius urbis, id ē, Susis, ait idē rex, & Aman, & omnis cognatio eius pendet in patibulis. Hoc exinde plus habet miraculi, q; non per hominē prophetam suū, siue cognitorē sui nominis, sed per hominē gentile deus rem tanti effecit sacramenti, tam profundū plenam mysterij.

Diabolus, non dei pbi in crucis ligno interijt

Esther. 8

Dat. 12. Lucæ. 11.

¶ Quid mysterij contineat q; domus Aman data sit Esther reginæ. Ca. XXV.

Sed & illud ad mysticā similitudinē non nihil attinet, q; suspensio Aman in patibulo die illo, ait scriptura, dedit rex Assuerus Esther reginæ domū Aman aduersarij ludæorū. Vtiq; dando Esther dedit Mardocheo. Nā subinde sic scriptū est: Esther autē constituit Mardocheū super domū suā. Quantū ergo pulchritudinis in hoc facto ē, si illud recolas, quod in euangelio ueritas ait: significans diabolū de domo sua fore eijciendū. Cū, inquit, fortis armatus custodit atriū suū, in pace sunt omnia quæ possidet, si autē fortior illo superueniēs uicerit eū, uniuersa arma eius auferet, in qbus cōfidebat, & spolia eius distribuit. Sic futurū erat, & sic factū est, q; diabolus tanq; fortis armatus in genere humano potestate habens per peccatū sic obtinebat mundū, tanq; domū suā, siue atriū suū, sed uerbū incarnatū fortiore manu superueniēs uicit illū, & atriū illius fecit suū. Pulchre igitur cū Esther Mardocheus euadēs patibulū uiuus, suspensio Aman domū possedit. Quia sic futurū erat ut Christus, uerbū dei, cuius origo carnis per Esther & Mardocheū defensa est, in cruce damnato principe mortis, ipse cū ecclesia sua principatū teneret, præfentis quoq; seculi publica religione socialis secularis imperij & ecclesiastici sacerdotij festiuitate.

Paruus fons.

¶ Somnium Mardochei, in quo paruum fontem, in fluuium magnum, deinde in solem conuertit uidet, in Esther regina completum fuisse. Ca. XXVI.

Quis tandem non uideat effectū somnij uerū, sicut dictum est: Paruus fons, q; creuit in fluuium, & in lucē solemq; cōuersus est, & in aquas plurimas redundauit: Esther ē, quā rex accepit uxore, & uoluit esse reginā. Sed forte dicis, quod omnis ciuitas exultauit, & lætata est, q; ludæis noua lux oriri uisa ē, & honor, gaudiū & tripudium, q; apud omnes populos, urbes, atq; prouincias, quocūq; regis iussa ueniebant, mira exultatio, epulæ atq; cōuiuia, & festus dies, q; in quā, post tristitiæ noctem tantā habuerunt lætitiæ lucem parū est, ut iam cōpletū illic arbitremur, q; puus fons crescēs in fluuiū, cōuertit uisus est in solem. Concedēdū est, quia nullū gaudiū trāsitoriū, p quātacūq; sui magnitudine meretur nūcupari sol, aut cōparari soli, cuius uidelicet solis lux siue forma nō mutatur ut luna, sed plena perseverat. Igitur neq; Iacob in somnio Ioseph, neque Hester in somnio Mardochei propter suā personā soli assimilata est, sed propter Christū solem iustitiæ unum & solum, tam ille q; hæc per solem signatus est. Ille quia iam Christū habebat in promissione, hæc idcirco, quia Christi genus unde nasceretur, reseruauit adiuuante sui corporis gratiosa pulchritudine, fideiq; & castæ mentis merito præeunte. Finis & causa finalis eorū quæ tunc facta sunt, Christus est, & idcirco ueraciter dicis, quia paruus fons in solem cōuersus est.

¶ Captiuitatem populi propter uerbum dei, multo q; gentium imperiosam libertatem, gloriosiore fuisse. Caput. XXVII.

Comparetur nunc illa populi dei captiuitas cum libertate gentiū, sub quibus, uel inter quas populus ille captiuus erat. Quid nam gloriosius, qd felicius extat, gentium ne quæ sine deo erāt imperiosa libertas: an populi spem habētis in uerbo promissionis captiuitas? At uero ut certū respōdeas iudiciū, respice conscriptā ex historijs & annalibus felicitatem, imò infelicitatē gentiū & regū super eos dominatiū. Quō regnabāt: quō imperabāt: In sanguinibus regnabāt, in mortibus imperabāt, falsē uiuētes, & uere morientes, gloriā sitientes, & calamitatem bibētes. Nunquid em̄ illa quæ diximus capita draconis interea, dum cōtra mulierē in utero habentē stabāt & hiabāt, saltē sibimet parcebāt & inuicē mordendo semetipsa laniare cessabāt, imò suis moribus semetipsa multo magis cruciebāt? Nam cōtra mulierē quidē uno malignitatis spū male cōcordantia, rictū semper faciebāt, dentesq; collidebāt, sed contra semetipsa miro modo diuisa inuicē oderāt, & super inuicē saliebāt, terrāq; suo sanguine quasi copioso imbre cōpluebāt reges regū, amici amicorū, cognati cognatorū, filij patrū, patres filiorū, nec maternis uberibus filij parcētes, sanguinem uoraces hauriebant, irritati interdum solummodo fauoribus dissonis propter regnandi cupiditatē beluinā. Mater nōnunq; dum alteri filio plus fauere putatur, ab altero filio iugulatur & à filio pater obtruncatur. Milia centena, & plus q; milia centena dietim bello cæsa, nimirum, diabolo pro ludo habētur. Non est præfentis ppositi, horribiles & diabolicas recitare gentiliū belloꝝ tragedias, qui uult, uel cui uacet, sunt historiæ multiplices, legat illas. Nostra hic intentio est, perhibere quod uerum est, captiuo dei populo gentes, uel reges gentium captiuates illum, etiam secundū præfens seculum fuisse miserabiliores, quoniā istis respicientibus ad promissionis uerbum, omnia non solum in futuro, uerum etiam interdum in præfenti seculo cooperabantur in bonum, illis autem cum uerbo dei nihil habentibus, omnia cooperabantur in malum.

Trāsitorium gaudiū soli cōparari nō meretur.

Reginē captiui populi dei

¶ Superato p uerbum dei Persarū & Medorū regno, Macedonum, quod in Daniele p hircum caprarū significatur, successisse. Ca. XXVIII.

Tandē fieri oportebat, quod in uerbo dñi dispositū fuerat, sicut Daniel p uiderat, ut uidelicet, hircus caprarū ueniēs sup faciem totius orbis terræ, & efferatus in arietem pcuteret eū, & cornua eius cōminueret, ita ut arietē de manibus eius nemo liberare possēt. Hircus caprarū regnū fuit Macedonū, & cornu insigne qd habebat inter oculos suos. Magn⁹ Alexāder extitit. Porro aries regnū erat Persarū & Medorū, Darius Arsami filius regnabat rex quartusdecimus, in quo cōpletū ē, q; significabatur p monstrā te pphetico spiritu. Cūq; misisset, ait, in terrā arietem, hircus cōculcauit eū, & nemo quibat liberare eū, uidelicet arietē, de manibus eius. De hoc mirabile & miserabile illud ppter pme moratā regū uel regnorū gentiū infelicē felicitatē non pterire libuit, q; grāde spectaculū factus est, & experimentū magnū q; sit instabilis status seculi, q; infida fiducia mūdi. Tribus p̄ijs ab Alexādri uictus, à cognatis suis aureis cōpedibus & catenis, in grām uictoris uincitur & clauso ueliculo exportatus, multisq; uulneribus cōfossus adhuc spirās ab Alexādri militibus inueniē, & platus ad Alexādriū, felicius te, inqt, hostē, quā cognatos p̄inuosq; meos fortitus sum. Matrī quippe & liberis meis, à te hoste data uita, mihi a cognatis erepta, quibus

Alexander magnus. Darius. Danic. 8

& uitam dedi & regna. Hæc propter incertam & ludicram mundanæ felicitatis aleam commemorata sunt, quia regna mundi semper fallacia fuerunt & sunt. Verum autem est uerbum, quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

¶ Quas ob causas regnum Macedonum in priore uisione per pardum, in posteriore per hircum fuerit signatum. Caput XXIX.

Nunc illud quoque animaduertere libet (quonia ad intentionem presentis operis non nihil attinet) quod regnum Macedonum in anteriore uisione per pardum, in sequente signatur per hircum. Nunquid enim sine causa tam diuersa unius eiusdemque regni figura est præmonstrata? Nequaquam, sed ob res diuersas uisum species uaria est. Spiritus sanctus, spiritus propheticus sicut præsciuit res uenturas, ita res uenturarum sciuit congrue preuentus ac commodare figuras. Futurum quippe erat ut regnum Macedonum & ferinam pardi ferocitatem & effœminatam hirci habes libidinem, sua uibraret cornua contra altissimum, suam obfirmaret saeuitiam contra uerum, & uere firmum sæpe dictæ promissionis uerbum. Ex sacris recitandum est historijs, & postmodum recitabitur quam ferum, & quam fuerit libidinosum, ferocitate crudeli, & crudelitate feroci, sanctos altissimi cõterendo, libidine insana, insania libidiosa populum & templum dei, contaminando, ferocissimum atque crudelissimum secundum pardi saeuitiam, libidinosum, & effœminatum, secundum hirci semper in libidinem proni petulantiam: astutum atque uersutum secundum pardi uarietatem: fluxum atque incõtinens secundum immoderatam sanguinis hirci ni calorem. Vicijs istis tam diuersis ferocitate atque libidine regnum illud Macedonum siue Græcorum contra uerbum promissionis laborauit, quod postmodum suo loco plene dictum erit, & idcirco præcedente uisione per pardum, & subsequente per hircum illud præmonstrari dignum fuit.

Hester. 3.

¶ Quas ob causas regnum Persarum & Mæcedorum, in priore uisione per ursum, in posteriore per arietem fuerit significatum. Ca. XXX.

Nihilominus & de regno Persarum atque Mæcedorum quæsitum dignum est cur in uisione anteriori per similitudinem ursi, & in subsequenti per formam arietis sit signatum. Ad quod congrue respondere potest, quia causæ diuersæ, in modo contrariæ regni illius fuere, erga dei populum, & circa repositum in populo illo sæpeditum promissionis uerbum. Causas illas tam longe diuersas dicere non dubitauerim, quæ diuersæ naturæ sunt horum animantium ursi & arietis, quorum alter raptus & cruore uiuit alter innocuum neque sanguinem sitit, neque raptus uiuit. Promptum est hoc discerni, si respicias regnum illud secundum Aman, quæ crudele fuerit, secundum reges, quæ clemens illi populo se impenderit. Aman quippe moribus ueraciter ursus, truci furore immani rabie ludæorum genus uniuersum ore aperto hians deuorare uoluit. Reges autem, maxime Assuerus more arietis lanis suis, id est, opibus multis, quibus regnum illud abundauit, eundem populum fouit & ditauit, nullumque dentem malignitatis influxit, sicut aries dente neminem petit, in modo uitam gentis illius multum lærificauit gratia reginæ Hester & Mardochei. Sed forte dicat quis, ipsam personam regis Assueri per ursum in illa uisione oportere intelligi, quia scriptum est: Et sic dicebat ei, uidelicet urso: Surge, comede carnes plurimas. Et hoc signat illud dictum Assuero regi. Si tibi placet decerne de populo ut pereat. Ad hæc, inquam, non solum regis personam, sed totam regni corpus signauit ursus, nec soli regi dictum est, decerne ut populus pereat, sed toti regno mandatum est per omnes puincias, ad omnes satrapas, & iudices puinciarum, ut occiderent atque deleterent omnem ludæorum populum. Igitur secundum Aman quod dicitur, & secundum omnes qui ludæis nocere uoluerunt, ursus ferocissimus. Secundum regem & omnes illos, qui malignitatis illius spiritum non habuerunt, quasi aries fuit regnum illud.

Danie. 7
Hester. 3.

¶ Quare hircus unum tantum, aries autem duo cornua habere uisus sit. Caput XXXI.

Si & illud quæras, cur idem hircus uisus est, unum tantummodo habes cornua inter oculos suos, aries autem cornua duo, facilis patet ratio, quia corpora quidem animantium singula regna signant, reges autem eorundem regnorum intelliguntur per cornua. Constat autem quia regni Macedonum rex unus Alexander extitit, & uictor Dario, sicut iam dictum est, solus suo tempore regnum tenuit. Regnum autem Persarum & Mæcedorum non rex unus extulerat capita Babylonia, sed duo Babyloniæ uictores, & duo fuere reges eodem tempore unius imperij cõsortes, uidelicet Cyrus

Cyrus & Darius Mædus auunculus eius, Astiagis filius. Bene igitur hirci quidem unum, arietis autem duo cornua uisa sunt, quia uidelicet rex unus regnum Macedonum, duo autem reges Persarum & Mæcedorum roborauerunt imperium. Cyrus tempore uel ætate iunior quam Darius, uictoribus & potentia plus creuit, nec non & opibus & Dario maior est effectus. Hoc pulchre uiso memorata innuit, dum præmissio. Et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, subiungitur: & nunc excelsus altero atque succrescens. Hoc est, Cyrus Dario ualentior, & uictoribus magis quam ille proficiens.

Daniel. 8.

¶ Magnam uictoriam uerbi dei partem in hoc esse, quod sicut regna mutanda prædixerit, ita & mutauerit. Caput XXXII.

Ad summum, nonne in ipsis regnorum mutationibus pulchra pars elucet eiusdem uictoriae uerbi dei, quam laudare suscepimus? Siquidem uerbum dicere, & falli non posse, id si non dubio uincere est. Et huiusmodi uictoria maxime ad uerbum dei pertinet. Dicebat autem deus hæc, ante quam fierent, & de futuris fiebat uerbum domini ad homines, ita ut dum fierent, sine dubio constare posset hominibus, quod non casu euenirent, sed ordinatae prouidentia dei rationabiliter præcederent, & per iustum iudicium disposita contingerent. Unde quidam ipsorum prophetarum cum præmississet, dicens: Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit: continuo subiunxit: Quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit dominus secretum suum ad seruos suos prophetas. Exempli gratia, ut de regnis istis mutatis, & contra se inuicem pugnantibus non fecit dominus quicquam nisi prius reuelaret secretum suum. Primum sub imaginibus bestiarum, lænæ, ursi, pardi, & quartæ terribilis, quæ sine nomine describitur, & deinde sub similitudinibus arietis & hirci, quas nouissime sermo commemorauit. Cum igitur prius in uerbo domini prophetis reuelatur secretum, & tunc demum sicut reuelata uel prædicta sunt, ita omnia fiunt, simul & uerbum dei palmam obtinet ueritatis, & opinio confutatur illorum, qui putant hunc mundum casualiter agi, nec regi prouidentia dei. Contra quos ait per Hieremiam prophetam ipsum uerbum domini. Quis est iste qui dixit, ut fieret domino non iubente, ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala? Recte nimis indignatur contra eiusmodi, quia nihil fit, nisi domino iubente. Nihil sine causa sub sole. Non agitur mundus absque dei prouidentia sed ex ore eius egredientur bona & mala. Mala, dum mundus propter sua merita iusto iudicio affligitur. Bona, dum prosperitate aliqua consolationem inuenit & lætificatur. Merito nescitur, qui aliter sentit. Iuste reprobat, qui contraria sapit, diciturque de illo: Quis est iste quod idem est, ac si dicat deus: Nescio quis sit iste, nolo scire quis sit iste. Discedat a me, non noui istum, nolo nosse istum.

Amos. 8.

LIBRI OCTAUI FINIS.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI:
LIBER NONVS.

¶ Præfatio ad Chunonem, qua conqueritur se frigidum atque negligentem, orationibusque iuuari postulat. Caput .I.



Quinti capitis contra uerbum uel propositum dei prælia meditantis animo, iam dudum causa subest, cur illius reminiscatur dictum in Iob: Ab Aquilone aurum ueniet, & ad deum formidolosa laudatio. Tibi Chuno amantissime pater causa hæc intimanda est. Ex quo laudationem domini, quam loquebatur os meum, accepisti amplecti quasi aurum, fateor, sensi magis quam eatenus senseram me esse ad aquilonem, id est, non habere me sicut oportuisset feruidam diuini amoris uirtutem uiuidam, & ardentem de propria salute sollicitudinem. Fateor tibi me inuenisse experimentum, etiam illius dictum: Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Job. 57

K 5 Nunc

Nūc maxime dum singula draconis capita psequor, & singulorum culpas sceleratq; sanguinea describere gestio, uidetur mihi, quod contra me uersus in iram suam exagitet furorem, & de me quasi accusatore suo, desideratam quærat ultionem. Ita tentationum niuibus & gramine curarū me operit, & negligentia gelu cōstringit, ut cum scripta mea in ore tuo libenter legas, & sic amplectaris uelut aurum laudationis, etiam ueraciter dicere poteris. Aurum hoc ab Aquilone uenit, Restat igitur, & mihi expedit, ut laudatio hæc mihi formidolosa sit, id est hoc ipsum formidem quod scriptito laudationē domini, præsumptioni & uanæ gloriæ reputetur, non mercedi. Quia studiū quod erat sanctorū, non sanctus impudenter arripui. Tuis & omnium te diligentiam oratōibus opto iuari, ne remaneam in terra Aquilonis, unde aurum uenit, sed cum ipso auro in regionem proficisci merear Austrī clarissimi, sole meridiano fulgentis.

¶ Responso iucunda, Chumoni facta, qui rogarat, ut præfationem secundi libri Machabæorum explicatam huic operi infereret. Ca. II.

DE isto capite quinto, & de his quæ reperculserunt illud, scilicet Machabæis fratribus occasio ueniēs sese obtulit, ut diceret ad me: Scribe mihi librum, de uictoria uerbi dei: (sicut in prologo cōmemorauī) quem huic operi tecum loquēdo præscripsi. Nunc adhuc insitis, rogatās, imō p uim dilectōis imperitās, ut plogum secundū libri Machabæorū longū, & ut dicis tu, mihi quod uidetur, pene difficilem. Aliquatenus studium adhibēdo explicem, quasi ego cūctam possim aut debitor sim tuā exactiōem pfoluere. Dicis etiam ludibundus, quod iam dudū hoc ipm somniaueris, & somniādo mihi supplicaueris pariter ac iusseris, quatenus hæc partem, scilicet elucidationem prologi, huic infererem & aptarem cōuenienter operi, & quod primū recusasse fortiter, & deinde spopōdisse obtemperanter uisus fuerim. Et ego tibi audeo dicere, sollicitus tamē ne cuiuspiam risoris oculus hoc uideat, & nō beneuole hoc accipiat: quia uidebar mihi quōdam luctam cum diabolo diuinam habere, tandemque dicere illi despiciētī me. Cum placuerit altissimo, ponat sedem suam in me, & loquetur iudicia sup te, Si non uanum fuit quod uidebatur, & si nunc re adimpletur Dum singula draconis capita studio sermone pcutimus, adiuuabit ipm uerbum, ut tuum quoque somnium me obtemperante prosperetur.

¶ Quintum caput draconis fuisse regnum Græcorū. Ca. III.

Quid primum de isto capite dicēdum est, iam cōtinuo gestiebat animus aggredi, Corniculum illud unum de multis cornibus hirci, p quem regnū Græcorū signabatur, ut iam p̄libatum est in fine libri præcedentis, quod uidelicet corniculū magnificatum est usque ad fortitudinē cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & robur datū est illi contra iuge sacrificiū ppter peccata, & deiecit locū sanctificatiōis, uidelicet Antiochus, q̄ appellatus Epiphanes, id est, nobilis, sub quo septē Machabæi fratres paruuli cū matre passi sunt. Jam in rem istā properus sermo tendebat, quæ nimis pars magna est p̄lii, quo p̄liatus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & satanas cōtra sēpeditū beatæ mulieris conceptū, id est, contra susceptum in fide antiquæ ecclesiæ ex tpe Abrahæ uerbum promissionis, sed mentē adhuc superius tenet illa uox ad Danielelem angeli dicentis: Daniel uir desideriorū, intellige uerba quæ ego loquor ad te, & noli metuere, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad affligendum te in conspectu dei tui, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Et ecce Michael unus de principibus primus uenit in adiutorium meum, & ego remansi tibi iuxta regem Persarum. Et rursum ait: Nunquid scis quare uenerim ad te, & nūc reuertar ut præliar aduersus principem Persarum? Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum ueniens, & nemo est adiutor meus in oibus his, nisi Michael princeps uester. Vox, inquā, eiusmodi mentem audientem, tanq̄ tuba uehemens, ad se cōuertit, & miraculo suo commonefacit, non p̄tere nos, quod non solum homines, uerū etiā angelicæ fortitudines motæ fuerint, & principes fuerint in prælio, quod declamare suscepimus, scribentes hoc opus de uictoria uerbi dei.

¶ Principes Persarum & Græcorum malos angelos debere intelligi, resistentes principibus bonis, id est, angelis. Caput III.

Principes

Pincipes istos Persarum & Græcorū, quales sint, unus de doctoribus eximijs beatus Hieronymus breuiter innuit: Isti sunt, inquit, principes, de quibus & Paulus apostolus loquitur: Sapientiā loquimur inter perfectos, quā nullus principū huius seculi cognouit. Si em̄ cognouissent, nunq̄ dñm gloriæ crucifixissent. Profecto & huiusmodi autoritas deesset, prudēs tamē auditor, principes malos, angelos malos intelligere nō dubitaret, cōtra quos bonis principibus præliandum erat, qui cōtradictū precibus sanctorū hoim, & legationi sanctorum angelorū. Siquidem mūdi princeps diabolus à dño dictus est, & mūdus, ait apostolica ueritas, in maligno positus est. Cū de toto cōstet, de partibus quis dubitet? Si totius mūdi princeps diabolus, nōne cōsequēter partium mūdi, scilicet Persarum atq; Græcorū principes, malæ potestates, maiori principi diabolo subministrantes, recte intelligūtur? Nō em̄ Persæ & Græci dei cultores erāt, sed potius creaturæ quā creatori seruiēbāt, nō deum, sed pro deo dæmonia colebant. Persæ solem, quem & Appollinem dicebāt, Græci sub nomine uel obtētū sapiētiae suæ Mineruam, aliæque gētes alta dæmonum portēta, gens unaquæque suum præ cæteris singulariter, omnis autem uniuersaliter sub nomine Iouis principem dæmonum, principem mūdi diabolum colebāt. Et eiusmodi principibus, tam malis spiritibus, coram simulachris suis sese prosternebāt, utiq; quorum dii fuerūt, multo magis principes recte dicti sunt eorum.

¶ Principem populū dei Michaelē esse, bonos principes omnes inter se cōsentire malos uero neque cum bonis, neque inter se cōuenire. Cap. V.

Porro Danielis & totius populū deū uerū colētis, princeps erat Michael, princeps sanctus, angelus bonus, archangelus magnus. Nam idē angelus dicit: Et nemo est adiutor meus in oibus his, nisi Michael princeps uester. Et rursum ait: In tēpore autem illo cōsurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populū tui. Sub tam diuersis, imō cōtrarijs principibus positi hoies & reges gētium, in diuersum atq; cōtrariū tendebāt, & principes eorum mali, principes malorū, bonis principibus bonorum & deum cōsentium sine dubio resistebāt. Quoniam hic loquitur unus de bonis principibus: Princeps regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Et boni quidem principes semper sibi cōsentit, mali autem & semper bonis, quoad possunt resistūt, & sibi met semper dissentit, & semper inter eos iurgia sunt, quia superbi sunt, similiter qui sub ipsis sunt hoies mali, semper à bonis dissentit, & nihilominus cōtra semetipsum diuisi sunt, regnū aduersus regnum, ciuitas cōtra ciuitatē, domus contra domū, uir in uirū, & quāuis aliqui sint interdū cōsanguinitate iuncti, attamen nulla fides regni focis, omnisque potestas impatiēs cōsortis erit.

¶ Quale prælium sit inter bonos & malos principes.

Cap. VI.

Vnde autem principibus malis contra principes bonos uis ulla præliandi? Vnde uirtus resistendi? Vnde facultas cōtradicendi? Ex causis, ex hominum siue populorum peccatis. Præliatur quippe in campo iustitiæ, cōstitū iudicij. Mali pugnāt accusando, boni pugnāt defendēdo, iudice deo. In quātum magna & uera accusatio, in tātum tarda & inualida est defensio. Exempli gratia: Magna & uera fuit accusatoris accusatio, cōtra decem tribus Israhel, quæ appellabātur Samaria, diuisæ à domo Dauid, & à tribu Iuda. Magna, inquā, accusatio principis Assyriorum, quicūque fuerit ille angelus malus, quod nūquam recessissent à peccatis Ieroboam, qui peccare fecit Israhel, & incorrigibiles fuerūt, toties audito per prophetas uerbo domini, factis apud se p̄ Heliam & Helisæum tot signis, tot prodigijs. Et magna quidem, sed nō tam magna erat accusatio principis Persarum cōtra Iudæos, qui captiui tenebantur sub rege Persarum, quia peccauit quidem & tribus Iuda in Hierusalem, sicut decem tribus in Samaria, sed non tam pertinaciter. Nā aliqui ex regibus Iuda p̄ceniētiam egerūt, u Manasses, alij etiam iusti fuerūt, & populum correxerūt, ut Ezechias & Iosias. De regibus autem decem tribuū nullus (ut iam dictū est) recessit à peccatis Ieroboam. Magna igitur accusatio principis Assyriorum, & tam magna, ut nullus eos defendere potuerit, quin iuste tenendi essent perpetua captiuitate captiui. Accusatio autē principis Persarū magna quidem, sed non tam magna fuit, ut deberet esse sub rege Persarum insolubilis Iudæorum captiuitas: quia non fuerat eorum uel regū ipsorū.

K 4 insolub.

2. Cor. 1.

Johan. 17.

Dante. 10.

Dante. 12.

Dante. 10.

Principibus malis uersus bonos, unde uis præliandi.

Apoca. 12.

Dante. 10.

insolubilis culpa, id est, sine regum aliquorum & populi publica uel communi poenitentia. Proinde restitit quidem mihi, inquit princeps regni Persarum, subauditur, sed non usquequaque resistere mihi poterit, quia uidelicet causa nostra modusque peccati & principi nostro Michaeli, qui solus adiutor meus est in omnibus his, locum facit iuste defendendi, quod non debeat perpetua captiuitate teneri, quia non in perpetuum a domino recessistis, imo poenitentiae satisfactionem nonnunquam obtulistis, & nunc offertis.

¶ Quomodo princeps Persarum restitit, XXI. diebus. Cap. VII.

Quæ porro est ratio numeri huius? Princeps Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus: Videlicet quia tot diebus expectatum & desideratum fuerat a Daniele responsum diuinum, tanto desiderio, ut propter ibidem dici meruerit uir desideriorum. Tot inquam diebus expectatum fuerat responsum: Nam in diebus illis ego Daniel, inquit, iugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & uinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. Trium hebdomadarum dies, uiginti sunt & unus. Itaque tanquam de mora Daniel conquereretur, & tarditatis argueret angelum, ultroneam præfert excusationem, cur non uenerit a prima die iustus & ieiunius. Ex die primo, inquit, quod posuisti cor tuum ad affligendum te in conspectu dei tui, exaudita sunt uerba tua, subauditur, pro tua persona, quia coram deo iustitia inuenta est in te, non tamen die primo ueni propter sermones tuos, & ista causa fuit tarditatis, quia princeps regni Persarum restitit mihi, uidelicet contradicens, & asserens iniustam esse captiuitatis solutionem, & sic illo resistente, teque in oratione & afflictione perseuerante transierunt uiginti & unus dies, & nunc ueni tandem docere quæ uentura sunt secundum iudicium dei misericordiam & ueritatem, sic incipiens multa & admirabilia, tanquam historiam recitans, de futuris denunciat Danieli, quorum hic finis est: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

¶ Quomodo nobis orationibus mali spiritus prælietur cum bonis. Cap. VIII.

Terribile atque lamentabile hinc nobis datur documentum, ut sciamus causam esse apud dei iudicium, quotiens in aliqua tribulatione, seu publica, seu priuata, non cito exaudimur clamantes ad dominum. Scire namque debemus sanctos angelos inter deum & dei seruos administratores esse, nosque in conspectu eorum psallere & orare, semperque illos paratos esse ad offerendas deo orationes ecclesie. Scire etiam debemus angelos contra malos uenire, & contradicere illis, atque resistere, & cum sint iniusti, nostram contra nos declamare causas iniustitiae, quod uidelicet exaudiri non debeamus, eo quod neque plena fide oremus, neque propositas nobis exauditionis condiciones obseruemus, quæ sunt eiusmodi: Solue cogitationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui contra fracti sunt, liberos, & omne opus dirumpes: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosque induc in domum tuam. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce assum. Cum igitur inuocamus, & dominus non exaudit: dum clamamus, & non dicet: Ecce assum: scire debemus sanctis angelis inuocationes atque clamores nostros deo offerentibus resistere & contradicere malos angelos, habentes in manibus accusationem, iacula quæ sunt peccata nostra, non redempta iam dictis misericordiae operibus, quæ dominus in conditione posuit, si iuste exaudiri desideramus. Sed iam cœpta prosequamur.

¶ Quomodo sit intelligendum quod dictum est: Ecce Michael unus de principibus primus uenit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Cap. IX.

Ecce, inquit, Michael unus de principibus primus uenit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. At deinceps: Et nunc reuertar, ut prælior aduersus principem Persarum. Cum enim egredere, apparuit princeps Græcorum ueniens. Notanda est hæc litera, quia remansi dicit, non iuxta principem Persarum sed iuxta regem Persarum. Rex namque Persarum homo erat Darius uel Cyrus, cum quo uel iuxta quæ, quod melius dicitur, bonum angelum remanere oportebat, quia captiuorum causa hoc exigebat, Princeps autem Persarum angelus malus erat, iuxta quem non remanere, sed aduersus

aduersus quæ præliari bonum angelum decebat. Quid commodi, quid boni fructus inde pro uenerit, ex eo quod iuxta regem Persarum bonus iste angelus remansit, & aduersus principem Persarum præliatus est, non opus est querere, quia notum & iam superius tractatum est, qualiter rex Persarum instinctu dei Iudæorum captiuitatem soluit, & de reedificando magni dei templo decretum edixit, & deinde qualiter alius rex Persarum Assuerus retentus fuit, ne pessimum Amam Agagite hostis Iudæorum consilium persiceret, imo malicie eius machinationes in caput eius retorqueret. Vnde hæc tam feliciter euenerunt, nisi quia bonus iste angelus remansit iuxta regem Persarum, uidelicet administrans consilium bonum: Spiritus enim, inquit apostolus, administratorij sunt, & quia præliatus est aduersus sibi resistentem angelum malum, principem Persarum offerendo deo orationes, & defendendo causam captiuorum Magna sunt hæc & digna, ut pro illorum effectu sancti principes cœloque, præliarentur, si memoriter teneas, quod iam sepe diximus, quia reseruatio gentis illius, preparatio erat aduentus Christi Iesu, ut esset, unde illo nascente uerbum promissionis impleretur. Vnde gaudere & lætari habebant, non solum iste præliator angelus, & Michael adiutor eius, sed & omnes angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, uirtutes, cherubim, atque seraphim, cum omnibus hominibus bonæ uoluntatis.

¶ Quomodo sit intelligendum, quod ait: Cum enim egredere, apparuit princeps Græcorum ueniens. Cap. X.

Sed ecce aliud malum: Cum enim, inquit, egredere, apparuit princeps Græcorum ueniens subauditur ad obtinendum uel acquirendum Macedonibus imperium, sub quo uidelicet imperio, filij populi tui multi passuri sunt. Iam tunc apparebat, iam tunc ueniebat regnum Græcorum, agitante populos Græciæ isto, quæ dicit principem Græcorum. Nec mirum si iam uidebat angelus bonus in conspectu dei stans, & ab ipso egrediens, & ad ipsum regrediens, non inquam mirum, si iam uidebat uenire incipientem eiusmodi principem, quia uidelicet iam tunc magna Græci facere incipiebant. Promptum est uolenti ex historijs recollere, quanta postmodum Græci, maximeque Athenienses & fecerunt & passi sunt quæ præcipui uel primi Græcorum in rebus bellicis extiterunt, quippe quorum opera, inquit Pompeius Trogus, effectu maiora quam dicto fuere, quæ non modo ultra spem gerendi, ueruetiam ultra gestam fidem peracta sunt. Sub hisdem temporibus quando Danieli uisiones istæ reuelabatur, ipsum Darium a Cyro, tertium regem Persarum, cuius tempore hæc Danieli angelus in uisione locutus est, Athenienses uicerunt. Cognito namque Darii, quod Athenienses hostibus contra se auxiliatum essent, omnem impetum belli in eos conuertit. Cuius aduentu audito: Athenienses auxiliatum a Lacædemonijs petiuerunt, & magna cum alacritate animorum hostibus obuiani uenerunt Pugnatum est tanta uirtute, ut hinc uiros, inde pecudes putares, ducere milia Persarum eo prælio siue naufragio amiserunt. Claret itaque quomodo dictum sit: Cum enim egredere, apparuit princeps Græcorum ueniens, quia iam tunc Persarum a Græcis uinci incipiebant, & deinde Darii decedente, cum filius eius Zerxes habere milia septingenta Græciam intrasset, ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata, Græciamque omnem uix capere eius exercitum potuisse, duobus prælijs terrestribus, & tertio nauali prælio, in quo decies centum milium numero naues habuisse dicuntur, uicti sunt & introitus regis eorum in Græciam quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Mirum dictum, & ueteres recensentibus historias perspicuum est, quod crudeliter mali illi principes, angeli truces per eadem tempora luserunt in sanguine humano, nunc Græcis Græcos, nunc itidem Græcis cædentibus & occidentibus Persas impacabili furore, ita ut non ignores, cur dictum sit. Mundum in maligno positum fuisse uel esse, cuius uidelicet maligni diaboli principes suffraganei erant, illi iam dicti, quod quoniam principabantur illis non poterat pax esse impijs.

¶ Quomodo regnum Græcorum originem coeperit. Cap. XI.

Dixisse nos arbitramur de principe Græcorum, qualiter uenire coeperit, iam dicendum est, qualiter peruenerit, qualiter regnum Græcorum siue Macedonum (qui profecto Græci sunt) auctum imperium cum cæteris gentibus Iudæam quoque tenuerit & per quæ illa facta sint, quæ facienda superior uisio demonstrauit in cornu modico quod subortum est ex quatuor cornibus hirci supra memorati. Post annos imperij Persarum plus minus

minus ducetos uiginti, Alexander Macedo decedenti Philippo in regnum successit, eodem (ut putabatur) Philippo genitus, uirtute & diuitijs patre maior. Porro si uerum memorant, qui de illo scripserunt, ueraciter illum adduxit in regnū, & cum peruenit iam dictus ille malus princeps Græcorū, permittente deo, cuius permissio semper iusta est, licet malignorum principum uolūtas siue intentio semper sit iniusta. Ferunt namq; gestorum eius scriptores, Nectanebum quēdam maleficum per maleficia transfiguratum, in cornu Iouis dæmonium, quē dicunt Hammonē, Olimpiadis uxoris Philippi inisse cōcubitum, atq; exinde Alexandrum hunc fuisse generatum. Ferunt & hoc alij, quia qua nocte eum mater Olimpias concepit, uisa est per quietem cum ingenti serpente uolutari. Vtraq; hæc dicta scriptorum fati sibi consentiunt, nisi quod ab altero plus, & ab altero minus est dictum, & utrosq; libeter audimus, quod hoc uel illud dicere, est testificari quod illic nō defuerit malignorum cooperatio spirituum ubi conceptus est talis uir, talis futurus prædo terrarū, & (ut ait quidē insignis author) nō utile mūdo æditus exemplū tot gētes esse sub uno posse uiro.

¶ Regē Alexandrū se Hammonis filiū uideri uoluisse, idq; per hircū caprarū, qui terrā nō tangebatur, Danieli significatū fuisse. Cap. XII.

Aristoteles o/
mniū phorum
doctissimus.

Propter felicitatē prædæ suæ, qua prædatus est mūdum, & propter inuictam fortitudinē celeritatēq; uictoriæ præsignatus est per cornu insigne, quod habebat (inquit Daniel) hircus inter oculos suos. Puer namq; acerrimus literarū studijs eruditus fuisse dicitur, & deinde per quinquēniū creuisse sub Aristotele omniū philosophorū nobilissimo doctore, adeptus imperiū, regē se terrarū omniū ac mūdi appellari iussit. Tantæ superbiz fuit, ut de se plus q̄ de homine iuberet cēseri, & id ipsum maternū suæ conceptionis opprobriū, quod iam ante nullis auditū fuerat, uertit in gloriā sibi. Deniq; ut ait idem scriptores: Philippus ultimo prope uitæ suæ tempore filiū suū nō esse palam prædicauerat, qua ex causa Olimpiadem uelut stupri cōpertam repudiauerat. Siquidē ipsa Olimpias Philippo cōfessa fuerat, se Alexandrū, nō ex eo, sed à serpente (ut iam dictū est) ingētis magnitudinis cōcepisse, quod nō erat aliud, nisi adulteriū Nectanebi per maleficia transfigurati, scq; Hammonē esse, dicētis: Igitur Alexander, cū ad Iouem Hammonē pergeret, responsa petiturus de euentu futuro, & origine sua, cupiēs originem diuinitatis acquirere, simul & matrē infamia liberare, per præmissos subordinat, quid ab antistite templi sibi responderi uellet. Ingredientem templū statim antistes, sicut fuerat subordinatū, salutatur ut Hammonis filium, ille lætus quasi dei adoptione hoc se patre cēseri iubet: Rogat deinde, an omnes interfectores parētis sui sit ultus. Fuerat namq; Philippus i spectaculis à quodā nobili iuuenemine suspecto obrūcatus. Respondetur, patrē eius nec interfici posse, nec mori, regis Philippi penē peractā ultionem. Comitibusq; eius hoc fuit responsū, ut Alexandrū pro deo, nō pro rege colerēt. Ob tātā cordis eius supbiā reor sic uisum, & sic dictū, quia hircus caprarum ueniebat ab occidēte sup faciem totius terræ, & nō tangebatur terrā: Vt sit sensus, quia generationē suam nō terrænā, sed diuinā cēseri uoluit. Nam & moriēs ad postremū in templo Hammonis, utpote patris sui dei, corpus suum cōdi iussit.

Philippi inter
fectoz Paulas
nias.

¶ Quomodo Alexander Hierosolymam uenerit, & principem sacerdotum uestibus sacris indutum ueneratus sit. Cap. XIII.

Generatio p̄n
cipū sacerdotū.

Necdum causam commemorat, ut hircus ille, scilicet regnum Græcorum, Iudam & Hierusalem, templumq; nuper de ruina & igne Caldæorum resuscitatum, de uastaret, neq; cornu illud insigne ad hoc fuerat deputatum, ut faceret quod faciendū erat p̄ aliud cornu eiusdē hirci, iuxta uisōis supra memoratæ mysteriū. Sciendum q̄ppe, quia non nisi ob causas manifestas, non nisi ob scelera grandia contigit, ut uel Nabuchodonosor locum illum prius, uel Antiochus desertum redderet posterius. Causas præcedentis, id est Babylonicæ tempestatis suo loco diximus, causas sequentes postmodum dicemus. Igitur intendebat quidem diabolus contra deum, contra promissionis dei uerbum uibrare illud hirci cornu magnum, sed permissus non est, imō manifesta dei uirtute locus ille defensus est. Cum em̄ idem Alexander Hierosolymā adueniret, Phœnices (ait Iosephus) & Chaldæi secum reputabant, quia quicquid potuisset furor imperialis in ciuitatem, & ipse committeret, & ipsos committere pmitteret, & principē sacerdotū sum-

mis afficeret contumelijs. At idem princeps sacerdotū, nomine Iaddi, diuina uisione præmonitus fuerat, ut confideret, fertisq; ciuitatē ornaret, portasq; protinus aperiret. Et alij quidem cum ueste alba, ipse autē & reliqui sacerdotes cū legitimis stolis occurrerent, sperantes, nihil sæuum pati deo prouidente. Hoc factū uenit è diuerso quam putabant iam dicti Phœnices & Chaldæi. Nam Alexander uidens multitudinem uestibus albis indutā, antistites uero cum byssinis stolis, & principem sacerdotū cum tunica hyacinthina & aurea stola, super caput habentē cydarim & laminā auream, in qua scriptū erat dei nomen, adijt stola, super adorauit, & principem sacerdotū primus ueneratus est. Super hoc Syriæ regibus & reliquis stupentibus, corruptamq; regis mentē putantibus, cū unus ex omnibus interrogasset eū, dicens: Cur eum omnibus adorantibus, ipse adorasset principem sacerdotum gentis Iudææ? Non hunc, inquit ille, adorauit, sed deū, cuius principatu sacerdotij functus est, nā per somnium in huiusmodi eum habitu conspexi. Præclara uictoriæ pars, uictoriæ nominis uel uerbi dei, taliter ob adimplendā ueritatē promissionis, illam gentē reseruantis atq; defendentis, ut regnorum capita sibi humiliaret, dū & Babylonis caput Nabuchodonosor prophetam eius prociens adorauit, & Macedonum diadema magnus Alexander in sacerdotis ornatu nomen dei nihilominus adorauit, & eorū Mædijs tempore potentissimus Persarū Mædorūq; rex mysteriorū uictoriosę passionis eius, sicut suo loco dictū ē, appenso Aman in patibulo, licet ignorans concelebrat.

¶ Quomodo illud cornu fractum sit, id est, quomodo Alexander magnus uita decesserit. Cap. XIII.

Quomodo tandem cornu illud fractum est? Hircus em̄ caprarum, ait scriptura, factus est magnus nimis, cumq; creuisset, factum est cornu magnum. Quomodo fractū est? quomodo mortuus est, qui æstimabatur, & æstimari uolebat immortalis magnus Alexander? Venerat Babyloniā, & ibi per insidias ueneni accipit poculum, cuius ueneni tanta uis fuisse dicitur, ut non ære, non ferro, non testa contineatur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi potuerit. Accepto poculo, mediā portione, repente uelut telo confixus, ingenuit, elatusq; conuiuio semianimis ita amare cruciatus est, ut ferum in remedia posceret, tactumq; hominum uelut uulnera indolesceret. Sexta die discessit Alexander, mensē unū & annos tres & triginta natus, cuius temporis tam breuissimi nūc idcirco meminerimus, ut recogites, qualis uel quanta esse possit causa huius iuuenuli in iudicio antiqui dierum super thronum sedentis, & iudicantis de bestijs illis, quarum tertia bestia fuit hic pardus, id est, per pardum signatus, sæuus atq; superbus. Quale em̄ est, cum comēplatione illius antiqui, uidere iuuenem temporis tantilli rapientem regnū, quod idem autiquus disponere debuit, scq; appellari iubentem terrarū omnium regem ac totius mundi. Nimirum tale est, imō longeridiculosius est, q̄ si locusta subfiliat, & pro breui saltu gigantem se haberi uelit, tam magnū ut cælū contingat. Iam dudū de isto & de cæteris irreuerentibus, & in republica eiusdē antiqui dierū rapinam regnorū facientibus dictū fuerat. Perijt memoria eorū cum souitu, & dominus in æternū permanet, qui & permanens dicit: Consiliū meum stabit, & uoluntas mea fiet, subauditur, ut ille solus uincat, solus regnet atq; imperet, qui antiquus à me præelectus est, quia uerū & maternū est antiquitatis meæ iudicium, ut solus ille rex sit omniū, per quē solū omnia facta sunt.

Dante. 8

Aqua Stry
gis rollitur
Alexand.

Domini est
regnum.

¶ Fracto cornu, alia quatuor succreuisse, ideoq; draconē, cū septem tantum capita habeat, decem tamen diademata gestare Cap. XV.

Fracto cornu hirci magno, orta sunt, inquit, cornua quatuor super illud per quatuor uentos cœli. Id est mortuo Alexandro magno, diuisum est regnū eius in partes quatuor, & laceratum est etiam in externos, exceptis his quatuor regnis, Macedonia, Asia, Syria, & Aegypto. In Aegypto em̄ primus regnauit Ptholomæus Lagi filius, id est ad meridiē. In Macedonia Philippus, qui & Arideus frater Alexandri, id est, ad occidentem. In Syria & Babylone Seleucus, qui & Nicanor, id est ad orientem. In Asia & Ponto Antigonus, id est ad septentrionem. Hoc secundum plagas totius orbis. Cæterum quæ in Iudæa est ad aquilonem Syriam, & ad meridiē Aegyptū habet. Hic iā illud occasio suggerit, quod in Apocalypsi draco siue bestia hæc, cuius cōtra uerbū dei prælia præsentis operis

operis intentio recedenda suscepit, capita quidē septē, & in capitibus suis septē diademata, decē uero scribitur habere cornua. Nam ecce, inquit, draco magnus, rufus, habēs capita septē & cornua decē, & in capitib⁹ suis septē diademata. Cur ita sit, p̄sens locus uigilāter obseruau⁹ innuit, quia uidelicet dū in uno ex septē regnis, q̄ sunt septē capita draconis pro uno rege Alexandria decedēte, quatuor succedūt, & imponūt sibi oēs diademata, crescit nūerus regū, & decem fiunt reges septē regnorū, per quā (ut iam saepe dictū est) hoc agere instituit draco diabolus, ut irritū fieret promissionis dei uerbū. Nā & si in quatuor partes diuisum est regnū Macedoniae, pro uno tamen imperio computatū usq; ad Romanorū imperium, & una tantum pars, scilicet Syriae regnū per Antiochū Epiphanem draconis eius maliciam, id est, saeuam cōtra testamentū, dei, crudeliter exercuit persecutionem.

¶ Antiochum per cornu paruulum, quod de uno ex quatuor exierit, significatum fuisse. Cap. XVI.

Primus (ut iam dictū est) post mortē Alexandri: Syriae regnauit Seleucus, cognomento Nicanor, secundus Antiochus, qui appellatus est Soter: tertius & ipse Antiochus, qui uocabatur Theos, id est deus: quartus Seleucus, qui cognominatus est Callinicus, quintus Seleucus: cognomento Ceraunos, sextus Antiochus frater Seleuci, qui appellatus est magnus: septim⁹ Seleucus filius Antiochi magni: octauus Antiochus qui appellatus est Epiphanes frater Seleuci, iste est radix peccatrix, de q̄ prim⁹ liber Machabaeorum sic incipit: Et exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illustris filius Antiochi regis, qui fuerat Romae obses, & regnauit in anno ceteresimo & septimo regni Graecorum. Iste est quē ita prophetica uisio designat: De uno autem ex quatuor cornibus egressum est cornu unum modicum, id est, de Seleuco, qui cognominatus est Nicanor, ut iam dictum est, exiit rex iste Antiochus octauus ab illo, rex uirtute modicus, arrogantia magnus. Et factum est cornu illud magnum cōtra meridiem, & cōtra orientem, & cōtra fortitudinem, & magnificentiam est usq; ad fortitudinem caeli, & deiecit de fortitudine & de stellis, & cōculcauit eas, & usque ad principē fortitudinis magnificatus est, & tulit ab eo iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius, sicut in Machabaeorum libris narratur. Hanc malorum partem declamare, nostri propositi est, nam caetera regni illius mala, quae cōtra semetipsos, Alexandri principes & duces seu comites mox facti reges gesserūt, ad praesens nō pertinet negotium, quia uidelicet cōtra dei testamentum manus suas uel arma sua nō extulerūt, sed suum inuicem sanguinē male prodigi biberūt. Sunt historiae, quas quocunq; legit, plane animaduertere potest, Alexandrū nō degenerasse a serpente, imō daemōnio, de quo sub nomine Hammonis fuisse cōceptū se, ipse gloriatus est, cuius uidelicet Alexandri superbiam, celerem cadēs in mortem, caedē plurimarum seminarium fuit, suosq; domesticos contra semetipsos diuisit odijs uiperis, discordijs serpentinis.

¶ Onyae primum sanguinem quintum hoc draconis caput maduisse, & rufum factum fuisse. Cap. XVIII.

Pincipium sanguinis, quo caput istud draconis, caput quintum maduit, & rufum coepit fieri, caedes Onyae pontificis extitit p̄ij, & mala odio habētis, propter cuius pietatem, cum leges adhuc optimae custodiretur, & sancta ciuitas in omni pace habitaretur, fiebat, ut ipsi reges & principes locum summo honore dignū ducerēt, & templum maximis muneribus illustrarēt, ita ut Seleucus Asiae rex de redditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorū pertinentēs. Vita excefferat Seleucus, regnūq; susceperat Antiochus, qui Epiphanes, id est, nobilis appellabatur. Rege illo falso nobili, & uere ignobili regnate, Menelaus qui Onyas dictus fuerat, sed Graecorū aemulatus gloriam, inter caetera gentilis ritus insignia, Graecū quoq; nomē assumpserat, ut uocaretur Menelaus. Auera quaedā uasa templo furatus, alia donauerat, alia uēdiderat, ob quam rem cum argueretur ab Onyae, egit ut ab Andronico, cui partem uasorū dederat, Onyas interficeretur: & ita factum est. Occisus itaq; est propter iustitiam primus in acie sanctoꝝ martyrum Machabaeorum, de quibus deo donāte nūc erit dicēdum. Xir in uita sua, & post mortem suam uenerabile habēs testimonium, quod fuerit uir bonus & benignus, uisū uerecundus, modestus moribus, & eloquio decorus, atq; a puero in uirtutibus exercitatus. Primus in hunc persecutionem

nam egit frater ipsius Iason, qui patrio nomine dictus fuerat Ihesus, sed sicut de Menelao iam dictum est, Graecas patriae legi praeferebat glorias, Graecum in primis uocabulū assumpserat, ut uocaretur Iason. Iste ambiens summum sacerdotium pecunijs oblati impius facile obtinuit apud regem impium, post hoc uitam quoque, ut iam dictum est, amisit Onyas propter iustitiam.

¶ Quibus peccatis populus meruerit, ut deus per Antiochum eos affligeret.

Caput XVIII.

Dicendum iam in primis, qualia propter peccata permissum ac iustum fuit ante deum, ut potestatem haberet caput illud nequissimum aduersus testamentum dei, talem, tam magnam ut pene periclitata fuerit spes promissionis, quam ut saepe dictum est, in mente tunc habebat ecclesia, secundum similitudinem mulieris in utero habentis. Malum ipsorum primum ab ipsis processit, ita ut exigeret iustitia fieri, quod faciendum esse dixerat in Dauid deus, in sermonibus suis iustus, & uincens cum iudicatur. *Psal. 88.* Visitabo, inquit, in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Acto nanque ut occideretur Onyas pontifex pius, propter quem, ut iam dictum est, leges optimae custodiebantur, praedicti Iason & Menelaus, & multi ab ipsis persuasi, acceperunt ad Antiochum, & ad notitiam eius perduxerunt, quod uellent patrias relinquere leges, & conuersationem & mores obseruare Graecorum. Rogauerunt ergo eum, ut praemitteret eis aedificationem Gymnasium Hierosolymis. Est autem Gymnasium nudorum exercitium, quo iuuenes nudi lucentes se exercebant. Gymnos Graece, nudus Latine. Cunque concessisset Antiochus, circumcisionem suam, inquit Iosephus, uelauerunt, ut non apparerent Graecis esse dissimiles. Quod ille dicit: & uelauerunt circumcisionem suam, hoc est, quod ait Scriptura *libri Mardocheorum.* Et fecerunt sibi praeputia. Circumcisus nanque impossibile erat sibi facere praeputia, nisi uelando circumcisionem, ne appareret quod non haberent praeputia. Hoc faciendo reuicerunt, inquit, a testamento sancto, subauditur, quod pepigit deus cum Abraham, in quo est praemissio feminis quod est Christus, cuius uidelicet promissionis fidem in eo negauerunt, quod circumcisionem signaculum fidei uelando, praeputia sibi fecerunt, & ita ueraciter a testamento sancto reuicerunt.

¶ Quibus successibus populi flagitia aucta fuerint. Caput XIX.

Initium dolorum fuit hoc, quod nimirum accerserunt sibi met ultro. Hoc initium statim secutus est profectus, & successit incrementum. Etenim ausus est sub ipsa arce Sion gymnasium constituere, ausus est etiam optimos quosq; Epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem, inquit, scriptura, hoc non initium sed incrementum quoddam, & profectus gentilis & alienigenae conuersationis, & propter impij & non sacerdotis Iasonis, nefarium & inauditum scelus, ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palaestrae & praebitionis eius iniustae, & in exercitijs disci, & patrios quidem honores nihili habentes, Graecas glorias optimas arbitrabatur. Vbi tales erant sacerdotes, qualis putas erat populus? Vbi occiso Onyae pontifice pio, suffectus Iason impius, & nō sacerdos, optimos Epheborū in lupanaribus ponebat, putas qualis erat iuuetus tā egregij pontificis alumna? Iam utiq; locus & tempus erat, ut ueniret sup̄ eos sententia maledictionū illa, quae in libro Deuteronomij quatenus fieret in exemplū subuersiōis Sodomae & Gomorrhae Adaniae & Seboim, quas subuertit dñs in ira sua & in furore suo. Nisi teneret dñm deū iuramentū suū, quod iurauerat ad Abraham & ad Dauid pro semine quod erat Christus, nasciturus ex illis, Esaia quoq; testate, cū dicit: Nisi dñs exercituū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus. Haec idcirco dicta sunt, ut appareat aliquatenus aequitas iudicij dei, quia nisi sola gratia referuare uoluisset gentem illā, propter adimplendā ueritatem promissionis, nō tantum sceleris manibus impij Antiochi, uerum etiā tali pene iustum fuisset illos subijci, quasi Sodoma, uel Gomorra succubuit. Nam etiā grauius erat peccatum istorū scriptā legem habentium q̄ Sodomorum legem huiusmodi non habentium.

¶ Quid sit quod dominus per Zachariam dixit: Quia ego iratus fui parum, ipsi uero addiderunt in malum.

Caput XX.

L. Ecce au

Ecce autem illud occurrit, quod in Zacharia propheta dominus exercituum prae-
tens: Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, & ira magna irascor sup gentes
opulentas, continuo causam istam subiungit: Quia ego iratus sum parum, ipsi ue-
ro addiderunt in malum. Et est sensus, ego zelo bono ductus, Visitavi in uirga ini-
quitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, potestatem dando gentibus, ut eos afflige-
rent parum. Ipsi autem quibus pmisi potestatem permisso abutentes exceperunt modum.
Nunc ergo discrete attendendum, & attente discendum est, quid iustus deus fieri uoluerit il-
li populo iratus parum, & qd gentes, ut tunc tps erant Graeci, plus faciendo addiderunt in
malum. Quod ut commodius fiat, dicendum in primis in quo sit ira dei parua, iuxta quam
dicit: Quia ego iratus sum parum, & in quo ira eius magna iuxta quam loquitur: Et ira ma-
gna ego irascor sup gentes opulentas. Simulq; & illud considerabitur, quia paruam iram su-
am zelum uocat, dicendo: zelatus sum Hierusalem, & Sion Zelo magno. E contra magnam
ipsius misericordiam, & paruam eiusdem, opportunum erit distinguere misericordiam, quia
sicut magnae irae magna est opposita misericordia, quam Dauid postulat, dicens: Misere-
rei mei deus secundum magnam misericordiam tuam, ita & paruae irae oppositam constat esse
paruam misericordiam, quam in Osee qualis sit audiimus, deo dicente: Quid faciam tibi
Efraim? Quid faciam tibi Iuda? misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros ma-
ne pertransiens.

¶ Quid sit deum irasci parum.

Caput XXI.

Ira dei parua. **I**ra dei parua iuxta quam dicit: quia ego iratus sum parum, subauditur Hierusalem &
Sion. Ira parua, uirga disciplinæ est, scilicet tpalis afflictio siue uexatio, ualens ad hoc ut
intellectum det auditui, ne forte Hierusalem siue Sion, scilicet electa quaelibet anima tē-
poralibus bonis inebriata consopiat, & auditus eius intellectum uerbi dei non habeat
in quo est uita, æterna. Talis ira zelus recte uocatur, dicente ipso: Zelatus sum Hierusalem,
& Sion zelo magno, ueluti cum uir diligens dilectam suam fortiter æmulatur euntem post
amatorem suos. Ecce, inquiens, ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam niaceria, & semi-
tas suas inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non
inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi erat tunc
magis quam nunc. Porro ira dei magna est, quod non zelatur, quemadmodum in Hiere-
mia dicit ipse: Cum zelus meus recesserit à te, & execrantem animam non requirit, neque se-
pit uiam eius spinis, ut aduersis offensa reuertar ad creatorem suum. Iuxta quod in Psalmo di-
ctum est: Secundum multitudinem irae suae non quæret. Huic ira magnae magna est oppo-
sita misericordia. De qua cum dixisset ad Dauid in iuramento suo: Visitabo in uirga iniqui-
tates eorum, & in uerberibus peccata eorum (subauditur filiorum Dauid) continuo subiun-
xit: Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Quæ nam est illa misericordia, nisi
promissio tunc adimplenda, nunc autem adimpleta? Nam & alibi: Deus, inquit, susceptor
meus: Deus meus misericordia mea: Deus meus, inquam, scilicet Christus, qui est sup omnia
benedictus deus in secula, quem profecto in sua psona, id est, de semetipso proloquens Da-
uid, susceptorem suum potuit dicere, quia futurum erat, & factum est, ut deus suus, uerbum
dei, uerbum deus suscipere ipsum Dauid, suscipere carnem nostram hominem uerum de
semie ipsius Dauid. Hæc misericordia tã magna, fructus est illius benedictionis, qua p̄ Isaac
iuniorem filium suum Iacob benedicens: Seruiant, inquit, tibi populi, & adorent te tribus:
Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ: Qui maledixerit tibi,
sit ille maledictus, qui autem benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Eo nanq; illa bñdī-
ctio tendebat, ut deus noster misericordia nostra, deus & homo Christus de stirpe Iacob na-
sceretur, quoniam responsum fuerat Rebeckæ: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo popu-
li ex uentre tuo diuidentur. Et idcirco fieri non poterat, ut ex ambobus nasceretur, utpote di-
uifis Iacob & Esau. Illa benedictio (quam sortitus est eiulans Esau dicente patre: In pingue-
dine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua) misericordia parua est, paruæ irae Dei,
de qua iam dictum est, opposita.

¶ Quid Antiochus addiderit in malum.

Caput XXII.

Iam ad

Iam ad id qd pposuimus redeundum est. sc. ad discernendum quid iustus deus fieri
uoluerit illi populo iratus parum. Et quid illa radix peccatrix Antiochus ille illustris,
plus faciendo addiderit in malum. Vnam tantummodo & paruam misericordiam, (si-
cut iam dictum est) sortitus fuerat Esau, scilicet, ut in pinguedine terræ & rore cœli de-
super, id est, bonis terrenis & temporalibus diuitijs abundaret. Vtramq; autem, uidelicet &
paruam & magnam misericordiam Iacob in benedictione acceperat quatenus eidem, & de
rore cœli & de pinguedine terræ daret abundantiam frumenti uini & olei, quæ parua mise-
ricordia est. Et semine eius, id est, Christo seruirent populi, & adorarent eum tribus, quæ ma-
gna misericordia est. Paruam illam misericordiam, paruam iram deus abstulit, quoties populum
illu propter peccata gentibus deuastrandu tradidit, sicut scriptu est: Et tradidit eos in manus
gentiu & dominati sunt eor; q oderut eos, & tribulauerut eos in imici eor;, & humiliati sunt
sub manibus eor;. Ipsi uero addiderut in malu, quoties hoc nisi sunt, ut misericordia magna,
misericordia æternã auferrent eis, nõ ut ipsi possiderent, sed ne fieret ulli homini, neue esset
apud ullum hominẽ fides dei, aut uerbum pmisionis, agitate illo diabolo dracone antiquo.
Ut exempli gratia: Nabuchodonosor regẽ Babylonis agitauit, quatenus tres pueros mitte-
ret in caminu ignis, quia statuã noluerunt adorare, quã ipse fecit. Sed de illo & de ceteris iam
dictu est, ad ea quæ impius gessit Antiochus sermo deuenit.

¶ Quæ Antiochus Hierosolymis fecerit, ad paruã dei iram ptinere. Ca. XXIII.

Postq paratum est regnũ in conspectu Antiochi, & coepit regnare in terra Aegy-
pti ut regnaret sup duo regna. Postq comprehendit ciuitates munitas in terra Aegy-
pti, & accepit spolia terræ Aegypti, conuertit & ascendit ad Israel, & ascendit Hie-
rosolymam in multitudine graui, & intrauit in sanctificationem cum supbia, & ac-
cepit altare aureum, & candelabrum luminis, & uniuersa uasa, & ornamenta, quæ in facie
templi erant & comminuit omnia, & c. usq; ad id quod dictum est. Secundum gloriam eius
multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctum. Hæc oia secundu
hunc modum, cuncta secundum hoc genus malor; direptio atq; cõminutio uasor; sanctor;
direptio thesauror; & cædes hominum, planctus magnus in Israel, & in omni loco eor; gemi-
tus principum & senior;, infirmitas iuuenũ & uirginũ, lamentu maritor;, & luctus matro-
narum, plaga magna ciuitatis & pditio populi multi (nam & ciuitatem succedit Antiochus
igni, domos quoq; & muros in circuitu destruxit) Hæc, inquam, omnia ptinent ad iram par-
uam, iuxta quod ait ipse dominus, quia ego iratus sum parum. Parua nanq; hæc fuerunt, quæ
circa corpus omnia uersata sunt bona temporalia, bona caduca, & quandoq; de futura citi-
us sustulerunt. De causa uel cupiditate eius, qua intrauit in Aegyptum bellum inferens ne-
potibus suis, id est, fororis suæ filijs: Ptolomæo Philometori & fratri eius Ptolomæo Phifico
ex Ptolomæo Epiphane genitus, & qualiter imperio Romanor; circumscriptus ac deterri-
tus inde recesserit, recitare p̄sentis non ẽ negotij, p̄sertim, quia ppositi sui uia tenens animus
digniora prospicit, & ad ipsã tendit.

¶ Quod Iudæos ad ritũ gentile coegerit, additamentũ fuisse in malũ. Ca. XXIII.

Sequuntur ea quæ recte dicas additamentum eor;, quemadmodum ait: Ipsi uero addi-
derunt in malum. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus
unus, & misit libros per manus nuntior; in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ,
ut sequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placa-
tiones fieri in templo dei, & prohiberent celebrare sabbatum & dies solennes. Et iussit ædifi-
care aras & templa & idola, & immolari carnes suillas, & pecora cõmunia, & relinquere fi-
lios suos incircucisfos. Et quicunq; nõ fecissent secudu uerbu regis Antiochi morerent. Et ædi-
ficauit abominadũ idolu desolationis super altare Dei, & per uniuersas ciuitates Iudæ in cir-
cuiu ædificauerut aras, & ante ianuas domor;, & in plateis incendebat thura & sacrificabat
& libros legis Dei combusserunt scindentes eos, & apud quẽcunq; inueniebantur libri te-
stamenti dñi, & quicunq; obseruabant legem dñi, secundum ædictũ regis trucidabat eum
Quis dubitet, quis discernere non queat, totum hoc additum esse super iram domini & pa-
tris seruos aut filios suos non perdere, sed corrivere uolentis? Ego enim, inquit, iratus sum
parum, scilicet uisitando in uirga iniquitates eor;, & in uerberibus peccata eor;. Ipsi uero ad-
diderunt

diderunt in malum, uidelicet ad hoc tendente diabolo agitatore illoꝝ, ut misericordiam meam auferret ab eis, & irritum faceret uerbu[m] promissionis, tollendo legē, auferēdo testamentū & libros testamenti, & ipsam quoq; gentem, ut dum non superesset gens unde salus futura sperabatur, consequenter nec ipsa salus mundi Christus, nasceretur.

¶ Diabolum propter eiusmodi additamēta, dictum esse Leuiathan.

Caput XXV.

Leuiathan qd interpretetur. Gene. 3

Perpēde nunc q̄ recte & quanta pro re, draco iste magnus serpens antiquus qui uocatur diabolus, & satanas uocetur etiam Leuiathan, quod interpretatur, additamentum eorū. Quorū enim eorū, nisi septem capitum sæpe dictorū. Ex quo dominus generi humano parum iratus dixit ad Adam: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes panem tuum, cunctis diebus uitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris; & emisit eum de paradiso uoluptatis. Ex quo, inquam, suis quoq; electis taliter parum iratus, mortales eos esse & breui tempore uiuere, & in laboribus breuem uitā ducere uoluit, semper diabolus institit, ut magna quoq; ira adderetur illis, id est, ut morte quo animæ permaneret mortui. Amplius autem postquā ad Abraham factum est uerbum promissionis, quo promissa est benedictio, quæ utique est destructio peccati & mortis, idem diabolus insanire cœpit, & contra promissionem eandem quatenus non fieret quod promissum fuerat, illa capita sua, de quibus nobis nunc sermo est, furiosius erexit, quæ nimirum quantum in ipsis fuit maxime illi populo, quoties deus iratus est parum, addiderunt in malum, ut uidelicet ablata illis libertate uitæ præsentis auferent etiam deum. Hoc est additamentum eorum, propter quod ipse qui addidit, siue qui addere uoluit, dictus est Leuiathan. Quod uocabulum non alium quempiam, sed ipsum constat posuisse deum primum in Iob, cum dicit ad eum: Nunquid extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis os eius; & cætera. Deinde in Esaia: In die illa uisitabit dominus in gladio suo duro & grandi, & forti super Leuiathan serpentem uectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet eum qui in mari est.

Leuiathan. Job. 40. Esaia 27.

¶ De ira dei magna quæ sit.

Caput XXVI.

Gladius durus magna ira dei.

Quid illa uisitatione iustius, quid illo gladio durius? Gladius namq; durus & grandis & fortis, magna est ira dei, quam iste Leuiathan generi humano, & illi præcipue genti, quæ uerbum promissionis acceperat, superaddere uoluit, ut auferretur illi misericordia, & non fieret quod promissum fuerat. Vnde animaduertere promptum est, ualde iustum esse, ut & ipse serpens antiquus, & omnia capita eius, omnes omnino impij, qui dicuntur, & sunt membra diaboli uel corpus, gladium durum, gladium gradem & forte, id est, magnā dei subeant iram, quoniā hanc ipsi superaddere uoluerunt electis dei, parua (ut iam dictū est) sustinentibus iram. Perpulchrū simulq; terrificū est illis percipere sensum huiusmodi, ubi dicit spūs in Apocalypsi Iohannis: Væ terræ & mari. Quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnā. Subaudire namq; decet ad cōparationē siue reuelationē minoris iræ, de qua iam dictū est, magnā esse, uel dici illā, quā habet diabolus irā. Siquidē & ratio docet, & Aristotelici quoq; uolunt, paruū & magnū non absolute, sed relatione uocabula quantitatis esse. Vt (uerbi gratia) cū dicitur mus magnus, & mons paruus, respectu, liorū dici intelligitur, quia paruus mons respectu montis maioris, & magnus mus sine dubio respectu minoris muris enuntiatur. Cū igitur dicit: Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnā. Terræ & maris nominibus, oēs impios significans, pulchre subintelligitur parua ira, quæ finē accepit, & quā oēs electi pertransierunt talia passi qualia possunt intelligi per illud dei dictū. Quia ego iratus sum parū. Diabolus namq; magnā habet irā super se positā, scilicet irreuocabile dānationis æternæ sententiā, & illam importat terræ & mari, id est, oibus impijs. Qui cū deus fuisset suis iratus parū, ipsi addiderunt in malum, ut auferrent illis misericordiæ spem, ut inferrent illis obliuionem dei. Væ illis, quia diabolus quam habet iram magnam communicat eis, ut habeant ipsi quod addiderunt, siue addere uoluerunt electis dei.

Apoca. 12.

Ibidem.

Saba. 1.

¶ Paruam dei iram placari posse, magnam non posse.

Caput XXVII.

Quomō

Quomodo tandem remota est illa ira dei, qua tunc temporis iratus fuerat parum, hostijs & muneribus? Hoc deniq; distat inter iram dei paruam, & iram dei magnam: quod ira dei magna nō expiatur uictimis & muneribus usq; in æternum. Sicut & ad beatum Iob de iam dicto Leuiathan, id est, diabolo habente iram magnam dominus dicit: Non parcā ei uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Parua autē ira dei, placari potest hostijs & muneribus, & sub lege & in gratia dispositis, maxie autem his, q̄ supra legem uel præceptum quisq; spontanea deuotōe supererogauerit. Exempli gratia, tradendo corpus suum p[ro] testamento dei. Quibus ergo uictimis, q̄bus muneribus illa ira, qua nunc deus parum iratus fuerat, placata siue remota est? Non holocaustis arietum & tauroꝝ, neq; in milibus agnoꝝ pinguium, sed sicut in fornacem Babylonicam tres pueri missi, in animo cōtrito & spū humilitatis suscepti sunt, ita septem fratres cum matre sua passi meruere suscipi sacrificiū beneplacitum, per quod loco & omni populo iram domini placari dignum fuit. Vnde & statim post passionem illorū subiūctum est: Quia Iudas Machabæus, & qui cum illo erāt conuocātes cognatos, & eos q̄ permanserāt in Iudaismo, assumentes & inuocātes dominum, ut miseretur templo & ciuitati, & uocem sanguinis ad se clamantis audiret, memoraretur quoq; iniquissimas mortes innocentium paruuloꝝ, & armis uti cœperunt, deo nimirum confortāte, & effectū tribuente. Ira em̄ domini, inquit scriptura, in misericordiam conuersa est.

Ira dei 2 magna 2 parua

2. Mach. 8.

¶ Mulierem in utero habentem denuo parturisse & clamasse. Ca. XXVIII.

Quis nō audiuit clamores illius tpis, clamores mulieris in utero habentis & parturienti clamantis? Sæpe dictū, & sæpe dicendum est, nec fastidio esse debet, quia summa præsentis opusculi in mysterium respicit signi magni & mirabilis, scilicet draconis rufi septem capita habentis, & ante mulierem, quæ erat paritura, stantis, ut cum pareret, filium eius deuoraret. Clamabat mulier in utero habens & parturientis, clamabat ecclesia tpis illius fidem & spem in uerbo promissionis habens, & cruciabat ut pareret, id est, desiderabat, & desiderando fatigabatur, ut promissiones suas de semine Abrahamæ deus adimpleret. Quis, inquam, clamores tpis illius nō audiuit? Væ mihi, Mathathias inquit, ut quid natus sum uidere contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ & sedere illic, cum datur in manibus inimicoꝝ. Templum eius sicut homo ignobilis, uasa gloriæ eius captiua abducta sunt. Item, & ieiunauerunt, & induerunt se cilicis, & cinerem sparserunt in capite suo, & destituerunt uestimenta sua, & suscitauerunt Nazareos, qui impleuerant dies, & exclamauerunt uoce magna in cœlum, dicentes: Quid faciemus istis, & quo eos ducemus? Et sancta tua cōculcata sunt, & cōtaminata sunt. Et sacerdotes tui facti sunt in luctu & humilitate, & ecce nationes cōuenerūt aduersum nos, ut nos disperdant. Tu scis quæ cogitat in nos. Conuenerāt em̄ exercitus multoꝝ miliū, ut ueniret in terram Iuda, & disperderet eam. Ipsi autē cum pauci essent, & nūc clamemus dixerūt in cœlum, & miseretur nobis deus, & cōteret istos ante faciem nostrā hodie. Plena est historia dierū illorū, rerūq; gestarū series clamoribus huiuscemodi, qui uere secundū mysterium præscriptū clamores erant mulieris in utero habentis, & parturientis, & in parturiendo magnum cruciatum habentis.

1. Mach. 2

1. Mach. 4.

¶ Septem fratres Machabæos, & matrem eorum, præcipue cum paterentur clamasse. Caput XXIX.

Quod si singulari desiderio gemitusq; animæ, quæ in illius magnæ mulieris persona unum sunt, magnus clamor extitit ad deum. Quid de illa censes, quid putas de matre septem filioꝝ, quæ supra modū mirabilis, & bonorum memoria digna, pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspexit? Deniq; bono quidem animo ferebat propter spem, quam in domino habebat, singulosq; illorum hortabatur. Non ego, inquiēs, uobis in utero meo spiritum & animam donauit, neq; singuloꝝ membra compegi, sed em̄ mundi creator, qui formauit hominis natiuitatē, quiq; omniū inuenit originem, & spem uobis iteꝝ cum misericordia reddet & uitā. Bono quidē, inquam, animo propter spem futurę resurrectionis natorum supplicia mortesq; ferebat, sed nihilominus natura materno affectu dolebat, magnoq; ad deum dolore clamabat. Et singuli quidē natoꝝ in suo

2. Mach. 7.

dolore, suaq; poena clamabant. Mater autem, quæ & nouissima post filios consumpta est, in mortibus omnium, in doloribus singulor; abundantius doluit, & altius clamauit, nec mi; nori singulos mentis cruciatu peperit deo, q; cruciata est, dum singulos pareret mundo. Itaq; saltem in una matre illa perpende de uniuersa die; illo; ecclesia, q; congruū, q; diuini horro ris plenum fuerit, uel sit mysteriū, draconem tot capitum stetisse ante mulierem in utero ha; bentem, scilicet uenturum Christum fide expectantem, ut filiū eius deuoraret, ut fidem pro; missionis de corde eius auferret. Quintū regnum illius draconis, regnū illud erat nequiter erectū regnante Antiocho ad infestationem mulieris, quod nimirū in illa matre septem fi; lior; pene uisibiliter apparuit. Ante istor; quidem scilicet matris & septē filior; passiones, multus sanguis ab Antiocho fusus fuerat, quæ ad deum clamabat, sicut postmodū dictū est ut uocem sanguinis ad se clamantis audiret. Sed istor; sanguis uocē grandiorē habuit, & ad supernos auditus perueniens, iræ finem imposuit.

¶ Quod carne porcina uesci noluerint, passionis eorum causam fuisse, & q; mun dis omnia munda. Caput XXX.

Liborum usus

Noli attendere quasi paruā passionis eor; causam, dum legis, hoc tantū, quia con; tigit eos cum matre apprehensos cōpelli à rege, comedere contra ius, carnes por; cinas, flagris & tauris cruciatis. Ille nanque carnes nō solum porcinae, uerum eti; am immolatiæ erant, id est, dæmonibus immolatae erant, sicut enim in præce; dentibus habes: Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Ducebatur enim cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Et cū Liberi sacra celebraretur cogebantur hedera coronati Libero circuire. Et in primo Machabæorum libro manifestū us dictum est, quia iussit Antiochus immolari carnes suillas, & pecora communia. Cum er; go audis carnes porcinas, subintellige etiam immolatiæ. Duplex certaminis causa, quia ui; delicet carnes porcinas lex inter imunda reputauerat, & his uesci prohibuerat. Et quæ imo; lant gentes, ait Apostolus, dæmonijs immolant, & non deo. Porrò de causa una, scilicet de eo quod litera legis hæc inter immunda reputat, spiritus uiuificas per euangelij gratiam nos liberat, dicente Apostolo: Omne quod in macello uenit, manducate. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est Idolis, nolite manducare. Item ad Timotheum: Quia omnis creatura dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per uerbū dei & orationem. Item ad Titum: Omnia munda mundis, coinquinatis autē & infidelibus nihil mundū. In Actibus quoque Apostolor; V isum est, inquit, spiritui san; cto & nobis, nihil ultra oneris uobis gentibus imponere, q; hæc necessaria, ut abstineatis uoa; ab immolatis simulachrorum, & suffocato, & fornicatione, & ea quæ uobis fieri non uul; tis, alijs ne faciatis.

2. Mach. 6.

1. Cor. 10.

Ibidem.

1. Tim. 1.

Tit. 1. Act. 15.

¶ Qua ratione deus in ueteri lege, inter munda & immunda discreuerit. Caput XXXI.

Discrimina ci; borum

Non est hoc ex leuitate siue mutabilitate, sed ex iudicio & ratioe, quod unus idēq; deus, & legē dedit de mundis & imundis, & in euangelio, siue per euangelij mi; nistros dicit omnia esse munda mundis. Utiliter huius rei consideratio procedit, si rite perpendas, & quid de præceptis suis ipse dicat in pphetis, & quid tunc euene rat, quādo eiusmodi præcepta dedit. In Hezechiele dicit: Eiēci eos de terra Aegypti, & edu xi in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciat homo, & ui; uat in eis. His dictis cōfestim culpans eos, quod præcepta sua reprobassent, & post Idola su; issent oculi eor;. Ergo, inquit, & ego dedi eis præcepta nō bona, & iudicia in quibus non ui; uent, & pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omē quod aperit uuluum. Ecce quanta differētia præceptor;, alia præcepta & iudicia bona quæ faciat, & uiuat in eis, alia nō bona, in qbus nō uiuēt, ait, ut alia ab alijs, ut bona clare discernamus à non bonis. Recurramus ad tpa, uel ad ordinē ipso;, quō & qbus causis Intercurrentibus tā differentia præcepta dedit. Venerat ad mōtem Oreb, & locutus est per Moysen, præcepta utiq; bona: Non habebis, inquit, deos alienos corā me, &c. usq; ad id: Nō inibis cū gētibus sedus, nec cum dijs eor;. Interea dū cū Moysē loqueret, fecerūt sibi uitulū cōflatilē, & adorauerūt, atq; hostias immo; lauerunt. Eatenus Moyses populo, non uelata facie bona & uitalia dei præcepta dederat. Deinde

Ezech. 20.

Exo. 20.

Exo. 22.

Exo. 32.

Deinde sub introeunte reatu uitulī, faciem eius uelari oportuit, quando loquebatur ad popu lum, & quæ præcepta dedit, ex tunc præcepta bona nō sunt, in quibus non uiuunt, ut sunt hæc de mundis & immundis animalibus, de lepra corporum, de lepra uestimētorum, & de lepra domorum, & cætera huiusmodi, qualium utiq; litera occidit, spiritus autem uiuificat, nūc reuelata facie Moysi. Hæc idcirco nūc dicta sint, ut constat rationabiliter in doctrina apostolica superfluas duci disputationes propter ciborum differētiā: quia uidelicet manife; ste (sicut iam dictū est) præcepta huiusmodi nō bona fuisse deus ipse asserit, quor; causa ut da rentur, præcedēs præuaricatio fuit &c.

¶ Septem fratres Machabæos præcipue uenerabiles esse, quod resurrectionem mortuorum aperte confessi sunt. Cap. XXXII.

De pijs martyribus sermo habitus ita claudatur, ut uenerabiles nobis illos in euan gelio Christi cæteris arbitremur. Quam ob causam: quia uidelicet in passionibus suis, ubi pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & grauissimis supplicijs sub diderunt, beatæ resurrectionis fidem & spem sonora uoce confessi & testificati sunt. Tu quidem scelestissime, ait unus ex illis, in præsentī uita nos perdis, sed rex mundi de; functos nos pro suis legibus in æternā uitæ resurrectione suscitabit. Alius linguam ut præ; cederetur postulatus, & manus constanter proferens & extendēs, è cælo, inquit, ista possi; deo, sed propter dei leges nūc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Deinde sequens, cum uexaretur, iamq; esset propinquus ad mortem, potius, inquit, est ab hominibus morti datos spem expectare à deo iterum ab ipso resuscitandos. Tibi em̄ resurre cō ad uitam non erit. Mater quoq; ipso; martyr & plus q; martyr, quæ pereuntes septē fi; lios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem, quam in domi; no habebat, adhortans illos: Mundi creator, inquit inter cætera, qui formauit hominis nati; uitatem, quicq; inuenit omnium originē, & spem uobis iterum cum misericordia reddet & uitam. Et inclinata ad illum qui residuus erat filiorum nouissimum, inter cætera dignus, in; quit, fratribus tuis effectus suscipe mortem, ut in illa miseratione te cum fratribus tuis recipi; am. Nobis igitur quorum fidei summa resurrecō mortuorum est per Iesum Christum, nō abs re inter omnes sanctos ueteris testamenti isti uenerandi sunt, qui in suis pretiosis mortib; us, tam pium atq; clarū sanctæ resurrectionis testimonium cecinerunt.

2. Mach. 2

NONI LIBRI FINIS.

RUPER TI ABBATIS TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER DECIMVS.

¶ Sanctos per fidem uicisse regna. Cap. .I.



SANCTI, INQVIT APOSTOLVS, PER FIDEM rucurunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones. Obduraue iunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exteri; orum. In sancto uictorum eiusmodi concilio, in fortium talium exercitu is; clyto libenter aspiciamus bellatores Machabæos, Iudam & fratres eius ac socios, quorū bel; lica uirtus, quorū labores & certamina gloriosa Christum saluatorem nobis quodammodo pepererunt, quia gentem suam de qua Christus nasciturus erat & natus est, cū eam gētes de lere uellēt magnanimiter defenderūt, & illud iam dictū draconis caput quintū in rege An; tiocho, eiusq; ducibus uiriliter percusserūt uerbo dei, uerbo deo cooperante laboribus ipso; rum, ut ille impius rex, sicut de illo ad Daniele m fuerat prædictum, sine manu conte; reretur. Isti sunt paruulū illud auxiliū, quod iam præuisum atq; promissum fuerat, dicēdo:

Sancti per fidem uicerrunt regna. Heb. 11.

Cūq; corruerint, subauditur, de populo plurimi, subleuabūtur auxilio paruulo. Nam si respicias multitudinem aduersariorum, si recogites milia castrorum hostilium, quid uel quātum erat Matathias de uico uel monte Modyn, cū quinque filijs & aliquot cognatis, & illis q̄ permanserant in Iudaismo popularibus suis. Reuera secundum numerum suum, paruulū fuisse re auxilium, sed secundum fidem suam & dei misericordiam, maximum sibi & omni seculo pepererunt adiutorium.

¶ Sanctos egentes, angustiatos, afflictos, in solitudinibus errasse, in montibus. Cap. II.

Qui unctioem habet ex deo, quæ uidelicet unctio docet nos de omnibus, ait Iohannes apostolus. Ipse congemiscere didicit, & congemiscit illis, Quia mala multa sunt experti egentes, angustiat, afflictus, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Vna die usq; ad mille animas hominum in deserto interfecti sunt in die sabbatorum, eo q̄ uerebantur propter religionem & obseruantiam manu sibi met auxiliium ferre. Moriamur, dixerunt, in simplicitate nostra & testes erunt super nos cœlum & terra, q̄ iniuste perditis nos. Sed quid sequitur? Et dixit uir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris citius disperdent nos à terra, & cogitauerunt die illa dicentes: Omnis homo quicumq; uenerit ad nos in die sabbatorum pugnam aduersus eum, & nō moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Et hæc Iosephus, inquit Iosephus, permanet nobis cōsuetudo pugnandi, etiam si tali die bella cōsurgant. Igitur qui (ut iam dictum est) unctioem habet ex deo, & quem unctio eius docet de oibus, ipse scit, ipse intelligit, ipse in statera rationis appēdit, multū in istis experimētum posse ostēdit dictum Apostoli dicētis: Egētes, angustiat, afflictus, in solitudinibus errātes, in montibus, & in spelūcis, & in cauernis terræ, Et ista perpēdens grates profundas agit afflictæ illorum fidei, Quia ueraciter in doloribus pepererūt nobis, parturierūt animæ illorum omni seculo æternæ fructum salutis, natiuitatem Iesu Christi ueri & æterni saluatoris. Nō dicimus neq; dicere possumus uel asserere, quod omnes illi cuiuscūq; sexus uel ætatis tali tempestate cruci dati, sciētiam habuerint uel habere potuerint, tātæ spei, tātæ expectatiōis in promissioe, quæ dicta est ad Abraham beati seminis uēturi Iesu Christi, sed hoc admiramur in laude uerbi dei, in firmamēto propositi dei, quod multis etiam nesciētibus amorem præcordialiter infudit cōseruandi generis sui atque defendēdi, de quo nasci oportebat salutem generis humani, Christum dei filium secundum promissionis ueritatem promissionem ueritatis. Quia deus uerax est, Et clamabat ad eum humilitas peccatorum per os David: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.*

1. Mach. 2

Salat. 3

Psal. 70

¶ Quāta fuerit lætitia templi emūdati & renouati. Cap. III.

Vid de lætitia magna dicam, quæ facta est in populo de emūdatione ac renouatione templi, quod cōtaminatum steterat per tres annos. Nam lætitia q̄ magna fuerit eorum in hymnis & cōfessionibus benedicētium dominum, Iosephus quoq; testatur. Ab illo, inquit, tempore per octo dies hęc renouationis templi festiuitatem celebramus, uocātes eam lumina, eo quod præter spem hoc nobis splēdidum lumen colēdæ religionis apparuit. Quis nisi deus mētibus eorum tātum nominis sui infudit amorem, ut recuperationē loci in quo nomē eius inuocaretur, tātā lætitia cōcelebrarēt, tamq; luminosam ducerēt, & per singulos annos octo diebus, quod eatenus nō fiebat, celebrādam decernerēt? Siquidem Salomon octo quidem diebus dedicationē celebrauit, & in die octaua dimisit populum. Sed nō est scriptum q̄ totidem, id est octo diebus cōstituerit per singulos annos dedicationis eiusdem celebrari festiuitatem. Igitur & hoc in laude magna deo est ascribēdum, cuius i manu sunt corda filiorum hoim, quia promissiois suæ memor, ut eam adimpleret, mittēdo in plenitudinem temporis filium suum uerbum suum egit infundēdo desiderium, egit impēdēdo auxiliū, quatenus gēs ipsa, de qua promissioem adimpleri oportebat semetipsum defenderet & locum.

¶ Quam sedulo flagitauerit Chuno ut proceium. ij. Machabæorum, interpretaretur, idq; se iam facturum. Cap. III.

Nūc

Nunc ad illud (quod efflagitasti, & instanter exigit Chuno amicorum murenu las aureas facientium sponsæ & dilectæ regis æterni ualde familiaris) sermo præsens sese intendit, scilicet ad elucidādum quoad possibile erit, & deus donabit scripturam, quæ secundum Machabæorum librum quasi prologus uel proceium præcedit. Vno eodemq; tractatu diligens animus utrunq; efficere gestit, scilicet & magnitudinem dignitatemq; eius, cuius iam breuiter memini, declamare lætitiæ pro renouatione templi & scripturā aliquatenus elucidare iam dicti proceium. Deniq; maxime circa illā renouationis templi lætitiā scriptura illa uersatur, talē habens intentionē, ut omnia omnino ubi cūq; sit Iudæus, ubicūq; sit confessor uerus, qui & nomine & re sit cōfessor, quod sua interpretatione signat hoc nomen, quod est Iudæus, de illa templi reparatione gratuletur, cor de magno & animo uolente, ad aperto corde in lege dei & in præceptis eius. Et reuera si causam, quā præ manibus habemus, attendat Iudæus, si magnū dei negotiū, quod propter implendas promissiones suas deus habebat cū hominibus, cōsideret, dei cōfessor uerus causam habet cur gratulet, cur tēplū illud Machabæorum laboribus reparatū fuisse lætēt, suasq; uoces admisceat illorū uocibus dum benedicendo in hymnis & confessionibus, Quod hodie quocūq; sanctā ecclesiam Christi per totū orbē facere non ignoramus, ubicūq; inuocatur nomen dñi, ubiq; dedicatū est uel dedicatur altare, uel templū nomini dñi, illic istorū & memorabilium Machabæorum simul redolet memoria & floret, & uoces animarū illorum salutem nobis æternam parturientiū chorus ecclesiæ cōsonat cebriter, celebrat consonanter. Igitur ad magnificandā rem tam gratiosā, tam gloriosā secundū illud proceium procedendū est. Et si minus quam petis uel optas elucidando illud factum fuerit, meæ non negligentia, sed impossibilitati recte deputabis.

Iudæus, id est confessor.

¶ Onyam cum multis Iudæis Aegyptum profectum fuisse, ibiq; templum ædificasse. Cap. V.

In primis dicēdū cur Iudæi, uel ex quo tūc essent per Aegyptū, ad quos sic incipit: Fratres qui sunt per Aegyptū Iudæis salutem dicunt. Fratres qui sunt Hierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonā. Anno centesimo quadragesimo nono regni Græcorū rex Antiochus Manelaum interfecerat fratrem Onyæ minorē, cui pater eiusdē Antiochi summū sacerdotiū contulerat. Tres quippe fuerant filij Simonis pontificis, uidelicet Onyas, q̄ patri in pontificatu successit, quēq; Andronicus interfecit, & Iesus & alter Onyas, quorum Iesus Iasonē, Onyas uero Menelaum se appellari fecit, ambo Græcis nominibus delectari, ritumq; gentilem se mutari uelle professi. De Onya filius paruulus relictus fuerat, dictus & ipse Onyas. Cumq; Onyas (ut iam dictū est) ab Andronico interfectus fuisset, fratri eius iam dicto Iasoni Antiochus Epyphanes pontificatum tradiderat, sed rursus sibi sublatum honorem Menelao contulerat. Mortuo Antiocho cum successisset sibi filius æqui uocus, interfecit eundem Menelaum suggerente Lisia, causam hunc esse omnium malorum. Filius autem pontificis Onyæ, de quo prædiximus, qui defuncto patre ad huc puerulus fuerat derelictus. Videns, inquit Iosephus, q̄ patrum suum Menelaum rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, nō existēte de genere sacerdotum flexus à Lisia ut transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum, fugit ad Ptolomæū regem Aegypti, & honorem meruit ab ipso & uxore eius Cleopatra, locumq; petijt in regione Heliopolitana, ubi simile Hierosolymorum ædificaret templum. Templum illud permansit usq; ad imperium Vespasiani annis ducentis quinquaginta. Ipsa autem urbs quæ uocabatur Onyæ, postea dimicantibus aduersum Romanos Iudæis, ad solum usq; deleta est, & neq; urbis neq; templi restat uestigiū. Sub occisione igitur Onyæ pontificis infinita ex animas Iudæorū ad Aegyptum confugerunt. Asserebat em̄ Onyas se Esaia implere uaticiniū scribentis: Erit altare domino in medio terræ Aegypti, & titulus dñi iuxta terminum eius. Sed & antea nō parua Iudæorum multitudo in Aegyptum descenderat. Siquidem Ptolomæus filius Lagi multos captiuos à montanis Iudææ, uel à uicinis locis Hierosolymorum trahēs, ad Aegyptum commigrauit, quos uidelicet Iudæos Ptolomæus Philadelphus, qui iam dicto Ptolomæo Lagi filio successit, famulātet in Aegyptio à seruitutis uinculo resoluuit usq; ad centum uiginti milia, sicut Iosephus commemorat.

¶ Quoties,

¶ Quoties, & quibus temporibus Iudæi Hierosolymis scripserint
fratribus in Aegypto. Cap. VI.

ERant itaq; Iudæi per Aegyptū, & ad illos Iudæi qui erāt Hierosolymis, & qui in re-
gione Iudæa scripserūt anno fere cētesimo nono. Postq̄ Menelao (sicut iā dictū est)
interfecto, & Alchimo pontificatū adeptō, junior Onyas cū infinita multitudine Iu-
dæorū cōfugit in Aegyptū. Siquidē anno cētesimo quadagesimonono regni Grae-
corū cōstat Antiochū Eupatorē interfecisse Menelaum. Anno autē cētesimo octogesimo
octavo, populus qui est Hierosolymis ait: Hæc scriptura his qui in ægypto sunt Iudæis salu-
tē & sanitatē. Veruntamē & illud attendere causā poscit, q̄ cōiuncta uel cōtinua narratiōe
legimus hic. Regnāte Demetrio anno centesimo & sexagesimonono, nos Iudæi scripsim⁹
uobis in tribulatione, & ipetu qui superuenit nobis in istis annis. Ex q̄ recessit Iason à sancta
terra & regno, portas succenderūt, & effuderunt sanguinē innocentē, & orauimus ad dñm
& exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & p̄-
posuimus panes. Et nunc frequentate dies Scænophegiæ mensis Casleu, anno centesimo
& octuagesimooctauo populus q̄ est Hierosolymis & in Iudæa senatusq; & Iudas; Aristo-
bulo magistro Ptolomæi regis, q̄ est de genere Christorū sacerdotum, & his qui in ægypto
sunt Iudæis, salutē & sanitatē. De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agim⁹
ipsi, utpote q̄ aduersus talē regē dimicauimus &c. Manifeste præsens textus literę demon-
strat, quia fratribus qui erant per Aegyptū, non tantū semel, sed bis scripserunt fratres Iudæi
qui erant Hierosolymis & in Iudæa & inter utrunq; scriptum, tempus interfuit ferme decē
& octo annorum. Simulq; & hoc sciendū, quia regnante Demetrio, annus centesimus &
sexagesimus nonus, quo primū scripserunt: quartus idemq; ultimus fuit annus principatus
Ionathæ fratris Iudæ. Annus autē centesimus octuagesimus octauus, quādo secundo scri-
pserunt, annus fuit undecimus post mortē Simonis fratris eiusdē Ionathæ siue Iudæ, quem
uidelicet Simonē interfecit p̄ insidias gener ipsius Ptolemæus filius Abobi. His ita se haben-
tibus claret, q̄ ille Antiochus fuerit de cuius interitu gratulant̄, narrantes qualiter in Perfide
cecidit, q̄ uidelicet is fuerit Antiochus filius Demetrii, q̄ & p̄secutus est Trionē impiū, &
uicit, sed & Iudæos in multis afflixit, & Simone adhuc uiuente, & post Simonem filio eius
Hircano principatum habente.

¶ Materiam, intentionem, & utilitatē prologi, secundo Ma-
chabæorū se prosequatur. Cap. VII.

HIc iā ut aliquatenus ad deuotissimā exactiōnē tuam assurgere possim, qua cupis &
petis, ut literæ feriem, quæ subobscura uidet̄, tibi elucidet, sermo intentus atq; studi-
osus in Verbo dei. Descēdere libet ad illud q̄d quondā audiuius inter scholares
paruuli, ubi lectiōnē suscipiētes materiā, intentionē atq; utilitatē p̄ponere magistri
solēt auditoribus suis. Materiā quippe, intentionē atq; utilitatē p̄ponere magistri
est distinctis expedire capitulis, ut tali ordine aliquatenus elucescat, q̄d in ista litera dicat Spi-
ritus ille q̄ in omni scriptura diuinitus inspirata præsens est, & loquitur Ecclesiis. Existimo,
q̄d materia, intentio atq; utilitas scripturæ huius, quāmlibet breuis tales sint, ut à sapientibus
digne debeant audiri: à sapientibus, qui non sunt sapientes in oculis suis, imò qui, ut sapien-
tes fiant stulti dignantur fieri: id est discipuli esse priusq̄ fiant magistri. Hæc igitur tria quæ
proposuimus dicturi simul atq; audituri, primum materiā quærimus uel proponimus, circa
quam maxime uersatur scriptura secundi huius Machabæorum libri.

¶ Quæ fuerit materia, siue argumentū eius prologi. Cap. VIII:

2 Mach. 14

Inspice, quia tota scriptura libri huius circa Dei legē, & maxime circa templū domini
uersat, q̄d tunc in toto orbē terrarum nomini domini dedicatū solum & unicū habeba-
tur. Principiū narrationis est de Helidoro, & ærarij custodia, qualiter omnino impossibi-
le fuerit eos decipi, q̄ crediderant loco & templo, quod per uniuersum mundū pro sui
ueneratione & sanctitate uenerabatur. Finis autem in ipso tēplo ē, ubi Nicanor, q̄ extendens
manum ad templum iurauit: Nisi mihi uictum Iudæam tradideritis, istud Dei phanū in pla-
niciem deducā, & altare effodiā, & templū hoc Libero patri cōsecrabo. Atq; his dictis abiit
pugnāmq; commisit Nicanor in qua dux ipse primus in bello cecidit, omnesq; communi
confi-

consilio decreuerūt, nullo modo diem istam absq; celebritate præterire. Habere autē celebri-
tatem tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur uoce Syria, pridie Mardochæi die. Por-
rò media libri eiusdē hoc habent, quia qua die templū ab alienigenis pollutū fuerat, contigit
eadē die purgationē fieri, uicesima & quinta mensis, qui fuit Casleu, & cum lætitiā diebus
octo egerūt in modū tabernaculorū, recordantes quod ante modicum tēporis diem solennē
tabernaculorū in montibus & speluncis more bestiarum egerant, propter quod Thyrsos &
ramos uirides præferebant ei, qui prosperauit mundari locum suum. Et decreuerunt cōmu-
ni præcepto & decreto uniuersæ genti Iudæorū, omnibus annis agere dies istos. Isti sunt dies
scænophegiæ, de quibus fratres siue Iudæi, & qui in regione Iudæa scripserunt, semel & ite-
rum (sicut iam dictum est) Iudæis, qui erant per Aegyptum, dicentes: Et nūc frequentate
dies scænophegiæ, dicentes inquā secunda uice. Facturi itaq; uicesima & quinta mēsis Cas-
leu purificationem templi, necessariū duximus uobis indicare, ut uos quoq; agatis diē scæno-
phegiæ, atq; subiungentes, & diem ignis, qui datus est, quando Nehemias ædificato tēplo
& altari obtulit sacrificium. De diebus istis postmodum repetentes dicemus. Nunc illud pri-
us dicere uisum est, quod scriptura libri materiā habet templū illud & sancta quæ erāt Hie-
rosolymis, pro quibus pugnauerūt Machabæi. Vnde nō mirum, quod nō ultra scripturæ
uel libri huius textus processit, q̄ ad illā rem gestā de interitu impij Nicanoris, qui templum
illud extēsa manu rursus cōtaminare iurauerat, & cōsecrare Libero patri, q̄ uidelicet post
interitū eius, quāuis multa Iudæ & fratrū eius prælia fuerint, nō tamen circa templū tale qd
cōtingit, quali & in principio, & in medio, & in fine cōtinentur huius libri.

¶ Quæ fuerit intentio eiusdem prologi. Cap. IX.

DE intentione iam dicendū est: In tētio scripturæ huius est templū illud, quod erat
Hierosolymis sanctū ac legitimū asserere, ac dño placitū: Et illū fuisse locū orati-
onis solū, quē deuselegit, in quo illi oporteret sacrificari. Causa postulabat tunc
scribere, qui per Aegyptū erant Iudæis cū intētiōe huiusmodi. Siquidē Onyas,
(ut supra iam dictū est) fugiens in Aegyptū ad Ptolomeū Philometorē, uolensq; memoriā
& gloriā æternam sui relinquere, petiuit à Ptolomeo rege & regina Cleopatra licentiā, qua
tenus templū ædificaret in Aegypto simile Hierosolymorū, & hoc impetrato atq; peracto
leuitas atq; sacerdotes de genere suo cōstitueret, cōfidens in prophetia Esaiæ, qui ante ducē-
tos annos prædixerat, quod altare dñi deberet esse in terra Aegypti. De illo templo contin-
gebat seditiones excitari inter Iudæos, qui erant in regione Iudæa, & eos qui per Aegyptū,
& ante Onyam, & cū Onya discesserant, alij captiui (sicut iam supra dictū est) abducti, alij
sponte opulentia locorum, & Ptolomei munificētia inuitati. Samaritæ quoq; temporibus
Alexandri Macedonis, templū super Garizim montem cōstruxerant, authoribus Sanabaf
lat satrapa & genero eius Manasse fratre Iaddi pontificis Hierosolymitani, sicut Iosephus
plenius scribit. Cōtingebat ergo propter templa seditiones excitari, ita ut corā regibus quo-
q; certarent, dicētibus Iudæis de regione Iudæa secundum legem Moyfi templum se cōstru-
xisse in Hierosolymis, Samaritis in Garizim: Porro hi qui per Aegyptū erāt, suū defende-
bant, uel præferre cōtendebant templū, quasi testimonio propheticæ authoritatis, nimirum
male intellecta uerbi ueritate, longēq; facti à sensu uel sententiā tātæ prophetiæ. Causa igitur
(sicut iam dictū est) postulabat, ut scriberent Iudæis, qui erant p̄ Aegyptum, de his quæ
circa templum in Hierosolymis manifesta dei uirtute facta sunt, hanc habētes intētiōnem,
quatenus constaret templum illud sicut antiquum, ita & solum esse legitimum. Tempora au-
tem cætera siue in Garizim siue in Aegypto per præuaricationem esse constructa, testante
Danielis uisione prophetica, qua dictum est: Filij quoq; præuaricatorum populi tui extol-
lentur, ut impleant uisionem, & corruant. Onyam quippe & qui cum eo fuerunt, significat,
quos idcirco filios præuaricatorum dicit, q̄ legem domini reliquerunt, uolentes in alio lo-
co, præter q̄ iustum erat, deo uictimas immolare. Extollētur, ait, in superbiam & uisionē, hoc
est prophetiam ueritatem se implere iactabant.

¶ Solum templum Hierosolymitanum legitimum fuisse, propter pro-
missiones dei illic adimplendas. Cap. X.

In hu-

IN huiusmodi contentionibus utile fuit superare Iudæos, qui erant in regione Iudæa, & permanere sanctū illud templū, quod erat in Hierosolymis propter ueritatē dei, ad confirmandas promissiones de aduētu Christi filij dei, testificatas ex lege & prophetis, ut est illud: Quia de Sion exiit lex, & uerbum domini de Hierusalem: Causa ista causa finalis & utilitas magna semper debet esse in oculis in conspectu cordis nostri, & tunc quæstione non indigebit. Quid profuerit, uel quid utilitatis plus habuerit tunc tēporis adorare deum in Hierosolymis, q̄ in monte Garizim, in monte Sion, q̄ in Heliopolim in Iudæa, q̄ in Aegyptor: in templo postero: David fidelis, q̄ in tēplo Onyæ præuicatoris, nondū erat, ut dicitur: Venit hora, quādo neq; in monte Garizim, neq; in Hierosolymis adorabitis patrē, sed in spiritu & ueritate, quia nondū uenerat salus, quæ ex Iudæis est, & tandiu stare oportebat templū illud, donec salus ista ueniret, donec ad illud templū suū Christus à suis parētib; deferretur, cū oblationibus hostiarū, quas præcepit lex, iuxta illud Malachie prophete. Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quem uos uultis.

¶ Quæ ratione salutationis loco scriptum sit: Adaperiat cor uestrū in lege sua. Cap. XI.

His animaduersis simul appendere potes, qualis ista saluatio sit: Benefaciat uobis deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Isaac, & Iacob locutus est, seruatorū suorū: fidelium, & det uobis cor omnibus, ut colatis eū, & faciatis uoluntatē eius in corde magno & animo uolenti. Adaperiat cor uestrū in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacē. Exaudiat orationes uestras, & recōcilietur uobis, nec uos deserat in tēporē malo. Et nūc hic sumus orantes pro uobis. Quomodo debuit fraterna charitas, ita saluauit, & imprecata est fratribus suis Iudæis, quorū utiq; cor nō fuerat adaperitū in lege & in præceptis dñi, dicentis: Et nūc hic sumus orantes pro uobis. Si em̄ cor adaperitū habuissent in lege & in præceptis dñi, nequaquam fecissent, quod erat cōtra legem & cōtra præceptū dñi, ut ædificarent templū & altare in terra Aegypti, claufo corde & auribus male adaperitis ad illam Esaiæ prophetiā: Et erit altare dñi in medio terræ Aegypti. Hoc nanq; faciendū præuicatorē se cōstituerant legis & præceptorū dñi, secundū supra memoratam prophetiam Danielis, qua dictū fuerat: Filij quoq; præuicatorū populi tui extollentur, ut impleant uisionē, & corruent. Idcirco dicunt: Et recōcilietur uobis, & nūc hic sumus orantes pro uobis, subaudiendum est, quia præuicatorē uel filij præuicatorū estis, faciendo uel habēdo templū in terra Aegypti, quale dominus per Esaiam nō mandauit, uel in cor eius ascendit. Super hac reconcilietur, aiunt, uobis.

¶ Quænam fuerit illa tribulatio & impetus, qui uenerat super Iudæos. Cap. XII.

Taliter præmissio exordio, quo manifeste beneuolentia quærebatur fratrum, qui erant per Aegyptū, quatenus beneuoli, attenti, & dociles fierent ad audiendū, sequitur narratio: Regnate Demetrio anno ceteresimo & sexagesimonono: Nos Iudæi scripsimus uobis in tribulatione & impetu, qui superuenit nobis in istis annis iā ante dictū est, quia ille annus ceteresimus sexagesimus nonus regni Græcorū, quo se scripsisse referunt fratres Iudæi, de Iudæa fratribus Iudæis, qui erant per Aegyptū, quartus idemq; ultimus erat annus principatus Ionathæ fratris Iudæ, quādo iam renouatū erat templū, atq; emundatum à cōtaminatione, qua illū cōtaminauerūt gentes, atq; defensum ab impio Nicanore, qui rursus illud cōtaminare uoluerat, iurans atq; dicēs: Quia nisi mihi uinctū Iudæ tradideritis, istud dei phanū in planiciem deducā, & altare effodiā, & templū hoc Libero patri cōsecrabo. Illo blasphemio Nicanore perempto, & deo cœli collaudato, qui locū suū incōtaminatū cōseruauit, habitōq; cōmuni cōsilio atq; decreto, ut nullo modo dies illa absq; annua celebritate pertrāseat. Nos, inquit Iudæi, scripsimus uobis qui & ipsi debetis esse Iudæi, nō solum gēte, sed fide Abraham, atq; fidelis David, ad quos repromissio facta & cōfirmata est in loco quē deus elegit, hoc est Hierosolymis. Scripsimus, inquam, uobis in tribulatione & impetu quæ superuenit nobis in istis annis. Quæ fuit illa tribulatio, uel quis fuit ille impetus. Ex quo recessit Iason à sancta terra & regno, portas succenderūt, & effuderūt sanguinē innocētē, sicut

sicut iam longe superius diximus. Hoc fuit initium dolorū, quod Iason, qui & Iesus dictus fuerat patrio nomine frater Onyæ pontificis, quem Andronicus rogatu Menelai interfecit. Iason, inquam, impius, & non sacerdos, sed ab impio regi fratri contra fas superpositus à sancta terra recessit. Quomodo recessit? Primū mente uolens, deinde etiā corpore inuitus ac profugus. Cum em̄ illi rex ambientis, & pecunias promittenti annuisset, & obtinuisset principatū, statim ad gentile ritū contribules suos transferre cœpit. Ita incipiens, nimis tota mente à terra sancta & regno recessit. Deinde cum in malis profitens, multas ciuium strages dedisset, sinem insidiarū suarū confusionē cœpit, & profugus abiit in Amanitē regionē. Ad ultimū in exitiū sui omnibus odiosus, ut refuga legū & execrabilis, ut patriæ & ciuium hostis, in Aegyptū extrusus, atq; inde Lacedemonas profectus, tandē abiectus ē insepultus. Ex quo inquit, talis ille Iason ita recessit, portas succenderunt, & effuderūt sanguinē innocētē. Anterecessum autem uel apostasiam eius sancta ciuitas in omni pace habitabatur, & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducebant, & templum maximis muneribus illustrabant.

¶ Quare Iudæam terrā sanctam appellarunt. Cap. XIII.

Memoriter tenendū illud, quod iā supra diximus, totam libri uel scripturæ huius seriem spectare atq; intendere ad Hierosolymę ciuitatis uenerationem, templiq; quod erat in ea dignitatem & honorem singularem. Simulq; causa scienda, q̄ itidem supradiximus, quia mouebant eos templa, contra legem facta, ubi esse non debebāt ad illius templi similitudinē. Templū illud sanctū, sacrificia illo in templo celebrata sancta esse & legitima, ciuitatē Hierusalem sanctā esse, ubiq; scriptura libri huius tota intentione declamat, ut dignū est, uidelicet ad destruendā templorū adulterorū fidutiā, quorū alter in monte Garizim, alterum in Aegypto fuerat ædificatū. Hac re animaduersa non miraberis, cum sanctā terrā dicant, hoc modo, ex quo recessit Iason à sancta terra. Deinde cū subiungunt: Et orauimus ad dñm, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificiū similitudinē, & accendimus lucernas, & pposuimus panes. Cuncta hæc dicta sic recte accipimus, tanquā firmi defensionē priuilegij legitimi p tēplo iam dicto quod erat Hierosolymis. Quod ipsorum, qui templo illi deseruiebant, fuerit, uel esse debuerit sacrificia offerre, panes pponere, & hæc faciendo exaudire illic, nō in templo montis Garizim, non in templo Heliopoleos, quæ templa erant æmulationis.

¶ Quomodo intelligendum sit: Frequentate dies Scænophegiæ mensis Casleu. Caput XIII.

Amplius autem huic spectat id quod sequitur: Et nūc frequentate dies Scænophegiæ mensis Casleu. Scænophegia festiuitas tabernaculorū erat, & hæc celebrabatur ab illo populo mense septimo, qui apud illos Theseri, apud nos October dicitur. Considerādum ergo quō dicāt. Frequentate dies Scænophegiæ, subiungētes mēsis Casleu, qui apud illos est mēsis nonus, uidelicet ab Aprili, apud Romanos autē December dicitur, eo q̄ à Martio sit decimus. Aliā sine dubio Scænophegiā illis inducunt præter illā q̄ ex quo lex data est celebrare consueuerāt, ut uidelicet dum ipsi in mēse Casleu, Encæniam faciunt in Hierosolymis, id est, solēnia dedicatiōis uel purificatiōis tēpli. Celebrant etiā illi per Aegyptū purificatiōem eandē, nō sicut Encæniam, quæ ad templū utiq; illorū nō pertinet, sed sicut Scænophegiā. Ponamus iam huius rei de scriptura ipsa documentū. Qua die autē, inquit, templū ab alienigenis pollutū fuerat, cōtingit eadē die purificatiōem fieri uicesimo & nono mēsis Casleu. Et cū lætitia diebus octo egerunt in modū tabernaculorū, recordātes quod añ modicū tps' diē solēne tabernaculorū i mōtib; & spelūcis more bestiarū egerāt. Propter quod Thyrsos & ramos uirides & palmas præferēbāt ei, qui psp̄rauit mūdare locū suum. Et decreuerunt cōmuni præcepto & decreto uniuersæ genti Iudæorū omnibus annis agere dies istos. Manifeste dicit, quia diebus octo egerunt in modū tabernaculorū, causamq; reddidit, cur nō in modū prisce dedicatiōis, quā fecit Salomon, sed in modū egerint tabernaculorum quæ festiuitas agebatur, ut iam dictū est, mense septimo ppter aliā rationē. Quæ illa causa est? Recordātes, ait, quod ante tēporis diem solēnem tabernaculorū in mōtib; & spelūcis more bestiarū egerint, Claret igitur quod dicant. Et nūc frequentate dies Scænophegiæ mensis Casleu.

menſis Caſleu. Idem enim eſt, ac ſi dicant: In modum Scænophegiæ, id eſt, feſtiuitates tabernaculoꝝ, quæ ex cauſa antiqua, menſe ſeptimo celebrabatur, celebrate menſe nono iſtâ quo q; feſtiuitatē purificatiōis tēpli, quæ inde purificatio dicitur, quia contaminatū fuerat templū ab alienigenis. Machabæus autē & qui cū illo erāt, dño ſe protegente templū quidē & ciuitatem recepit, aras autē quas alienigenæ per plateas extruxerāt, itemq; delubra demolitus eſt, & purgato templo aliud altare fecerunt, & obtulerunt ſacrificia, & incenſum, & lucernas, & panes propoſitionis poſuerunt.

2. Mach. 10

¶ Quod ſemel & iterum eiſdem de cauſis ſcripſerint, & q; admonitio ſecunda auſterior q̄ prima ſit. Caput XV.

Secundū cōmune præceptū & decretū, quod decreuerat uniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies iſtos ſcripſerūt fratribus Iudæis, q; erant per Aegyptum ſemel & iterū. Scilicet primū annū centeſimo ſexageſimonono. Deinde anno centeſimo octuageſimo octauo, per hoc q; ſemel, & iterū ſcripſerunt annis decē & nouē inter utraq; uices interiectis, illud datur intelligi, q; ad primā uicem nō obtēperauerint, utpote qui templū aliud habētes, quod, ut ſupra dictū eſt, ſcđm Eſaiæ uaticiniū ſe cōſtruxiſſe iactabant, templū illud quod erat Hieroſolymis, nō ad ſe ptinere uolebant, atq; idcirco feſtiuitatem dedicatiōis uel purificatiōis illius ſuſcipere detractabāt. Proinde notandū, q; prima admonitiōe ſequēs aliquantulū acrior ſit. Nam prima uice ſalutatio tam dulcis eſt, ut animaduerti poteſt per id quod dicūt fratribus Iudæis fratres Iudæi, & beneficiat uobis deus, & meminerit teſtamēti ſui, &c. In ſecūda uero fraterni nominis deest dulcedo. Diciturq; populus q; eſt Hieroſolymis & in Iudæa adiecto quaſi cū ſupercilio, ſenatusq; & Iudas Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi regis, qui genere Chriſtoꝝ ſacerdotū, & his q; in Aegypto ſunt Iudæis. Nomen q; ſenatus iudicialis intentōis eſt ſignū. Porro q; ſi Iudas fuerit non facile ex hitorijs p̄t agnoſci, niſi forte ille ſit Iudas Eſſæus genere, q; ſub illis t̄pibus extitit, q; ut ait Iosephus, nunq; in his quæ p̄dixit mentitus eſt. Similiter quis iſte Ariſtobulus magiſter Ptolemæi fuerit, nō facile reperitur ex hitorijs, niſi q; eum dicūt qui ē de genere Chriſtoꝝ ſacerdotū quæpiam ſignificāt fuiſſe de poſteris uel cognatis Onyæ ſupra memorati, qui cū eſſet filius Simonis p̄tificis, quaſi autoritati pontificali cū patrociniō p̄phetici p̄coniū nimis male intellexit, templū ædificauerat in terra Aegypti. Ariſtobulus iſte aliquis erat ex illius Onyæ cognatis uel poſteris, eratq; magiſter Ptolemæi regis Philometoris. Nec mirū hominē Iudæum dici magiſtrū regis Aegypti, quia uidelicet à diebus Ptolemæi Philadelphi qui legē per ſeptuaginta interpres fecit interpretari magiſtros, Iudæos habere cōſueuerāt reges Aegypti.

¶ Eadem rōne ſanctam ciuitatem qua terrā ſanctā eſſe appellatā. Ca. XVI.

De magnis inquit, periculis à deo liberari magnificē egras agimus ipſi, utpote qui aduerſus talem regē dimicauimus. Ipſe em̄ ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerūt cōtra ſanctā ciuitatē. Vide quō ſecūdum intentōem (quā diximus) p̄cedāt dicta uenerabilia, ſanctā terrā, ſanctā ciuitatem, p̄nuntiātia, qui uidelicet pulchri ſermonis ornatus ab hm̄i principio uſq; ad finē fere p̄ om̄e libri corpus ſeruat, ſine dubio cōtra æmulatiōes illoꝝ qui alibi cōtra legem uolebāt habere templum uel ſanctā ſanctoꝝ, libenter accipimus fuiſſe ſanctam terram ſanctā ciuitatem, ſanctum locum. Nimirū propter eum qui non aliūde, ſed inde uenturus erat ſanctum ſanctoꝝ. Iam ſuperius diximus, qui ille fuerit rex Antiochus, nec rursus dicere piget, quia ipſe fuit, de quo circa finē primi Machabæoꝝ libri narratio cōcepta, ſed nō conſummata eſt, quō contra Simonē & cōtra Iohannem Hircanū multa mala geſſerit, qui ut Iosephus narrat, eundē Hircanū in ciuitate incluſum ſeptem aciebus circūdederit, eosq; uehementer afflixerit. Qualiter iſte interierit hic ſcripturæ locus manifeſtus exprimit. Quia cū in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo imenſus exercitus cecidit in templo Naneæ, concilio deceptus ſacerdotis Naneæ. Per oīa inquit, benedictus deus qui tradidit impios. Iſta quoq; gratulatio de impioꝝ interitu ad cōmendationē ſpectat loci ſancti, & eius cuius in Aegypto ſimilitudinē fecerāt tēpli dei, q; uere ſolū illud ſanctū deberet haberi, in quo totiēs apparuerit manifeſta quædā dei uirtus uindictas exigēs de his qui cūq; in honoraffent illud, & quis p̄pter peccata in habitantū interdū acciderit, circa locū deſpectio, non tamen impune abirent quicunq; deſpectui locum habuiſſent.

¶ Eadē

¶ Eadem ratione, ignem de cœlo datum, commemorari. Ca. XVII.

Narratio de igne, qui datus eſt inquit, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit ſacrificia ſatis manifeſta eſt, meliusq; placet ſi lectiſſis memoria nō deſit cauſa uel intentio, quam diximus, ſcilicet hæc omnia tendere ad defendendū priuilegium, ad teſtificandam dignitatem ſingularem ſanctæ ciuitatis & tēpli, cuius ad ſimilitudinē factum fuerat, quod fieri non debuerat templum in terra Aegypti. Ignis nanq; qui taliter datus eſt, magnum & memorabile illi templo legitimæ ſanctitatis teſtimonium eſt. Et quidem narratio, ſicut iam diximus, manifeſta eſt, uerūtamen p̄pter ſimpliciores de ipſo igne altaris aliquid dicendum eſt.

¶ Qualis ille ignis fuerit. Caput XVIII.

Ignis, inquit dominus ad Moysen, in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens mane ligna per ſingulos dies. Et impoſito holocauſto deſuper, adolebit adipēs paſſificorum. Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunq; deficiet in altari. Vnde autem iſte ignis tā diligēter nutriendus, non alterius ſed ſacerdotis cura & diligentia, ne deficeret cuſtodien- dus fuerat datus ſiue acceptus. Ab ipſo dño nimis magno & leuidēti miraculo. Vnde nāq; tabernaculo ritu q; ſacerdotij atq; ſacrificioꝝ iuxta p̄ceptū dñi ordinato. Hodie, inquit Moyses, dñs apparebit uobis. Item: Facite & apparebit uobis gloria eius. Subinde ſequitur, Ingreſſi autē Moyses & Aaron tabernacula teſtimoniū, & deinceps egreſſi benedixerūt populo, apparuitq; gloria dñi oī multitudini, & ecce ignis egreſſus à domino deuorauit holocauſtum & adipēs qui erant ſuper altari. Hoc cum uidiffet, turbæ laudauerunt dominum ruen- tes in facies ſuas. Dignus igitur ignis quem ſacerdos nutriet, quiq; de altari deficere nunquā deberet, & dignus locus, dignum templū, ſanctumq; altare, quod tantū priuilegiū munus haberet, quale utique in illo templo æmulo Aegypti, nec fuit nec eſſe debuit. Illud obſeruari potuit, ut nunquā deficeret ignis in altari uſq; ad tempora Babylonicæ captiuitatis, quia uide- licet quantæcunq; tempeſtates eatenus exurrexerint, non tantæ fuerūt, ut neceſſario extingueretur ille ignis. Nec enim ante Nabuchodonosor regem Babylonis ulla uſquā ſcriptura memorat tale quippiā eueniſſe, ut ignis ille nutriti uel culti odiri non potuerit. Vbi autē & templū deſtructū, & ciuitas igne Chaldaico cōbuſta fuit, quō uel in quo ſacerdos curare poſſet, ne deficeret ignis in altari: Fecerunt igitur quod potuerunt, fidē & ſpem habentes ad deū, ſecundū literæ huius ſenſum manifeſtū. Cum in Perſidē ducerentur patres noſtri ſacerdotes, qui tunc cultores dei erant, acceptū ignē de altari occulte abſconderunt in ualle, ubi erat puteus altus ſiccus, & in eo contutati ſunt eum, ita ut omnibus ignotus eſſet locus. Quid illoꝝ fidei contēplatione pulchrius, ignem morientē qui nutriti non poterat, qui ubi nutrireretur, non habebat, illi reſuſcitandū commiſerunt, in quo eſt ſpes reſurrectionis mortuorum. Nec eos ſefellit ſpes. Quomodo?

Leui. 6.

Ignis altaris.

Leui. 9.

2. Mach. 1.

¶ Eadem ratione miraculum ignis, & Nehemiæ orationem commemorari.

Caput XIX.

Cum præteriſſent multi anni, & placuit deo, ut mitteretur Nehemias a reges Perſidis, nepotes ſacerdotū illoꝝ qui abſconderant miſt ad requirendū ignem, & ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignē, ſed aquā craſſam &c. Manifeſta narratio, manifeſtū diuinæ prouiſionis indicium, multūq; pertinens ad cauſam ſæpeditam, & ſemper memoria tenendā, quā & pulchre hæc litera recitauit dicendo ſic: Et diem ignis qui datus eſt, quando Nehemias ædificato tēplo & altari obtulit ſacrificia. Neq; enim Nehemias templū & altare ædificauit: iam quippe illud ædificauerant dux Zorobabel, & ſacerdos Ieſus filius Iosedec anteq; mitteretur Nehemias a rege Perſidis, ſed muros ciuitatis iſte reædificauit. Cum igitur ita dicunt, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit ſacrificia, ſubauditur pro muroꝝ peracta reædificatione, proculdubio hæc interpoſitio, ædificato templo & altari, cōmendatio eſt templi ſæpediti, q; ſolum illud ſanctū atq; legitimū fuerit, cuius in altari & ante Babylonicā captiuitatē ignis iſte perpetuus extitit, & poſt captiuitatē tanto miraculo recuperatus eſt, q; uere inter cæteras autoritates teſtimonioꝝ, quibus templū illud fuiſſe conſtat illuſtratū, magnū, atq; præclarū fuit. Quale enim fuit, ligna & ſacrificia ſuper impoſita, itemq; lapides magnos aqua perfundi, magnūq; de contrario ele-

2. Mach. 1.

3. **Dach.1** mēto ignē accēdi. Adeandē spectat intentionē q̄ dicunt: Et Nehemię erat oīo hunc habēs modū. Dñe deus oīm creator &c. Inter quā ē illud notādū. Et cōgrega dispersionē nostrā, & cōstitue populū tuū i loco sancto tuo, sicut dixit Moyses, Quo em̄ dixit Moyses: Cū inq̄ fuerit cōstitutus rex, nō multiplicabit sibi equos, nec reducet populū in Aegyptū equitatus numero subleuatus, s̄ fertim cum dñs praeceperit uobis, ut nequaquā p̄ eandē uiam reuertamini. Nec illi in Aegyptū fuerāt reuersi. Item dixit Moyses: Nō facietis in dño deo uestro, sed ad locum quem elegerit deus uester de cūctis tribubus uestris, ut ponat nomē suum ibi, & habitet in eo, uenietis & offeretis in illo loco holocausta & uictimas uestras. Locus utiq̄ quem elegerat dñs erat Hierusalem, sicut scriptura narrat. Cūq̄ extēdisset manū suā angelus dñi super Hierusalem, ut disperderet eam, misertus est dominus, & ait angelo pcutiēti: Sufficit nūc: cōtine manum tuam. Erat autē angelus dñi iuxta aream Areuna Iebusai. Venit autē Gad ad David in die illa, & dixit ei: Ascēde, cōstitue dño altare in area Areuna Iebusai. At illi in Aegypto immolabāt. Vide igitur q̄ subtiliter q̄ moderate cōueniāt illos, & arguāt ut legis p̄uaricatores, ex illa oratōe Nehemię dictum ita recensentes: Constitue populū in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Nimirū locū dei sanctū Hierosolymis esse uolentes, cōtra cuius electōem locus in Aegypto prae-sumptus, sanctus utiq̄ esse nō posset. Diem illum siue sacrificiū illud appellauit Nehemias Nepthar, quod interpretat purificatio, quā alia uel alterius ratiois erat, q̄ purificatio mēsis Casleu, de qua supra diximus, quam appellabant purificationem templi. Istam uero diem ignis, qui uidelicet dies, cuius mensis, quotus fuerit, non oportuit illis annuntiari, quia sciebant, & olim celebrauerant.

¶ Eadem ratione tabernaculi & arcæ commemorationem, atq̄ excusationem factam.

Caput .XX.

N Arratiōibus tam ueris, locum electū, templum sanctum atq̄ legitimū decertantes, non potuisse illos habere in terra Aegypti, sed haberi in Hierosolymis non nihil sibi deesse sentiebant, quia uidelicet tabernaculum & arcam & altare incensū, quod fecit Moyses, nō habebāt. Profecto æmulis ipsorum scilicet Iudæis, habentibus suum in Aegypto templum, hoc uidebatur, quod gloria magna translata fuisset à Hierosolymis, tanquā ratio nulla esset uel esse posset alia sufficiens ad commendandam uel praeferendam dignitatem templi Hierosolymitani, quoniam non haberent illa insignia, tabernaculum, & arcam, & altare incensū. Super isto quasi gloriæ detrimento consolatur se metip̄os, sic inferendo. Inuenitur autem in descriptiōibus Hieremię prophete, quod iussit accipere ignem eos qui transmigrabāt, ut significatum est. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari se cum, usquequo exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & uidit hæreditatem dei, & ueniens Hieremias, inuenit ibi locum spelunca, & tabernaculum, & arcam, & altare incensū intulit illuc, & ostiū obstruxit, & dixit, q̄ ignotus erit locus, donec congreget deus congregationem populi, & propitiū fiat, & tunc dominus ostendit hæc, & apparebit maiestas domini, & nubes erit, sicut & manifestabatur Moyfi, & sicut cum Salomon petiit, ut locus sanctificaretur magno deo. Manifestabat hæc, & ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi, sicut & Moyses orabat ad dñm, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum.

3. **Dach.2**

¶ Quo, quæ de tabernaculo & arca dicta sunt, intelligi debeant. Ca. XXI.

C onsolatio hæc opportuna tūc extitit, magnā pro dei legitimo templo, quod erat Hierosolymis, super exaltās coronam spei, ne uel p̄pter hoc, quod nō habebat tabernaculum, & arcam, & altare incensū, uideretur Aegypto templo nō posse præferri. Veruntamen, quoniam in descriptiōibus Hieremię prophete (quas nunc habemus) dixerunt hæc inueniri. Si dignitatem uel maiestatem consideres spūs sancti, qui loquebatur in p̄phetis, quorū de notissimis & præcipuis Hieremias unus extitit. Magna quidem in litera sonat gloria illius tēpli manufacti, sed multo maiorem in spū p̄phetiæ p̄sentis homo quicūq̄ spūalis. Deniq̄ homo animalis Iudeus, cuius circūiūso non in spū, sed in sola carne consistit, hoc putat Hieremiā dixisse, quod Iudæorū, qui in omnes gentes captiui ducti sunt, cōgregatio debeat fieri, nescio quo tpe templumq̄ illud cū ciuitate restitui, cū tali nube apparen

apparente, qualis erat ubi Moyses legem accepit, & qualis ubi Salomon ædificatum templum magno deo dedicauit. Nos autē post illud tempus, quo hæc scripta sunt, post uictorio sa plia Machabæorū, nullā scimus populi dei cōgregationē, præter illā quā idem spūs, qui loquebatur in p̄phetis, nobis in euangelista Iohāne depromit: Quia Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, cōgregaret in unum. Tunc utiq̄ apparuit gloria dei, gloria filij dei cum resurrectione mortuorū effulgētis, & extūc est nubes, sicut manifestabatur Moyfi, ubi legem accepit, & sicut fuit nubes, ubi Salomon templū domini ædificauit. Nubes, in quā, extūc est similiter, scilicet cæcitas Iudæorū, cuius in p̄dictiōe factæ sunt illæ nubes, usq̄ ad illud tempus, ignotū erit, ait Hieremias, ubi sit tabernaculū & arca, & altare incensū, id est, nō cognoscetur à populis uel gētibus, quorū uel qualium exemplaria cœlestium illa fuerunt.

Johann

¶ Qualicumque sensu Hieremias illa scripserit, Iudæos suo proposito adaptasse.

Caput .XXII.

D icit aliquis: Putasne ipsi q̄ scripserunt, uel etiā illi q̄bus scripserunt hunc p̄logum, ita ut tu nūc dicis, & sicut nūc ecclesia Christi intelligit, p̄phetica Hieremię dicta intellexerūt? Ad hæc in quā: Putasne Iudæi, q̄ de regiōe Iudæa scripserūt, aut Iudæi p̄ Aegyptū, q̄bus scripserūt, p̄phete fuerūt, aut p̄pheticū intellectū habuerūt? Si p̄phete fuerunt, aut intelligentiam p̄pheticū spūs habuerunt, nimirū ea quæ sub uelamine legalis, aut p̄pheticæ literæ latebāt, intellexerūt. Quid uoluerit constructio uel ritus tabernaculi, quid significauerit altare incensū, quid arca, quid p̄pitiatorū, qd duo Cherubim, qd prorsus, uel quale fuerit illud, quod intendēs dñs ad Moysen: Inspice, ait, & fac secundū exemplar, quod tibi in mōte mōstrauit. Sed nō erāt prophete in diebus illis fere, ex quo reædificatum est templū post captiuitatē Babylonicā. Et nouissimus duodecim p̄phetarum Machabias, quem ip̄m Esdrā fuisse dicunt Hebræi, p̄phetauit. Hinc in primo libro Machabæo scriptū est. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis nō fuit, ex die qua nō est p̄pheta uisus in Israel. Igitur quomodo cūq̄ intellexerint illud, quod inueniri dixerūt in descriptiōibus Hieremię p̄phete, uel ipsum Hieremiā dixisse de populi cōgregatione, de maiestatis domini apparitiōe, uel futura nube secundum similitudinē nubis, quæ in mōte Synai manifestata est Moyfi, uel quæ Salomoni in dedicatiōe templi. Nos in p̄senti scriptura scribentiū te neamus intentionē, quia facta hæc uel dicta Hieremię fratribus, q̄ erant p̄ Aegyptū, habentibus templū non legitimū, scripserunt ad suum competentem cōsolationem, quod uidelicet loci uel templi dignitas, non idcirco minor uideri deberet, quod eo eo tempore tabernaculum, & arcam, & altare incensū non haberent.

3. **Dach.10**

¶ Eadem ratione, qua superiora, orationem Moyfi, & ignem de cælo datum.

Caput .XXIII.

Q uod tandem subiungitur: Sicut & Moyses orabat ad dominū, & descendit ignis de cælo, & cōsumpsit holocaustū. Dixit Moyses: Eo quod non sit mundatum, quod erat p̄ peccato, & consumptum est, ad idem respicit, scilicet, ad testimoniū sanctitatis uel sanctificationis, quod templum illud iure sanctum habendū fuerit, in quo constabat peccata consumi igne, qui diuinitus datus est, sicut & quando Moyses orabat. Neque enim minus miraculi fuit in eo, quod de aqua super sacrificiū aspersa magnus accensus est ignis, q̄ in eo quod Moyse orate à domino egressus est ignis, & holocaustum cōsumpsit. Cœlesti autoritate defensum esse uolūt, nihil minus sanctitatis, uel dignitatis illi templo, quā Moyfi ascribendum fuisse tabernaculo. Quod aiunt, dicit Moyses: Eo q̄ non sit mundatum, quod erat pro peccato, & consumptū est: Idem ē ac si dicant: Sacrificiū quod erat pro peccato, cur non comedebatur, sed comburebatur, uidelicet, quia non erat mūdātū, cum esset p̄ peccato, quia sicut immūdum est peccatū, ita quod erat p̄ peccato sacrificiū nō ptinebat ad esum, sicut hostiæ pacificorū, congruumq̄ erat totū illud cremari, sicut opus habemus peccatū nostrū sancti spūs igne cōburi. Et hoc dictū à Moyse nō otiose, secundū sapedictā intentionē suā, memorāt, uidelicet, ut cōstet templū factū esse in quo peccatum cōsumitur, teste igne dato diuinitus, & sacrificiū p̄ peccato. Finis tandem nobis iam sit huiuscemodi tractatus in litera pro cerni, quod mihi explanandum imposuisti, quod si

utiliter utcumq; factum est, tu quoq; gratiam benedictionis recipere debes ab omnibus, qui-
bus hoc utile uisum fuerit, quia monitor atque exactor fuisti.

¶ Quam multi hostes uerbi dei uelociter sicut umbra transferint. Ca. XXIII.

Interea saluus atq; intemeratus permanebat thesaurus patris Abrahamæ, thesaurus Da-
uid fidelis, scilicet uerbū promissionis, quod sub iuramento deus uerax super illos the-
saurizauit. Stabat enim locus & gens unde oportebat illud adimpleri. Generatio præter
ibat, & generatio adueniebat, ipse autē cui ueraciter dicitur: Tu autē idem ipse es, & an-
ni tui non deficient, in proposito suo permanebat. Anno illo, quo, ut iam dictū est, fratres q-
erant Hierosolymis, & in regione Iudæa scripserunt fratribus, qui erant per Aegyptū. An-
no, in quā, centesimo octuagesimo octauo, Iohannes cognomento Hircanus locū & gen-
tem regebat, & ille annus principatus eius undecimus erat, ubi tunc erant, qui locū & gentē
illam tantis odijs persequentes exterminare uoluerāt, uelociter sicut umbra transferant, alius
post alium diuersis cladibus morientes, quorū interitus uelocitatē si consideres, recte dicas,
quia in generatione una nomen eorū deletum est. Vna quippe generatio Machabæorū uix
exacta, fuerat principatū agente suiq; principatus annū habente undecimū Hircano, cuius
per patrem Simonē, patruosq; Iudam atq; Ionatham locum & gentem deus reseruauerat, &
tam multi reges aduersarioꝝ successim decesserant infra annoꝝ paulo plus q̄ quadraginta
spatium. Deniq; post radicem peccatricem, scilicet Antiochum Epiphanem, qui sine ma-
nu contritus est, filius eius Antiochus Eupator decessit, post Eupatorem patruelis eius De-
metrius filius Seleuci, post Demetriū Alexander filius Antiochi, post Alexandrū Deme-
trius filius Demetrii, deinde Tryphon tyrannus regni, qui Ionatha & Antiocho adolescen-
te filio Alexandri dolo interfectis, diadema sibi imposuit, deinde Antiochus filius Deme-
trii, qui in templo Naneæ cecidit. Septē fuerant, iamq; non erant, nimirū cito deleti in una,
ut iam dictū est, generatione Machabæorū, & benedicebatur deus, atq; laudabatur secundū
Psalmistam, dicentem: Inimici uero domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficien-
tes quemadmodum fumus deficient.

¶ Quare deus populo suo cætera regna subijcere noluerit. Ca. XXV.

Non poterat hic deus terribilis, qui tam cito abstulit spiritū principū, & auxilio tam
paruulo subleuauit gentē & locū, non poterat hoc facere uerbū dei uerbum deus
ut gens sua, locus suus, regnis omnibus imperaret? quomodo regnū Græcorum
paulo ante ab Alexandro Macedone dominabatur? Non poterat istud efficere,
ut regnoꝝ mundi caput Hierosolymis haberetur, seu Machabæis uincētibus, seu antea
regnante Dauid, quē electione sua, secundū cor suū regem posuerat deus? Poterat plane, si
uoluisset de huiusmodi curare, plus q̄ exigebat propositū ipsius. At uero propositū eius nō
erat, ut beati uiri suæ benedictionis hæredes in ista ualle lachrymarū, in isto loco, qui positus
est eis ad flendū & esuriendū, & ad sanctæ paupertatis studiū, iam subsilirent in equis & cur-
ribus, & in gentibus more regū gentiū potestātē haberent, aut dominarent. Sed quid erat in
proposito eius? nimirū sanctos eius, & electos omnes in hoc mundo peregrinos esse uel ex-
ules, & expectare regnū eius, cuius rex uel imperator ipse deus & dominus est. Bene igitur
secundū hoc propositū suū contentus fuit deus tantillum suis præbere auxiliū, quatenus in-
ter gentes gens unica, & locus unicus conseruaretur, donec ex ea dei ueritas, id est, uerbū pro-
missionis adimpleretur. Ultra cautelam hanc uel prouidentia, gentem exulem, filios pere-
grinoꝝ Abrahamæ, Isaac, & Iacob, cur exaltaret, causam non habuit rex humiliū deus, genti-
bus siue nationibus gentiū, reges aut regum imperatores habentibus, satis fuit illi genti loco
illi prouidere reges aut principes, ut fuit Dauid, ut fuerunt isti Machabæi, qualiū prælijs aut
uictorijs non quæreretur, ut ulla fieret pressura mundi, sed ut defenderetur gens unde esset
uentura salus mundi. Regnū autem & imperium gentis illius super omnes gentes, quando
uel quo tempore consurgeret, puidēbat, sedens in throno ille apud Danielē antiquus dieꝝ,
qui uenturo de illa gēte filio hominis iam porrigebat regnum & potestatem, ut omnes po-
puli, tribus & linguæ seruiant illi in æternum.

¶ Machabæos societatem cum Romanis inire non debuisse, & quare tam cita
morte sublatis fuerint, Caput XXVI.

Subj

Subobscurū quiddā fratribus uictorios in medio suæ claritatis accidit, Iudæ, Ionathæ
atq; Simoni, quod uidelicet uictorijs clarificati, ultro miserūt societate & amicitiam
statuere cū Romanis potentibus & famosis, quamuis super hacre nō culpet eos scri-
ptura, res gestas cōtinens ipsoꝝ, nihilominus tamen animaduertere promptū est, nō
fuisse tutum corā deo, neq; lege concessum Iudæis, ut expeterent amicitias gentium, uerun-
tamen sicut fuerunt in uita sua, ita & post mortem gloriosi sunt, quia si quid pulueris, aut pul-
uere uanitatis taliter admiserunt, omnino deletum est, cita subsequente morte singulorū. De-
niq; Iudas primus miserat Romam, constituere cū illis amicitiam & societate. Et interea De-
metrius rex post calum Nicanoris & exercitus eius, apposuit Bachidem & Alchimū rursus
mittere in Iudæā, & in illo prælio cecidit ille potens, qui saluū faciebat populū Israel. Dein,
de Ionathas Romā miserat statuere & renouare cū illis amicitiam, & postmodū à Tripho-
ne dolis circumuentus atq; ocisus est. Similiter Simon miserat cū illis renouare amicitia, nec
multū post à genero suo Ptolomæo per insidias interfectus est. Tales euentus singulorū fi-
nes obscurare uidentur, quod uidelicet in eo sibi cœleste diminuerint auxiliū, dū quærunt
ab hominibus seculi, quasi pacis & securitatis firmamentū. Porro diligēs animus causam ali-
am libentius arbitratur, scilicet quod idcirco taliter in breui decesserint, quia sicut de sanctis
dicit Apostolus: Quibus dignus nō erat mūdus. Ita & talibus ac tantis ducibus, ut diu per-
manerent, tūc temporis dignus nō erat ille populus, utpote iam quasi senex atq; delirus, pe-
nē totus præter paucos iustos nimirū refrigerens à diuinæ religionis cultu. Inde post Hircanū,
Simonis filiū, ducē habere meruit Hircani filiū Aristobulū, matris & fratris interfectore
deinde fratrē eiuldē Aristobuli Alexandrū, & ipsum parricidam, multaq; plebis Iudæorū
homicidam, deinde filios eiuldē Alexandri Hircanū & Aristobulum, qui principatum di-
ra contentione lacerauerunt, multo post Herodem genere alienum, crudelitate præcipuum
totiusq; homicidij domesticij atq; publici signiferum, mortisq; satellitem, sempiternæ perdi-
tioni destinatum. Beata igitur fors illorum, qualescunq; habuerint mortis euentum, Nā cor-
pora eorum in pace sepulta sunt, & uiuent nomina eorum in æternum.

DECIMI LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER VNDECIMVS.

¶ Verbum domini per Esaiam: Si nō ut putauit, ita erit: quomodo
sit intelligendum. Capitulū primum.



SCRIPTVM EST IN ESAIA: IURAVIT DO-
minus dicens: Si nō ut putauit, ita erit, & quomodo mēte tractauit, sic eueniet: Esai. 14

ac deinceps: Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?
Et manus eius extenta, & quis auertet eam? Quid quæso putauit, & quid
mente tractauit dominus? quid decreuit, & ad quid manus eius est extenta?

Nunquid hoc solum putauit & hoc solum mente tractauit aut decreuit, ut contereret Assy-
rium illum carneum in terra sua, & in montibus suis conculcaret eum? Imò hoc consilium,
inquit, quod cogitauit super omnem terram, & hæc est manus extenta super omnes gentes
quarum utique diabolus princeps erat, qui per Assyrium designatus est. Super illum dra-
conem antiquum hoc putauit, & hoc mente tractauit de electis suis dominus, ut auferretur
ab eis iugum eius & onus illius ab humero eorum tolleretur, & ut omnia capita eius, septem
capita eius, de quibus uel contra quæ præsens opusculum contextitur, quorum sextū (quod
fuit Romanum imperiū) iam nūc aggredimur, inuicē morderent, & ab inuicē cōsumerent,

M 4 tādēq;

tandemq; simul tota cū capitibus suis bestia nequā ad cōburendum igni traderetur.

¶ Quomodo deus aliqd putare proprie dicatur. Cap. II.

Quomodo illud anteq̄ esset putauit dñs esse? Ita ne ut prophetæ solebant putare uel somnare? Exempli gratia, ut Ioseph qui ad fratres suos, audite, inquit, somnium meū quod uidi, putabā nos ligare manipulos in agro, & q̄si cōsurgere manipulū meū & stare, uestrosq; manipulos circumstātes adorare manipulū meū. Profecto lōge melius putauit dñs, multo, imō incōparabiliter differūt putās homo, & putās Deus, multū in quā differūt & procul distant hoīs somnium & Dei uerbum, pphetica cuiusq; gratia, & ipsa summæ sapientiæ substantia. Homo putans uel somnians, interdum & persæpe nescit, quid imagines somniorum suorum significauerint, ut Pharaο, qui cum diceret: putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne consurgere & cetera: profecto nesciebat quid per illa significaretur, sed nec erat qui interpretaretur. Quomodo autē putauit dominus: nimirum sicut dicit Euangelista: Quia qd factum est in ipso, uita erat. De omnibus anteq̄ fierent, ita certus erat quod fieri deberent, sicut certus est nunc postquā omnia facta sunt. Idcirco iurare potuit dicens: Si non ut putauit ita erit. Quare ergo dixit: putauit, si certus fuit? Videlicet quia nondum erant in re, licet certa essent in prædestinatione: idcirco putauit non improprie dixit, cum posset dicere præsciuit, licet minus significet putare q̄ præscire. Sed quid mirum in Diuinis sermonibus aliquando minus dici & plus significari, qui modus locutionis apud grammaticos dicitur tapinosis, id est, humilitas dictionis, nō assequente uerbo quātitatem rei. Omnes modi uel tropi siue schemata, omnes omnino orationis locutionis, de quibus quasi auctores gloriati sunt sæculares magistri, sparsim in Diuinis inueniuntur scripturis, & prius erat quā hi qui horum putant adinuentores, fuissent nati. Quod si quis hominum uel prophetarum, ut fuit Daniel, in somnis putādo aliquid mirabiliter, nonnunq̄ potuit delectari, sic prope in imaginibus tanq̄ in ueris rebus, quantum putās delectabatur Deus, dū adhuc illo suo modo putaret antequā quicq̄ faceret, anteq̄ terrasseret, uel aliud omnī quæ facta sunt. Idcirco ipsa sapientia dicit: Anteq̄ quicq̄ faceret, anteq̄ illa uel illa fierent, ego erā cū eo cūcta cōponens, & delectabar per singulos dies, ludēs corā eo omni tpe, ludēs in orbe terrarū, & deliciae meæ, esse cū filiis hominū.

¶ Inter omnia quæ deus putauit, præcipuū fuisse filium quē draco deuorare uolebat, ad se & thronū suū, rapiendum. Cap. III.

Inter omnia quæcūq; putauit, quæcūq; mente tractauit, uel decreuit Deus maxīmū atq; pulcherrimū fuit in prædestinatione, & nunc est in re id qd habemus in manibus, q̄ scilicet sub Romano imperio impletū est quod promiserat patribus, qd ad Abrahamā, & Isaac iurauerat Deus, id est, q̄ de uirgine natus & passus, resurrexit & in cœlum ascendit, & ad dexterā Dei patris sedet Christus Dei filius secundū sãpeditã reuelationem, ubi draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit filium masculū, ait scriptura, qui rectorus erit omnes gētes in uirga ferrea, & raptus est filius eius ad Deum & ad thronū eius. O ludum sapientiæ deliciosum, præscire atq; prædestinare certum aliquem numerum angelorū & hominum, & in libro uitæ noia cōscribere singulorum. Putare q̄ de multitudine creaturarum uel spiritūū creandorū haberet emere quispian, qui conaretur cassare propositū tā bonum, unde & merito uocaretur Draco magnus, Serpens antiquus, Diabolus, & Satanus, & ecōtra mente tractare qualiter illi foret illudendū per ipsum Verbū, quod erat apud Deum, cum quo habebat cōsiliū suū antiquū & super Draconem illum decernere, q̄ nullus infirmare posset æterni iudicij decretū. Ibi itā eiusdem sapientiæ deliciae cum filiis hominū, & cum angelis quidē, sed maxime cum filiis hominū, quia nusq̄ angelos, sed Semē Abrahamæ, id est humanam naturā apprehendere habebat, ut nunc factū est. Vnde & apostolica congāudet fides, dum dicit: Nusq̄ enim angelos apprehendit, sed Semen Abrahamæ apprehendit. Inde nunc nobis in laudem uictoris ueritatis Dei sermo captus peragendus est.

¶ Inuocat sapientiā, interim adaperiēs qd sit. Noli regibus dare uinū sed his q̄ amaro sunt corde. Cap. III.

Inuocata assit eadē sapientia, quoniā susceptæ materiæ nunc instat pulcherrima pars. Inuocata assit, & inter eos me computet, quibus uel qualibus uinū ad bibendū dādum esse iudicat. Noli, inq̄, regibus d̄ Lamuel, noli regibus dare uinū, q̄a nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant & obliuiscant iudiciorū, & mutant causam filiorū pauperis, da sicerā mœrentibus, & uinū his q̄ amaro sunt aīo, bibāt & obliuiscant ægestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. Quale nanq; est uinum, qd si detur ad bibendū regibus, facit eos obliuisci iudiciorū, & mutare causam filiorū pauperis. Si autē detur mœrentibus, facit eos obliuisci ægestatis suæ, & doloris non recordari amplius. Profecto quomodo parabola est mystice iuxta parabolarū leges intelligēda est. Vinū ergo istud, Sermo sapientiæ uel Sermo sciētie est, quod si detur regibus, id est superbis, apud quos utiq; regnat ebrietas, id est, quos scientiā inflat, obliuiscunt iudiciorū, & mutant causam filiorū pauperis, id est, male examināt sensum scripturarū, dū per contentionē suā defendunt, & nulli cedere uolunt, & ab alijs bene dicta, qui sunt filij pauperis, id est humiles secundum Christū, amatores ueritatis, uanæ gloriæ deputāt & præsumptioni. Ergo Lamuel, quod interpretatur, in quo Deus: O Christe in quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, noli talib; scientiæ tuę dare uinū, sed da mœrentibus, id est humilibus, & his, q̄ pro eo q̄ paupertatis & peccatorum humilē conscientiā habent, amaro sunt animo. Cum enim talibus datur uinū hoc, letificat cor eorū, & quadā obliuione bona obliuiscunt ægestatis suę, cōfortati ab Apostolo dicente: Quia quæ stulta sunt mūdī elegit Deus, ut confunda, sapientes, & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Et nobis ergo si dederis uinum nos quoq; cōfortati totius ægestatis nostræ oblitī, nec ultra memores doloris uel tristitiæ sæculi, sapientes, fortes & nobiles reges terræ, & principes q̄ assiterunt aduersus dominum, & aduersum Christum eius: putātes se infirmare posse decretum Dei, posse auertere extantā manum domini: stultos infirmos fuisse atq; ignobiles declamabimus in laudē uictoriæ Verbi Dei, prosequentes currum triumphalē tanti uictoris.

¶ Sextum caput draconis cui simile fuerit, dici nō posse. Cap. V.

De singulis capitibus draconis q̄les qualiūue ferarū similes habuerint, facies demonstrari potuit, cum sanctæ scripturæ testimonijs: At uero de isto capite sexto ualde rufo, qualis uel cui bestiæ similis in eo facies fuerit, demōstrari nō potest, q̄a scriptura nō dixit, ubi Daniel uisionē quatuor bestiarū uidit, de futuris hoc tantū ait: Bestia terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, dētes ferreos habēs magnos, comedēs atq; cōminuēs, & reliq; pedibus suis cōculcās, dissimilis erat cæteris bestijs quas uiderā antea. Dixit q̄ cæteris bestijs quas uiderat antea ista erat dissimilis, scilicet leæne, urso atq; pardo, & nō dixit simile fuisse alicui bestiarū, quæ præter illas multæ sunt. Terribilē eius fortitudinē terribiliter expressit dicēdo. Dentes ferreos habens magnos, per quos nimirum itelligim; Romanæ potentie cōsules, siue imperatores bellicosos atq; fortissimos, & exercitus in prælijs sæuera districtione districta sæueritate ordinos, ut interim nūc taceā de gentibus cæteris, Gētē Iudæā bestia ista comedit atq; cōminuit, & reliqua pedibus suis cōculcauit, q̄a locum destruxit, & gentē percussit in ore gladij, & eos qui reliqui fuerūt in captiuitatē uendidit atq; dispersit. Non proinde Romanū imperium unū fuisse cognoscimus, ex capitibus draconis rufi, quia iustam fecit, quāuis nesciens uindictā sanguinis Christi, sed q̄a potestas eiusdē imperij Christū occidit, & martyres Christi, proinde magnū caput extitit inter oēs impios qui tunc uiuebant, & erant utiq; corpus uel membra Diaboli.

¶ Quod hebræi putant de sexto capite dictum: Exterminauit eam, aper de filua &c. ineptum esse. Cap. VI.

Hebræi, quod in Daniele tacitum est, in psalmo dictum putant. Exterminauit eam aper de filua, & singularis ferus depastus est eam. Quartam illam terribilē bestiam similitudinem apri uel singularis feri fuisse autumant. Huic opinioni illud repugnant esse uidetur, quod illi bestiæ terribili cornua ascribuntur. Habebat, inquit, cornua decem. Consyderabam, & ecce cornu aliud paruū ortum est, de medio eorum & cætera. Hoc inquam repugnare uidetur. Denique aper cornua non habet. Itaque bestiam illam existimare uel dicere fuisse aprum, sic arbitramur fuisse incongruum, sicut Delphinū

Delphinum siluis appingere fluctibus aprū. Simul & hoc animaduertendum, quia regna Persarū & Mædorū, quæ in eadē uisione significata sunt per ursum & pardū, in alia uisione quæ ostensa est de futuris regibus eorundē regnō, qui uidelicet reges per cornua signifi-
 ri debuerunt, per aliorū facies animalium demonstrata sunt, scilicet arietis & hirci, quibus cornua naturæ dono constat attribui, igitur q̄ scriptura tacuit de nomine quartę bestię, nobis quoq̄ tacitum sit, ut quicquid ferocius in bestijs cogitauerimus, hoc Romanorum formi-
 dolosum imperium intelligamus.

¶ Quomodo bestia quarta de mari ascenderit, & sextum caput draconis in ordine cōstituerit. Cap. VII.

Bestia hæc terribilis de mari quomodo uenit? Quomodo de mari ascendit? Quomodo ante mulierē quæ erat paritura in illa septem capitum draconis cruenta serie caput istud cōstitit? Nimirū per magnas atq̄ inenarrabiles discordias p̄ bella ciuilia, bella plusq̄ ciuilia. Discordiæ spūs quē hæc bestia spirauit, mundū uexauit, gētes afflixit ciuitates & regna cædibus cruetauit, terras ferē omnes Europā & Affricā atq̄ Asiam suo, gentiumq̄ sere omniū, sanguinē cōplūit. Sunt hystoriæ, legant qui uolunt tragœdias gētis humani, labores mundi, uere, ut ait Ioannes, in maligno positi. Quod satis ab eiusmodi effe-
 ctis claruit, & clarum est legēti atq̄ intelligēti. Nos ad illā insanix partē summā tendimus, q̄ aduersus sæpedictā & sæpedicendā mulierē in utero habentē sese erexit dentesq̄ suos ferreos præparauit caput istud, ut cum peperisset deuoraret filium eius.

Quidus in maligno.

¶ Herodē patre idumæo, matre uero arabica natū, à senatu Romano, regē Iudæe decretū fuisse. Cap. VIII.

Imperante Augusto Cæsare ceterima & octogesima quarta Olimpiade, Cōsulib⁹ Gaio Demetrio, & Gaio Asiano, Herodes à Romano senatu gratia Cæsaris Augusti, & fauore Martij Antonij rex Iudæe decernit, non erat gñe Iudæus imò patre Idumæus & matre Arabica, p̄genitus: Nicolaus tamen Damascenus (ut meminit Iosephus, ait patrē huius Herodis Antipatrē, gñe nobilissimū Iudæum fuisse, ex illis q̄ ad Iudæā de Baby lone reuersi sunt. Hæc aut, inq̄t, id est, refert ad gratiā Herodis filij eius, quē regē Iudæorum cōtigit fieri, cū non esset regij, sed nec Iudaici generis. Nā Antipater gñe Idumæus extitit, quiq̄ multas possidens pecunias totius Iudæe potestātē & tuitionē à Cæsare accepit, amicus Hircano regi & sacerdotū principi. Sed cum tardum & segnē Hircanū uidisset, priorē siliū suū Phasēlū, ducē in Hierosolymis, secundum uero Herodē Galilææ tutorē ordinauit, qui postmodū, ut iā dictum est, ad regnum puenit. Prædixerat de illo qdam in cōcilio uir iustus noie Samæus præsentē Herode cum p̄ crimine fuisset uocatus, staretq̄ purpura circumdatus armisq̄ stipatus: Vos, inq̄t, uel legem accuso, q̄ tantum ei licentiā dedistis. Scitote qd̄ is quē nunc p̄pter Hircanū uultis absoluerē, quādoq̄ nos & ipsum regē torquebit. Nihil autem hæc dicendo mentitus est. Nam Herodes cum regnum cepisset, omnes in concilio tuuc inuentos cum ipso Hircano occidit.

Herodes.

¶ Discordias inter senatum & populū Iudaicum, Herodi regnū peperisse. Cap. IX.

Discordia summa, discordia cruenta, tā Romani Senatus, q̄ Iudaicæ gentis regnum illi peperit. Deniq̄ cum Gaius cæsar, & magnus Pompeius totius orbis uiribus conflagūt, & in Iudæa fratres Hircanus & Aristobulus, de p̄cipatu atrociter cōtēdunt, Antipater potens, & ut iā dictum est, multas pecunias possidens, dum in Iudæa fauet Hircano iustiori qdem sed segniori, & in Romana republica multis obsequijs pluribus ipensis, mercat gratiā cæsaris iā uictoris, uictumq̄ Pompeium usq̄ in Aegyptum persequentis, magnā sibi met Iudæe potestātē promeruit, & apud uictoricē Romanorū patrē Herodi filio uia ad regnū obtinendū magnis meritis aperuit. Sciendum quoq̄ quod p̄ illam Hircani atq̄ Aristobuli discordiam, templum in Hierosolymis semel, & iterum magna cū calamitate uiolatum fuit. Primo nanq̄ Pompeius Aristobulum uictum habens, ciuitatem aggressus, contra socios Aristobuli, & per seditionem in ciuitate receptus templum irrupit commota atq̄ cadente maxima turre, per quam aperta parte templi hostes irruerunt, & omnia Iudæorum cæde completa sunt. Quidam enim occidebantur à Romanis, alij uero

uero semetiplos occidebant, & ita ceciderunt uigintiduo milia Iudæorū: Romanorum uero per pauci defuncti sunt. Nec uero parua in templo cōmissa sunt, dū ea quæ priori tēpore inuisibilia uel inaccessibilia erant, adisset Pompeius, & cū eo non pauci uidissent, quæ nō liceret, nisi sacerdotibus intueri. Deinde cum (ut iam dictū est) Herodes regnū cepisset, & Antigonus Aristobuli filius ciuitatem teneret, idem ciuitas passa est, & in templo multi perempti sunt, Herodi annitibus Romanis. Et hæc passio Hierosolymorū ciuitati contigit (ait Iosephus) Marco Agrippa & Callidio consulibus, centesima & octogesima quinta Olimpiade, tertio mense in celebratione ieiuniorū, tanq̄ reuersa calamitate, quæ sub Pompeio Iudæis illata est. Nam extūc eodē die captiuitatis uiginti & septē anni fuisse noscūtur, cū adhuc obsideretur ciuitas ab Herode & Solyo legato, per suavitē Samæus supradictus populo, ut Herodem acciperet, dicēs, propter peccata eum nō posse deuitari.

¶ Neq̄ sceptrū, neq̄ ducē de Iuda auferendū, donec ueniret Christus. Cap. X.

Cum igitur alienus Herodes per tantas, tamq̄ cruentas, quas commemorare libuit, discordias, regnum cepisset, tempus erat, ut promissionis suæ uerbum uerax deus adimpleret. Sic enim fuerat prædictum: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de scemoribus eius, donec ueniat, qui mittendus est. Qui mittendus erat, ipse est qui uenit Christus, in quo semine tuo, ait deus ad Abraham, benedicetur omnes gentes, sicut ibidem à Iacob subiunctum est: Et ipse erit expectatio gentium, Ecce autem ueraciter ablatum erat sceptrum de Iuda, & dux de scemoribus eius, quando Herodes alienigena regno fuit intrusus, qui & occidit omnes, qui regij generis uidebatur esse, & ipsum Hircanum, cuius lenitate & mansuetudine fuerat prouectus. Ut igitur iustificaretur deus in scemoribus suis, iā illud semē, quod Abraham promissum fuerat & cū iuramēto re promissum, quod itidē Dauid iurātū fuerat, uenire oportebat, nec longius differri, quoniā sceptrū de Iuda sic ablatū erat, & dux de scemoribus eius ita defecerat, ut cōtra legē Iudæorū, rex, imò tyrannus federet in regno, homo alienigena, prædo, aduena, extraneus, homicida.

¶ Præter Zachariam, Elizabeth, Simeonem, & Annam prophetissam, multos fuisse, qui aduentum Christi expectarint. Cap. XI.

Qualis putas tunc mentis, habitis iustis animabus, erat? Quos autem illius temporis iustos esse dixerim, nisi illos, qui fidem & spem siue expectationem habebant promissionis ad Abraham, promissionis ad Dauid, iuramenti ad Abraham, iuramenti ad Dauid, qui uidelicet Dauid fidelis, deum fortiter tenens, miserere mei, dixit, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris? Talium unus uel notissimus de tempore illo Simeon nobis extitit, qui in hac fide declamādo & requirendo ueritatem dei, ueritatem promissionis, in qua deus maior homine, sponte hominibus iurauit, repositum accipere meruit, nō uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. Nūquid illo tempore solus promissionis eiusdem Simeon expectator extitit? Erant utiq̄ & Zacharias & Elizabeth ambo iusti, erat & Anna prophetissa, erant & Ioseph & Maria. Dicam adhuc: Nunquid quia solos istos notos nobis euāgelium fecit, nullus præter istos erat, qui expectaret fidem & uictoriam dei, ut in sermonibus suis iustificaretur, & uinceret cum iudicaretur? Vtiq̄, quāuis Herodianæ malitiæ nubes horrida cœlum obscuraret, non paucæ in cœlo erant stellæ luminis eiusdem claritate fulgentes, eiusdem fidei pulchritudine lucentes, & p̄missiois effectū suspirātes, clamabāt aiæ multæ, quatenus in sermonibus suis uerax & fidelis deus appareret. Existimo, quod mulier illa in utero habēs, ut sæpe dictum est, nullo unquam tempore magis parturiendo clamauerit, nūquam magis ut pareret cruciata fuerit. Noli autem uiuētes in corpore fideles illius tēporis hoies solos debere itelligi, corpus illius, quam dicimus mulieris in utero habentis, imò uniuersa dierum uel seculorum ecclesia quando erit ab origine mūdi progenita, omnis multitudo animarum fidelium, tam in carne degētium, q̄ deposito carnis onere, apud inferos beatam spem expectantium, huiuscemodi desiderij clamores emittebat, & hæc uniuersitas propter unam eādemq̄ expectationem, una mulier in utero habens existebat.

Psal. 10

Zuc. 2

¶ Neq̄ demonstrando, neq̄ narrando, Christum pro dignitate indicari posse. Cap. XII.

Quid

Quid iam dicendum, nisi quia mulier illa peperit filium masculinum? Hoc autē dico, quomodo cupit animus immorari, & esse in cōtemplatiōe quasi magnæ, imō ueraciter magnæ festiuitatis, & triumphalis gaudiū, pro eo, quod deus, qui promisserat hoc semen benedictionis, uerax apparuit, & quo se impendit: Quam in partem sermo noster sese aptabit, in demonstratiōe aut in narratiōe? Si in demonstratiōe nō se uerterit, si partū illū, si filiū uel masculū illū demonstrare uoluerit, hoc tale est hodie, ac si meridiano tempore, cœlo sereno, sole clarissimo fulgente in ascensu sui summo, digitū quō intendat oculos habenti & uidenti, dicatq; illi: Vide, ecce sol. Scriptū est em̄: In sole posuit tabernaculū suū. Si autē uertat se in narratiōe, ueremur esse superflui, quoniam noui nihil dicaturi sumus, quoniam nō apud ignotos hæc dicta uel scripta deponimus, nō ad ignaros, uel cū ignaris ista cōferimus. Vertat igitur se tota intentio sermonis ad iocunditatē, & aliquantulum cū iocunditate nitatur habere dignitatē, quatenus & ipse sermo plena fide, pleno fundatur ore, cū gratia humilitatis necessariæ, ut quisquis illa legere dignabitur, delectetur atq; iocundetur propter laudē talis filij, propter honorē tanti masculi, & propter gloriā dei patris, & honorē spūs sancti, de quo illa beata mulier cōcepit hunc & peperit. Ista sermonis iocunditas risum habeat illū, quē nomine suo Isaac significauit, beatæ senectutis & emeritæ fidei filius, q̄ typus filij uel masculi huius extitit, quē decrepita mater scilicet antiqua ecclesia paries per uterū Mariæ uirginis ueraciter dicere potest, semperq; dicit, ac dicit: Risum mihi fecit deus, quia talis filius uere matri suæ risus est æternus. Dignitatem de prophetica sancti spūs facultate mutuabitur, de propheticæ gratiæ plenitudine sumemus, ubi uates eximius Esaias loquitur contra superbiam Assur.

¶ Quod per Esaiam dictum est: Egredietur uirga de radice Iesse: quomodo sit intelligendum. Cap. XIII.

Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertētur cōdensa saltus ferro, & libanus cū excelsis cadet. Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spūs dñi, spūs sapientiæ & intellectus, spūs ritus cōsiliij & fortitudinis, spūs scientiæ & pietatis, & replebit eum spūs timoris domini. Ecce qualis oppositio. Perspice hinc condensa saltus, & libanū cū excelsis, inde uirgā eū flore suo. Quantū est uirga una florifera, cōparatiōe saltuū condensorū, & montis libani cū excelsis suis, quæ robore magno uel alta sunt, utputa ligna cedrorū. Attamen quātu ualent cōdensa saltus, & libanus cū excelsis, cōparatiōe uirgæ huius, & ascendētis de illa floris: Siquidē condensa saltus ferro subuertūtur, & libanus cū excelsis cadet. Hæc autē uirga & flos eius totū suscipit, totū portat supernæ maiestatis pondus, & nō cadit, & nō subuertitur. Dicamus manifestius, quāuis sub istā metaphorā quales translatae sint res, nō ignoret mundus, nō taceat uniuersus, qui in mundo est, ecclesiæ chorus. Perspice hinc gentiū, quas p̄ cōdensas saltus intelligimus tyrannos, ac duces, imperatores, & cōsules. Inde Iudaicæ gentis, quā per libanū intelligi placet reges, & tetrarchas, atq; summos sacerdotū principes, & inter istas altitudines siue magnitudines subortā humilē de domo Dauid Mariæ uirginē, Christū parientē, deū & hominē, & magnā uictoriæ uerbi dei concipis admirationē, quod in hunc mundū ingrediens, nō quæsiuit de altis uel sublimibus parentē habere quempia, solū se sibi sufficere sciens absq; opere humana cōtra illius Assur, id est diaboli superbiam, ad obtinendū sibi regnū, ad possidendū Dauid patris sui soliū, imō dei patris æternū imperium.

¶ Tunc excelsa libani cecidisse, cū Herodes alienigena regnaret, templumq; subuersum de nouo ædificaret. Cap. XIII.

Vt taceam de gentiū saltu, cuius cōdensa ferro tūc temporis Romani imperij passim subuertabatur, & subuersa fuerat, ita ut totius iam sub illo imperio sileret mundus, quando flos iste de uirga uel radice Iesse ascendit excelsa libani, siue ipse libanus, quomodo ceciderunt circa huius floris ascensum. Summū libani uerticē ipsum intellige templū, quia scriptū est in Zacharia propheta: Aperi libane portastuas, ut comedat ignis cedrostuos. Ipsas autē cedros uel excelsa libani principes gētis, quorū gloriæ caput erat templum ipsum, quo angustius in mūdo nullum fuit. Quomodo libanus iste cū excelsis suis tunc cecidit, uel cadere cōepit? Nimirum magni & irrecuperabilis casus eius initium illud dicere

dicere non dubitauerim, quod Herodes, quo regnante, ceciderat magnum excelsum regniæ dignitatis, ablatū quippe fuerat sceptrum de Iuda, & dux de scemoribus eius. Herodes, inquam, homicida multipliciter, imō & parricida, tyrannus, nō rex, templū uetus quod reuersi de Babylonia filij transmigratiōis ædificauerunt, & uictores Machabæi purificauerūt, post sexcentos annos deposuit, & aliud condidit. Vnde illi huiusce operis præsumptio? Nunquid illud opus stare debuit, aut placere deo potuit? Si Dauid fidelis de tribu Iuda rex inuentus & electus secundum cor dei, domū domino ædificare nō debuit, dicente illi domino: Non ædificabis domū nomini meo, eo quod sis uir bellator, & multum sanguinem fundēs, quomodo iste nō qualiscunq; sanguinis effusor, uerumetiam filiorum atque uxorū occisor, & domesticorū siue amicorū furialis interemptor, domū debuit ædificare dño? Non igit mirum, quod ab impio factum de rapinis atq; spolijs regionū ad tam miserabile tamq; horribile peruenit excidium, quo post Christi passionem constat illud per Romanos irrecuperabiliter esse exterminatum. Hoc interim dictum sit, quod tunc libanus cadere cōepit, quādo Herodes templū uetus deposuit, & aliud condidit, maius q̄dem, & duplo maius q̄ fecerat filij transmigratiōis, sed hoc fecit, gloriā quærens suam, non dei.

¶ Herodem, renouando templum, se Dauidi & Salomoni impudenter comparari uoluisse. Caput XV.

Bene, inquit, nostis, quod istud maximo deo templū nostri patres ædificauerunt, cū de Babylonia remeassent, & quia desunt ei ad magnitudinem in altum cubiti sexaginta, instar illius, quod Salomon cōstruxerat. Nemo negligētiam pietatis patrum nostrorū accusat. Non culpa illorū factum est breuius templū, sed Cyrus & Darius huiusmodi mensurā ædificatiōis fieri p̄ceperunt, nostri patres & parentum nostrorū dixit, quia uidelicet Iudaici cum nō esset generis se uolebat haberi. Subsecutus, & hoc ait: Nunc autē quoniā nutu dei principatui meo pax larga cōcessa est, & diuitiarū possessio, & multitudo reddituū, & quod maximū est amicitia, fauorq; Romanorū, qui omnium rerum domini existūt, cur nō studemus relictiū necessitate seruitutis tpe opus corrigere, & integrū deo p̄bere, p̄ beneficijs eius meo regno collatis. Hæc dicēs p̄perauit, templumq; in uno anno & mē sibus quinq; pactum est. Nōne homo ille, imō bestia sic loquēs, & sic p̄peranter faciēs Dauidi fideli, & pacifico Salomoni regibus legitimis, de tribu Iuda regibus sese cōferre, aut etiam p̄ferre cōtēdit? At ille uidelicet fidelis Dauid nulli quicq; rapuit, nec de rapinis domū nomini dñi ædificare instituit, sed ecce, inquit, ego in paupertatula mea preparauī ipensas domus dñi auri talēta cētū milia, & argēti mille milia, eris uero & ferri nō ē pōd̄, uicit̄ em̄ nūer̄ magnitudine, ligna & lapides p̄parauī ad uniuersa impendia. Hæc dicēs, etiā dedit Salomoni filio suo descriptionem templi, & cuiusq; operis. Et hæc, inquit, oia uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera exemplaris. Quod illum dicentem, cum legimus uel audimus, nunquid nō eum quoq; cū esset Propheta eiusmodi ostensionē uidisse arbitramur, ut diceretur ei, quō dictū est, & Moyfi de tabernaculo faciēdo: Inspice, & fac secundū exemplar, quod tibi in mōte mōstrauī, Salomon quoq; aurū & argentū nō ex rapinis, sed ex deidono habuit. Nunquid talibus ac tātis Herodes nebulo sese cōferre debuit?

¶ Quod populus sup̄ illius hominis opere nequaquam lætari, neq; tanto peccatori debuisset adulari. Caput XVI.

Super illius hois opere populus om̄is lætitia efferr̄, tantoq; peccatori nō debuit adulari. Sed imprudens, lætitia completus est, & primū quidem p̄ celeritate deo gratias agebat. Deinde de alacritate regis, quā in dedicatiōe habuit laudibus extollebat. Merito igitur risus eorū in fletum, & gaudiū uerti debuit in mœrorē. Veruntamē sciendum, qualicet Herodes mutauerit parietes, & spectandos p̄ sua gloria magnos cōgesserit lapides, quos admirari poterāt discipuli quoq; Christi, dicētes: Magister, aspice quales lapides & quales structuræ, nō tamē depositū uel mutatū fuerat altare. Quod si euenisset, multo amplius mirari possis homicidæ, imō parricidæ tm̄ licuisse, ut religionis caput, id est, altare ipse poneret, cui Christus, uel in quo dei filius homo factus, deo patri protinus cum hostijs legalibus presentari deberet. Hæc breuiter de templo dicta sint, ut iam uideat prudens laudator iudiciorum dei: quia præter causas alias, propter quas templum illud manere non debuit, ista

N quoq;

quoq; causa nocere potuit, ut non quomodocunq; , sed nimis male imo cum fragore quem totus orbis audiuit caderet, quod ille fabricauit hominū hostis, inimicus dei. Nunc ad susceptum sermo redeat propheticae ueritatis capitulum.

¶ Quare deus Herodem in regiam & sacerdotalem stirpem ita fauere permiserit ut ne quidem filijs parceret.

Caput XVII.

ET Libanus, inquit, cum excelsis cadet. Iam diximus, quia grande illius Libani excelsum ceciderat, in eo uidelicet quod sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius defecerat. Funestus Herodes regiam stirpem ferro extirpabat, & extirpare non cessabat. Unde cunq; regium quempiā subintellegerat, quacunq; ex domo uel etiam sua, imò maxime sua, ex domo uel genitura regia quippiam æstimationis olfecerat, quandam deniq; coniugem regia stirpis habuerat, præter complures alias Mariamne pontificis Hircani filiam, de qua & filios Alexandrū atq; Aristobulū susceperat, omnino undecunq; siue de foris siue de intus regale quippiam sperare posse persenserat, seuebat immanis belua, simulq; pontifices, & suos filios regales trucidabat, uidelicet ne seipsum nimis cupide regnantem ulla possiet inquietare persona per ullam eiusmodi suspicionem. Iam dudum quippe regia cum sacerdotali familia permixta fuerat, & idcirco in utranq; pariter ferebatur truculentus homicida nulli sexui parcens, non ab uxoribus proprijs, non a filijs occasione suborta ferrum differens, quoniam quidem eius filij materno sanguine regiam contingebant progeniem. Unde ergo uinceres deus promissor fidelis, unde iustificareris adimplendo quod promissisti, & iurasti Dauid, cuius spiritus clamare non desinebat in auribus tuis: Miserere mei, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris? Nimirum sciebas, & disposueras iustificari & uincere ex loco humili, unde impurus Herodes, imò diabolus cui seruebat Herodes, nihil possiet suspicari, quod ualeret procedere ad celsitudinem throni. Hoc est, quod continuo per Prophetam subiunxisti: Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus domini, spiritus sapientiae &c.

Esai. 41

¶ Virgam, uirginem Mariam, Christum uero florem esse, & cur de radice Iesse, non de radice Dauid dictum sit.

Ca. XVIII.

Vicunq; Christiana uel Catholica fides, ipsa suis auribus audiuit, & ipsa uidet suis interioribus oculis, q; uirga ista, uirga gracilis & pulchra, uirga humilis quidem, sed recta, est beata uirgo Maria. Et flos qui de uirga ista ascendit, fructus uentris eius, est Christus dei filius, & uirginis filius est, in quo qui promissit deus, fidelis & uerax inuentus est, qui iurauit deus iustus, & deus sanctus comprobatus est. Quærendū uero hic est, cur placuerit spiritui sancto dicere: Egredietur uirga de radice Iesse, magis q; dicere de radice Dauid siue Abrahæ, quibus promissit, quibus deus iurauit. Ad hæc, inquam, si dixisset de radice Dauid, uictoricem quidē pronuntiaret ueritatē promissionis, sed ipsa dictio minus contineret sacramenti. Nunc aut plus habet mysterij, quia cū pconio ueritatis tendētis in semē Dauid simul nos mittit in secretū paternæ domus eius in rationē tēporis uel diei, quo missus est Propheta Samuel ad ungendū regē, quē proiecto Saule prouiderat sibi dñs in filijs Iesse, qui & Isai. Quomodo em̄ dictū, quomodo factū est? Vitulū, inquit dñs, de armento tolles in manu tua, & dices: ad immolandū deo ueni. Timebat enim Samuel. Audiet inquit Saul, & interficiet me. Et impleuit cornu oleo iuxta præceptū dñi, & iuit, ad immolandū, ait, dño ueni. Sanctificamini & uenite mecū ut immolē. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & uocauit eos ad sacrificiū. Cūq; ingressi essent, uidit Heliab, & ait: Num corā domino est Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelē: Ne respicias uultū eius, nec altitudinē stature eius, quoniā abiecti eū, nec iuxta intuitū hoīs ego ludico, homo enim uidet ea quæ parēt, dominus aut intuetur cor. Vocauit Isai Aminadab, & adduxit Semmā, similiterq; & alios filios suos, qui fuere septē numero, & nō elegit dominus ex istis. Ait Samuel ad Isai: Nunquid cōpletus est numerus filiorū? Adhuc, inquit Isai, paruulus reliquus est, & pascit oves. Iubente ergo Samuele misit & adduxit eū. Qui cum uenisset rufus & pulcher aspectu, decoraq; facie: Surge, ait dominus, & unge eum, ipse est enim.

1. Regū. 16.

Respectus psonæ.

¶ Quid sacramenti fuerit in rebus gestis radice Iesse, hoc est Dauid, quod ad Christum pertineret.

Caput XIX.

Quid

Quid nam sacramenti latet in illis rebus gestis, nisi quod audiimus & subintelligimus in istis uerbis propheticis: Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabitur, & subuertetur cōdensa saltu ferro, & Libanus cum excelsis cadet. Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spūs dñi. Deniq; cum iste sit sensus: Superbi & diuites relinquētur, & de puella humili siue paupcula, pmissio ueritatis implebitur, simul p hoc dictū quod est de radice Iesse, uetus experimentum mentibus nostris adducitur quod accidit Iesse reprobatis maioribus filijs eius, & assumpto humili uel paruulo Dauid, q; erat minimus. Idem ergo ē, ac si dicat: Quid miramini, quia dixi, excelsi statura succidētur, & sublimes humiliabitur, & humilitas exaltabitur? Similiter factum est in diebus Iesse. Vultuosus erat Heliab, & alta erat statura eius, sed abiecti illum ait dominus. Itemq; ad reliquos magnos filios eius secundum illorum similitudinem multi erūt, quādo propheta hæc implebitur, excelsi statura & sublimes in gloria tam de regali q; de sacerdotali prosapia, potentes uiribus, & ualētes armatos producere exercitus. Sed nō de illis elegit dñs, nec adimplendum promissionis suæ uerbum opus habebat sublimitate hominū, altitudine aulicorum in curribus, & in equis exultantium, q; in multiplici fauore hominum, in multiuago plausu popularium, & nō in dño cōsident, & tūc minimus filiorū Iesse, paruulus Dauid complacuit, & postmodum humilis ancilla dñi p̄ cūctis hominibus emissa in spū humilitatis altissimo complacebit, ut ex ipsa compleatur promissio nascēte Christo, ac si de uirga gracili spectabilis ascendat flos. Præterea sicut illic præteta immolationis festiuitas, & adductus de armento uitelus occurrentibus Samueli senioribus ciuitaris, & admirātib; aduētum eius, causam subtextit ne audiret Saul. Ita & hic desponsatio uirginis siue consueta nuptiarum solēnitas, & Ioseph maritus puellæ nominatus, diabolum fefellit & cūctos satellites eius, ut erant Herodes & complices eius, ut nescirent sacramentum, cuius sciēdi nondum erat tempus.

Esai. 41

Esai. 41

¶ Laudabile dei consilium esse, quod in humilitate diabolum atq; Herodem fefellerit, & ars artem luserit.

Caput XX.

A pud Maronem iocatur quispiam gloriabūdus, & dicit. Nil refert armis contingat palma dolisue, profecto snia hæc, ad huius palmæ siue uictoriæ rationem nō ualet. Multum q;pe refert, multo melius & ualde utilius est deum uel dei uerbum sic uicisse uel ad procedēdū pcedere, ut in toto prælij cōgressu ars artem falleret, q; si de nobilibus atq; potētibus carne assumpta materialibus armis eorum cōtra homies impios dimicaret, quomodo inuisibilis, & nōdum homo factus per Machabæos, aliosq; fortes atque fideles uiros dimicauit, & armis paucorum sæpe multa milia peremit. Hoc itidem facere poterat, ut incarnatus de aliqua siue Hircani tūc temporis pōtificis, siue alicuius cæterorum filia bellica, sibi ob defensionem ueritatis adhiberet instrumēta meliori prouētū, q; uel Machabæus uel ipse Dauid unq; pugnauerat. Ut uerbi gratia, persequeretur unus mille, & duo fugarēt decem milia. Multo melius, inquam, est, q; ars artē fefellit, q; si res acta fuisset armis eiuismo di. Non, inquit, in exercitu, nec in robore, sed in spū meo dicit dñs exercituum. Hoc erat uerbum dñi ad Zorobabel apud Zachariam prophetam. Vbi septem oculos super lapidē unū, & septē lucernas uidit super unum candelabrum, uidit, q; nō erant aliud q; septem spūs domini requiescentes super hunc florem unum.

2. Thimo. 2.

Deut. 32

Sach. 4.

¶ Quam utile nobis fuerit Christum ē paupere uirgine matre nasci.

Caput XXI.

Nilla potest uerbis lingua consequi, imò nec cuiusquam cogitatu comprehendere mēs hoīs, quanta nobis commoda prouenerunt ex eo q; humilitas diuinitatis, humilitas uerbi dei, nō diuitem, sed pauperem uirginem matrem sibi elegit quod ancillam suam respexit, tāto apud se coram diuitibus uel superbis humilem, quāto constat excelsis libani cedris minorem esse uirgam quamlibet de radice uetusta egredientem. Si enim parentes Christus diuites elegisset, quis hodie pauperibus in ecclesia Christi locus esset? Nunc aut & potentes deus nō abiicit, cum & ipse sit potens, & sapius in hoc mundo pauperes eligit, cognoscendo illos in benedictionibus suis, id est, præclara illis dona tribuendo spūs sui, qualia nimirum diuitibus habentibus consolationem suam rarius concedit.

Job. 37.

1. Cor. 3.

N 2 Videte

1 Cor. 3 Videte, inquit Apostolus, uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Ergo pauperibus & infirmis sapius cœlestia uocationis suæ dona largitur deus abundantius. Et ista consideratio pulcherrimam nobis effecit considerationem patris optimi, qui notum & uerum habet testimonium, quod spiritu omnium iustorum plenus fuerit. Qui minus indiget, inquit, agat deo gratias, & non murmuret. Qui uero plus indiget, tribuatur ei, & humilietur pro infirmitate, non extollatur pro misericordia. Nimirum cum hæc dicit, hanc sentimus esse imitationem dei, qui spiritualia sua dare abundantius consuevit plus indigentibus, scilicet pauperibus, infirmis, ignobilibus, ut secundum multitudinem dolorum in corde ipsorum consolationibus huiusmodi lætificentur animæ ipsorum.

¶ Laudat incarnationem uerbi, ex Psalmo Davidis: Eructauit cor meum uerbum bonum. Caput XXII.

Psal. 44 **Q**ua uoce, quibus uel quantis laudibus floris huius de uirga eiusmodi ascendens pulchritudinem prædicabimus, unde uerba sumemus? Nos pene muti, pene infantes ad tantam dignitatem rei, ubi pulchritudo cum fortitudine, fortitudo cum pulchritudine floret ac uiget, cuius ipse spiritus sanctus laudator est. Quid eloquimur ita, ut secundum nostram mentis intentionem ipsum audire delectetur. Sumamus aliquid non de nostro quod nusquam est, sed de plenitudine ipsius, qui omnes sanctos adimplet de thesauro boni cordis, thesauro iocunditatis & exultationis, quem super Prophetam huius uerbi sui super Prophetam patriarcham, & regem thesaurizauit dicentem in persona ipsius dei patris: Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribens: statim ipse Propheta ex sua persona succinit. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua. Intende prospere procede & regna, &c. Putet se anima pauperula, nunc ad fontem sermonis uenisse, unde haurire possit quod loquatur, ad gratiam floris huius speciosi & pulchri pro bona intentione. Magis delectandi quod docendi intentione, o tu quicumque hæc legis uel audis me existimato immorari, quia dulce est, pulchrum & pius etiam nota replicare atque frequentare de forma speciosi, de specie & pulchritudine formosi atque potentissimi, gladio suo super femur suum accincti, prospere procedentis & regnantis, quem in ueritate, in mansuetudine, & iustitia mirabiliter dextera sua deducit, cadentibus sub ipso populis in corde suo, quia crucifixi sunt sagittis suis acutis, sagittis ditorum eius salutiferis, ut doleant quod olim fuerunt inimici regis, eumque adorent cadentes, cadant in facies suas eum adorantes.

¶ Quomodo uerbum Davidis intelligendum sit: Lingua mea calamus scribæ. Caput XXIII.

Esai. 44 **Esai. 44** **Lingua dei** **P**ariter assumptis utrisque testimoniis, & illo Esaiano, & isto Davidico, primum contentum libet hoc dictum dei patris: Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribens. Lingua dei patris spiritum sanctum promptum est intelligi, quia sicut lingua carnis administrat uerba hominis, ita spiritus sanctus animæ credulæ suggerit uerba dei. Unde & quando super Apostolos Christi descendit, quos nimirum eatenus homines sine literis & idioras & deinceps peritos & eloquentes facere ueniebat, in linguis igneis apparuit. Consectimur cur ita apparere uoluerit, sequens effectus indicauit. Facti sunt namque charitate & zelo bono fortes ac serui dei, quod significauerat ignis. Facti sunt eloquentes uariis linguis, & scripturam periti, quod linguarum desperatio præsignauit. Cum igitur dicit in isto quidem: Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribens. Per illum autem: Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. Manifestum est de Christo, quod uere deus sit, & quod ueraciter habitat in ipso plenitudo diuinitatis corporaliter, quauis in hoc tempore, cum fides Christiana sit fit ma, & hæc assertionem non indigeat, cum fide necessaria, delectabile & utile est etiam competentem habere scientiam. Natura humana de uirginæ carnis substantia sic est assumpta, uelut membra nula mun

nula munda & bene accurata, scriptorioque operi accommodata, & ipsa lingua patris, id est, spiritus sanctus, uelociter percurrat, uelociter tanquam calamus scribæ totam perscripsit, totam uerbi substantiam repleuit, nihilque residui fuit, sed totum quod erat in corde patris, illi animæ inscripsit, totamque sapientiam, totamque intellectum, totamque consilium, totamque fortitudinem dei, totam scientiam, totamque pietatem dei, & totum timorem domini, ut nihil esset, quod non sciret, nihil quod non posset, nihil in deo patre quod non haberet humana pueri huius natura, unde & deus est.

¶ Quomodo intelligendum: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Caput XXIII.

Hoc intelligimus esse, quod ait ipsa persona patris: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Res magna, dictum autem non ualde magnum rei comparatione. Quid enim hoc dictum, eructauit: quid magnificum est? Inter nos dico, eructat quisque nostrum, dum satur est, sed esuriens quispiam ructu alterius saturatus non est. Dicit aliquis opus suum, sed quod audit, non statim consequitur auditi operis effectum ut faciat similiter, quicquid ab illo factum est. At ille qui hæc loquitur: Eructauit cor meum uerbum bonum, qui ait, dico ego opera mea regi: bonum illud uerbum, ipsam boni uerbi substantiam tota plenitudine ædidit in uterum uirginis, & regi, id est, homini, quem formabat de utero eiusdem uirginis, opera sua sic indidit, ut sit & ipse opifex siue artifex non dissimilis, magna hæc & mira prædicatur per hæc duo uerba exigua: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego. Solent grammatici uocare tropum, quem dicunt tapinosin, qui modus locutionis humilitas est magnæ rei, uelut si mare intendens dicat gurgitem, si uastum montem dicat cumulum uel collem. Equidem non ausim in maiestate tantæ rei declamare uenias istas, ueruntamen nusquam reperiri existimo locutionem, in qua uoces rebus quæ significantur tanto impares sint, ut sunt in locutione præfenti. Ut quid igitur taliter dictum est, imò quomodo dicitur aliter quam dictum est, ubi enim uerba inueniretur ad rem sufficientia, quæ intelligitur? Sic quidem in uerbis defectus, sed eundem defectum ipsam uocum minoritatem si rite perpeditis, studio famens ædificat. In quorum in eo uidelicet ut anima duertat opus quidem græde sed deo non difficile. Quis enim homo plenus edulio fatigatur eructando? Sic nimirum deus pater bono plenus uerbo non laborauit, humanæ naturæ illud inserendo.

¶ Quare deus incarnari, & non potius per angelum genus humanum saluare uoluerit. Caput XXV.

Hoc opus bonum fecit deus, summe potens, summe bonus, hoc est, quod patribus promisit, quod iurauit ad Abraham, iurauit ad David. Tanquam summe bonus, sponte promisit, sponte iurauit, tanquam summe potens adimpleuit. Denique sicut summæ bonitatis est, quod hoc facere uoluit: ita summæ potentiam est, quod hoc facere potuit. Diligenter animaduertendum, solent enim nonnulli dicere: Ut quid deus, dei uerbum, uenit per semetipsum, & homo factus est, ad saluandum genus humanum, cum hoc idem fieri potuisset per alium? Cur non potius misit aliquem legatum? cur non misit angelum siue archangelum? Ad hæc, inquam, uidelicet quia nulli alij, nulli nisi soli naturæ diuinitatis hoc fuit unquam possibile, assumere quod non erat, & manere quod erat. Et unde illi hoc possibile, uidelicet, quia natura uel substantia diuinitatis tanto subtilior est anima rationali, ut eam penetrare possit. Fideliter hoc inter cætera patres catholici sumpserunt, & scripserunt pro argumento ueritatis contra hæreticos, quod spiritus sanctus æque ut pater & filius deus sit, quoniam & ipse humanæ animæ est capabilis, & capax eiusdem animæ rationalis. Nisi enim deus esset, neque humano, neque angeli, spiritui capabilis esset. Proinde notandum, quod quauis dicatur quis plenus dæmonia, non sic implet hominem ille spiritus, ut penetret animam eius, sed cauernas corporis irrepere potuit, quæ ebrietas siue febris animamque deprehensam in suis sedibus exagitat atque affligit. Solus deus unus, deus pater, & filius, & spiritus sanctus, cum uult, & prout uult rationali animæ uel spiritui sese infundit, & in eo mansionem facit. Frustra igitur dicit, uel querit quis, cur non legatum uel angelum miserit, sed per semetipsum, ad saluandum genus humanum uenerit deus, uerbum dei, quia uidelicet naturam induere humanam non potuit, nisi sola natura dei: unde sicut bonum, quia uoluit, ita omnipotentem prædicamus, quia potuit.

Uerbum bonum eructare, quid sit.

Tapinosis.

Quæstio.

Dilutio.

Esai. 44.

¶ Christum, salua matris uirginitate, natum esse.

Ca. XXVI.

Quid de salua matris uirginitate dicemus ad laudem ipsius? Contra naturam, inquit, deus inquit, uirgo parere non potuit. Nos autem credimus, propter quod & loquimur, quia talem filium supra naturam uirgo parere potuit. Non dicimus contra naturam, quae non est naturae iniuria, sed dicimus supra naturam quia natura est gloria. Quae ratio est dicere, quod non potuerit quicquam supra naturam, qui fecit naturam? Per uerbum omnia facta sunt, si omnia profecto & natura foeminea. Ergo ne fortior esset natura, quam is (per quem facta est natura) nimirum recte sapit homo rationalis, ut dicat, quia quae omnia fecit, & ipsam naturam, consequenter omnia uincit, & ipsam naturam. Quod si Iudaeo uel Manichaeo magnitudo miraculi ad incredulitatem peruenit, quid rogo magis mirum, id quod assumptus uel formatus est homo de terra animata & sensibilis, an quod homo plasmatus est de terra inanimata & insensibilis? Denique terram animatam, & sensibilem Mariam dixerim, quoniam de terra & ipsa & nos sumus facti. Porro terra, de qua primus homo plasmatus est, inanimata sine dubio fuit, & insensibilis. Nonne ergo plasmatio primi Adam, plasmatio secundi mirabilior fuit? Si quidem materia uiuens, & sensibilis, id est, foemina, quam uis uirgo uicinior est huic operi, quam fuit illa materia, neque uiuens, neque sensibilis. Igitur illa quidem plasmatio mirabilior sed ista uenerabilior.

¶ Quid sit, speciosus forma praeter filios hominum, & gladius super femur accinctus.

Caput XXVII.

Ecce speciosus forma, ecce potentissimus gladio suo super femur accinctus. Agnoscentis est, cuius uictoriam praedicamus, cuius triumphalem currum laudando sublequi optamus: olim uerbum, nunc & caro: olim deus, nunc & homo: speciosus, inquit, forma. Quid est forma? Diuinitate: Diuinitas namque forma est, forma namque formatum, forma carere materia. Diuina substantia, sicut ante nos dictum est, sine materia forma est: at quod ideo unum est id quod est, reliqua non sunt id quod sunt. Vnum quodque enim habet esse suum, ex his ex quibus est: ut cum homo terrenus constet ex anima & corpore, corpus & anima est, non uel corpus uel anima in parte, igitur non est id quod est. Quod uero non est ex hoc atque hoc, sed tantum est hoc, illud uere est id quod est, & est pulcherrimum fortissimumque, quia nullo nititur. Igitur speciosus forma, id est speciosus secundum diuinitatem. Ista eius speciositas, qua speciosus est praeter filios hominum qui utique diuina natura non sunt, soli amatores eius uident, soli uidebunt regem in decore suo, uidebunt oculi eius, qui diligunt eum. Et ego, inquit, manifestabo ei meipsum. Quid porro est gladius, quo accinctus est iste speciosus, iste potentissimus? nimirum unum idemque uerbum dei, uerbum deus, forma est speciosi, gladius est potentissimi: nam uiuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Igitur ut iam dictum est, ecce speciosus, ecce potentissimus, speciosus ut flos, potentissimus ut gigas, cuius a summo caelo egressus, & occursum eius usque ad summum eius. Talis in hunc mundum ingreditur uisibilis factus, uisibiliter pugnaturus, qui prius inuisibilis, inuisibiliter praetibat, pugnaturus noua belli specie. scilicet non in exercitu, neque in robore, sed in spiritu suo demonia potens eijcere. Hunc florem speciosum, hunc regem potentissimum alibi sancta scriptura praedicat, agnum habentem, inquit, cornua septem, & oculos septem, scilicet septem spiritus qui super flores requiescunt, sed de agno, qui & uincens leo, postmodum suo loco erit dicendum.

¶ Sicut septiformis spiritus super florem requieuerit, ita septemplici laude Psalmus hic regem Christum canit.

Caput XXVIII.

Nunc delectat breuiter intueri, utrum sicut spiritus isti omnes super florem requiescunt ita secundum singulos eorum proprium quid in Psalmo, siue in cantico praetibato dicatur ad regem speciosum, regem potentissimum: Dico ego opera mea regi: Lingua mea calamus scribae, uelociter scribentis. Dicta haec esse secundum spiritum sapientiae & intellectus non indiget assertione nostra, quia manifeste ubi filio regi pater deus sua dicit opera, ibi sapientia, & ubi lingua eius operatur, ut scribere calamus, ibi intellectus. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. Accingere gladio tuo super foemur tuum potentissime &c. usque: Et deducet te mirabiliter dextera tua. Hec intelligimus decantaturi secundum spiritum consilii & fortitudinis. Consilium namque fuit, quod uidentem deus non posse nos ex nostris operibus iustificari, & omnes sub peccato esse conclusos, diffudit gratiam, id est, peccatorum remissionem gratuitam in labiis huius speciosi, & propterea hunc benedixit in aeternum.

fecitque nasci sanctum, & ab omni peccato mundum, ut efficaciter in labiis eius ista gratia diffunderetur, diceretque peccatrici, quae erat una & uniuersa ecclesia: Dimissa sunt ei peccata multa: non quia operata est multum, sed quia dilexit multum. Accingi gladio super foemur, prospere procedere & regnare, & sua dextera deduci mirabiliter, sine dubio fortitudinis opus siue effectus est. Sagittae tuae acutae, quid est, nisi tibi in doctrina siue praedicatione semper scripturarum paratae sunt sententiae: quibus confixa corda illorum, qui fuerant inimici, credunt, & acquiescunt ueritati, & cadunt adorando te, facti amici. Ergo pertinere haec ad spiritum scientiae non dubium est: Vixit te deus, deus tuus oleo lacticiae praeter confortibus tuis. Oleum istud profecto spiritus pietatis est: Oleos graece, misericordia latine. Nihilominus & concupiscit rex decorem tuum, ad eundem spectat pietatis spiritum. Nam regis huius concupiscentia, non aliud est nisi pietas. Hoc est oleum, quo unctus est speciosus iste rex, ut in multitudine misericordiae benedictus adueniret, concupiscentiam habens animarum perditarum per blanda damenta misericordiae conuocare illas ad suum salutis aeternae triclinium: Spiritus timoris domini in eo non est, ut timeat, sed ut timeatur, & ut circa ipsum religiosa sanctitas, sancta & timorata sit religiositas. Huc pertinet illud: Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Adducentur regi uirgines, afferentur in leticia & exultatione, adducentur in templum regis, & populi confitebuntur tibi in aeternum, & in seculum seculi.

¶ Quare non dictum sit manebit, sed requiescet super eum spiritus domini. Cap. XXIX.

Vnum est adhuc eiusdem capituli Verbum in quo tenemur, ne iam processum regis prosequamur, ne iam partem beatam mulieris qualiter deuorare uoluerit Draconem ille narremus. Quod est illud Verbum? Et requiescet, ait, super eum spiritus domini. Non dixit: & manebit, sed requiescet dicere maluit: nec dubium est, quin aliquid plus significet, quam si dixisset manebit. Attendamus, quia sermo propheticus est: Cui, inquit Petrus apostolus, benefacitis attendentes, quasi lucernae lucet in caliginoso loco, donec dies eluceat, & Lucifer oriatur in cordibus uestris. Ecce locus quidam occurrit, caliginosus quidem, sed ista lucernae huius, id est prophetici sermonis flammula, clarum illum nobis facit, & tanquam Lucifer diem intelligentiae adducit. In deserto loquente domino ad Moysen, ut sacerdotio fungeretur Aaron, Chore, Datan, & Abyron, alijque proceres synagogae steterunt aduersus Moysen & Aaron, stetit ois globus eorum contra dominum. Unde & propter execrabilem superbiam malum, non consueta hominum morte interierunt, sed nouam rem fecit dominus, ut aperiens terra os suum deglutiret eos, descenderuntque uiuentes in infernum, quia blasphemauerunt dominum. Praeterea ignis egressus a domino, interfecit ducentos quinquaginta uiros, qui offerebant incensum. Deinde loquere, ait, dominus, ad filios Israel, & accipe ab eis uirgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum uirgas duodecim, & uniuscuiusque nomen supercribes uirgae suae. Nomen autem Aaron erit in tribu Leui, quem ex his elegero, germinabit uirga eius, & cohibebo a me quimonias filiorum Israel &c. Factum illud in lege, quod germinauit uirga Aaron, & turgentibus gemis eruperunt flores, & cum folijs fructus, atque ita cessauit superbia de sacerdotio consistantiu. Illud inquam, factum in lege, confert cum isto uaticinio prophetae, quod dum inuehitur contra superbiam Assur, excelsi, inquit, statura succendentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cum excelsis cadet, & subaudire licet, sicut succisi uel humiliati sunt, sicut subuersi sunt, & ceciderunt, Chore, Datan, Abyron, & coplices eorum: ista tamen subiungit: Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini. Nimirum & hic subaudire decet, sicut ascendit flos de uirga Aaron, & sicut requieuit, id est, ab ira sua cessauit, & placatus est spiritus domini, quem exacerbauerant murmuratores & superbi.

¶ Praeter Christum neminem fuisse super quem requieuisse spiritus domini dici posset. Cap. XXX.

Igitur secundum illam similitudinem intelligendum est quod ait: Et requiescet super eum spiritus domini. Nam ibi quidem aliquanta fuit similitudo: Hic autem res est multo amplior. Ibi uirga insensibilis, flores & folia supra naturam usum produces, atque nucis, id est, quae relas paucorum rebellium cessare fecit. Hic uirga sensibilis uirga, id est, uirgo siue uterus uirginalis, florem

N 4 scilicet

scilicet iam dictum speciosum regem pariens, superbiam diaboli percussit, superbiam culpam de toto genere humano correxit, & iram dei, quae proinde superuenerat, auertit, placatūq; deū nobis reddidit. Itaq; super hunc florē requiescet, ait: spūs domini, id est propter Christū mitigabis omnē iram tuam dñe, & auertes ab ira indignationis tuae. Nunquā em̄ te inquietabit flos iste; mitis quippe est & humilis corde. Et Moyses quidem mitis erat super omnes homines qui morabantur in terra; sed non ita ut hic, non ita semper, non ita impassibiliter. Vexatus em̄ & exacerbatus distinxit in labijs suis, distinxit & dominū non glorificauit. Ad quas cōtradictionis loquendo, non sicut mitis, & aliter q̄ uoluisset audire spūs domini, quia locutus est uerba incredulitatis. Propterea dñs ad Moysen & Aaron, non introducetis ait, populos istos in terram, pro qua iuraui patribus eorum. Iste nunq̄ distinxit in labijs suis, imō cum male tractaretur non aperuit os suū, & sicut ouis, sicut agnus coram tondente se obmutuit. Dignus ergo qui populū introduceret in ueram repromissionis terram.

Numc. 12

Numc. 20

Esaia. 53

¶ Sicut uirga Aaron, ita & uirga Iesse, superbi certaminis finē fecit. Cap. XXXI.

Multum est quod de scripturis admota clarificat lucerna uerbi huius propheticū: Et requiescet super eum spūs dñi, sed in eiusmodi diutius immorari praesentis nō est propositi. Veruntamen ut proposita similitudo decētius explicetur, hoc solū adhuc dicere libet, quia sicut contigit superbis illis contra quos in deserto (ut iam dictū est) uirga floruit, ut noua & insolita perditione perirent; ita contigit excelsis & sublimibus illis, quorū temporibus egressa est uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, ut dissimili casu caderent, & interitu suo dissimiles ceteris hominibus quicunq; bello interierūt, existerent. Testatur hoc Iosephus, qui miserabile illorū describens excidiū, dicit de illis: Singillatim quidem iniquitates eorum narrare non potero. Vt autem breuiter dicam, neq; alia ciuitatem unquam talia perpeffam esse puto, neq; ullam nationem post hominum memoriam maliciae ferociorem fuisse. Et alibi: Deniq; omnium post condita secula res aduersas, si cum Iudaeorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo, & horum auctor nullus externus est. Erant quippe isti maxime de parte Assur, id est diaboli, contra cuius altitudinē uirga ista ascendit, cū suo flore, id est, uirgo humilis cū filio suo miti & humili.

VNDECIMI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI,
LIBER DVODECIMVS.

¶ Beatam uirginem Mariam mulieris in utero habentis, parturientis, & ut pariat clamantis, non minimam partem fuisse. Cap. .I.



Ictum iam, & adhuc dicendum est, quia draco stetit ante mulierem, quae erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Hic iam nomen mulieris duplicem sensum habet. Antequam esset beata uirgo Maria, ante, inquam, & longe prius erat mulier q̄ in sacramento sentimus, id est ecclesia, & utiq; pregnas mulier mente grauida gerens uerbum promissionis, sicut iam saepe dictū est.

Sala. 4

Ecclesia. Esaia. 9

At uero propria & usitata significatione secundum sexum Maria mulier extitit, quamuis uirgo, dicente Apostolo: Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Mulier haec siue hoc humani generis indiuiduum, mulieris illius pars est, quam dicimus ecclesiam, id est credentium collectionem uniuersam. Vbi ergo mulier ista, id est uirgo Maria peperit, totam ecclesiam peperisse quis nescit; Propterea dicimus uniuersi, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.

¶ Draconē etiam Mariae filium deuorare uoluisse. Cap. II.

¶ Quid

Quid porro fuisset deuorari filium eius? Nimirum ita mori, uel occidi, ut periret nomen eius. At illud sextum caput draconis, illa bestia terribilis, non sicut dentibus magnis, dentibus suis ferreis, ea quae circa corpus sunt bonorum siue malorum, comedere siue comminuere atq; cōculcare potuit. Ita etiam in causa ista, sui met agitatori diabolo satisfacere praualuit Herodes, cuius praecedenti libello mentio facta est, qualiter quaesierit puerum ad perdendum eum quis nescit, & quis non audiuit? Plane impius ille Romani satelles imperij, nec impietatis crimine uacuus est, Augustus ipse, qui ad suggestionē eiusdē Herodis tam praeuus extitit, ut concederet illi quoquo pacto regem perdere quem natum audierat, tanquam regna hominum rex ille tollere haberet, quod ita non erat. Crudelitati stulte, crudeli eius stultitia mulier saepedicta de incolumitate filij sui secura, iamdudum exprobrauit, & exprobrare non cessat. Non, inquiens, diripit mortalia, qui regna dat caelestia. Crudelitas Herodis Romana potestate facti regis tam cito in Romanum imperium redundauit. Nec em̄ tot pueros impune occidere potuisset, nisi Romanae potentiae licentiam, uel consensum Augusti Caesaris habuisset. Sicut cum uoluit inde permissum accepit proprios trucidandi, ita praetento metu ne fieret sibimet uel Augusto de mutatione regni siue imperij, concessionem adeptus est tot pueros occidendi, quotquot in Bethleem, & in omnibus finibus eius per annos duos fuerant nati. Futurū quidē erat, ut per manus Romanorū rex iste occideretur, sed nondū erat illius rei tempus, nec sic faciendū erat, ut deuoraretur filius masculus, id est, non ita mori habebat, ut periret nomen eius.

¶ Quare diabolus Christum Herodi prodere non potuerit. Cap. III.

Sic Herodes egit, & sic peragere uoluit, ut uere unus uel praecipuus diaboli filius, de qualibus ait filius uel masculus iste: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Quae uel qualia desideria? quaeritis, ait, me interficere. Hoc est desiderium patris uestri. Propter hoc desiderium ille homicida erat ab initio, quia uidelicet ueritatem, id est, me ipsum odit ab initio, quod odiū nunc in me factū, mortalem hominē desiderat cōplere homicidio. Hoc erat desiderium illius, qd Herodes uolebat tā cito facere desiderium patris sui, desiderium diaboli. Dicit aliquis: Si pater eius diabolus hoc iamdudum desiderabat, cur non statim puerū prodebat? Cur eū a magis illudi permittebat? Nunquid nesciebat? Nunquid spiritus ille non contactus carne percipere non poterat natum esse hūc regem, nisi uenissent homines de longe, & fecissent Herodi, omniq; Hierosolymae turbationem siue metum, dicendo: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Ad haec inquam, planē sciebat, sed non sinebat eū loqui puer ipse qui natus erat. Hoc aliūde facile potest probari. Exiebant, inquit Euangelista, daemonia a multis clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Et recte non sinebat ea loqui, quia profecto pro malo loquebantur, scilicet, ut inuidiam facerent illi. Igitur & tūc natum illum esse diabolus sciebat, & filium suū Herodem hoc scire desiderabat, sed natus infans eum loqui non sinebat. Nam nisi prohiberetur eodem modo quo alibi dicit: Scio quis sit sanctus dei, scilicet per energuminum dicere potuisset illi dolenti quod esset illusus a magis, scio ubi sit sanctus dei, siue scio ubi sit rex ille quem quaeris.

Johan. 8

Dat. 2

Lucas. 4

¶ Christum a diabolo, non ut cognosceretur, sed ut corrumperetur, tentatum fuisse. Cap. III.

Sed dicit aliquis: Si illum sciebat diabolus, ad quid instabat experimentū quaerens, & dicens. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant? Quemcunq; res ista mouet, scire debet, quia fecit ut tentator uel ut corruptor. Nam ille est qui semper hac intentione tentat ut corrumperet, plane non quaerebat ut cognosceret quasi incognitū, sed ut corrumperet cognitū. Quid autē est corūpere, nisi similitudinem uel cōformem facere? Horrendū quidē auditu hoc est, sed adhuc in deterius processit, dicēdo ad ultimū. Haec oia tibi dabo, si cadēs adoraueris me. An nō dicit & apostolus, de illo q̄ aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut qd colitur. Nō expauescat pius ac fidelis animus perpēdere, quātus sit praesumptor diabolus, q̄ uidelicet cognoscēdus est ex hominibus, qui iudicāndus est ab hominibus. An nescitis, inquit idē Aplus, q̄ & angelos iudicabimus. Cū igit dicit ille, utpote tētator id est corruptor: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, Perpēde, q̄ sibi cōformare, sibi similem

Dat. 4

Dat. 4

2. Thes. 2

1. Cor. 6

Dat. 4

similem facere Deum intendebat ille Satan. Quomodo per hoc sibi conformē faceret dicē
tem ut lapides illi panes fierēt: uidelicet q̄a & qui mendaciter dicit de seipso q̄ nō est, & qui
iactanter & pro uana gloria mōstrat de seipso, q̄d non est, similes sibi sunt, testante ipso dño
q̄ reuerfis septuaginta duobus, & cū gaudio dicentibus, Domine etiā dæmonia subiiciūt
nobis in nomine tuo, quod utiq; uerum erat, statim tam fortiter quā suauiter tetigit eos di
cens: Videbā Satanam sicut fulgor de cælo cadentē, quo uidelicet dicto breuiter innuit, q̄
multi ex ipsis secundū Satanæ similitudinē propter uanitatem casuri uel retro abituri essent
Multi enim discipulorum eius, ait Ioannes, abierūt retro, & iam cū illo non ambulant. Por
rò Diabolus mendaciter de semetipso & in cælo dixit, & in terra nunc usq; cōtendit dicere
q̄ non est, scilicet q̄ sit Deus. Dominus autē filius Dei erat, & est, sed ut hoc illi miraculis
demōstraret, nulla esset causa nisi iactantia seu uana gloria. Nunquid enim illum Diabolus
adoraret ut saluus fieret si apud illū se filiū Dei esse taliter cōprobarēt? Igit̄ miranda Diaboli
presumptio, qui non contentus dixisse olim, ero similis altissimo, simile sibi altissimum n̄sus
est facere tentando. De hoc quod in deterius proficiens præcipitium suavit, & deinde sibi q̄
q̄ illū substernere tentando, suadendo ut se adoraret, miretur qui potest & animaduertat, q̄a
uere magnum Diaboli iudicium est.

¶ Qua de causa Christus nō solum dæmonijs, uerum etiā apostolis ne
se proderent, prohibuerit. Cap. V.

Nunc ad id redeo quod cœperam, scilicet, quia increpans dæmonia non sinebat
ea loqui, quod sciebant, uidelicet ipsum esse Christum. Nunquid uero t̄modo
dæmonia super hac re prohibebat uel increpabat, & loq non sinebat? imò & a
micos hoies super eadē re prohibebat. Exēpli gratia: Cū interrogasset discipulos
suos dicēs: Quē dicūt homines esse filiū hois. Itemq; uos autē quē me esse dicitis? Et ad hæc
respondens Simon Petrus dixisset ei: Tu es Christus filius Dei uiui. Illum quidem beatifica
uit dicens: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus,
qui est in cælis &c. Sed tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Chri
stus. Quare? uidelicet quia futurus erat, ut postq̄ regiū hoc nomen de ipso publice prædica
retur, nulla mora interficeretur, inimicis Iudæis gaudentibus, utpote grandi ratione armatis,
forti occasione suffultis, q̄ essent amici Cæsaris, interficiendo illū, qui se dicendo regē Chri
stū, contradiceret Cæsari, quē si nō interfecissent, nō essent amici Cæsaris. At ipse nolebat lo
cū dare uel occasionē facere homicidis illis, priusq̄ omnia cōdidisset instrumenta benedictio
nis, quæ peruenire debebant ad nos gentes, iuxta uerbū promissionis ad Abraham: Et in se
mine tuo benedicentur oēs gentes. Et idcirco morti uel ministris mortis præcipiebat ut ex
pectarent. Exēpli gratia: ut tetrarchæ Herodi. Accesserūt ad eū die quadā phariseorū quidā
dicentes: Exi & uade hinc, q̄a Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite dicite uulpi illi. Ecce ei
cio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Quod erat dicere:
Hoc anno & sequenti regnum dei prædico, & anno tertio per passionē mortis summa glo
ria, summo honore coronabor. Neq; em̄ in potestate uulpis est, quando deuoret leonē, non
in potestate fraudulentis homuntionis est, quando interimat uitæ & mortis dominatorē. Igit̄
tanquā sapiens amicis seorsum indicabat, inimicis autē usq; ad tēpus abscondebatur, q̄ ipse es
set Christus, tanq̄ sapiēs, imò & ipsa sapiētia q̄ dicit: Causam tuā tracta cū amico tuo, & se
cretū extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi cū audierit, & exprobrare nō cesset. Itē, mala
aurea in lectis argētis, qui loquitur uerbū in tempore suo.

¶ Quare Iudæi, an ipse Christus esset, quæsierint, & quare ipse ante passionem
semper obscure responderit. Cap. VI.

Si totam percurras Euangelij seriem, nusquam reperies, quod se in publico Chri
stum nominauerit, nusquam inuenis, quod ante statutum passionis suæ tempus, re
gem se esse dixerit aut dici permiserit. Veruntamen quia ueritati testimonium perhi
bere debebat. Nam ad hoc natus erat, & ad hoc in mundum uenerat, ita de hoc no
mine tacebat, quod est Christus siue unctus. Vt multo maius de semetipso testificaretur, q̄
cōcipere potuissent de nomine illo aduersarij eius. Exempli gratia, Aliquādo circūdederūt
eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animā nostrā tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: Non

Non dixit: Ecce palam dico uobis, Christus ego sum, uidelicet, ne male illorū intentioni cō
curreret, utpote qui maliciose interrogabant, ut aut Christum se esse negaret, quod fieri non
poterat. Nam ille inquit Apostolus: Fidelis permanet, negare seipsum nō potest, aut si pro
fiteretur se Christū esse, profecto tunc optatum contra illū haberent magnæ accusationis ca
pitulum, quod se regē dixerit aduersus Romanū imperium. Nam si Christum, utiq; & re
gem se esse fateretur. Quid contra hoc egit ipsa sapientia? Nimirum & illorum cauillationē
prudenter illudit, & plus q̄ interrogatus esset de semetipso fideliter prædicauit. Cœpit pastor
loqui de ouibus suis, quæ uidelicet nomina Romanæ legiones non multū timerent, aut cu
rarent in armis suis. Loquor, inquit, uobis, & nō creditis, quia nō estis de ouibus meis. Oues
meæ uocē meam audiunt. Ecce quanta in uerbis humilitas, de quibus Romana tunc tem
poris altitudo nō nisi ridebat, sed uide in tanta humilitate uerborum, quanta sit maiestas regē.
Et ego cognosco eas, inquit, & sequuntur me, & ego uitā æternā do eis. Quā profecto da
re non est nisi dei. Sic incipiens & nomen, quod maliciose quærebatur, subtegens, sic tādē
est elocutus: Ego & pater unū sumus, hoc nimirū plus est, q̄ illud, unde apud Romanos ac
cusari potuisset, si manifesto noie Christū se esse respondisset.

¶ Christum, ubi tempus affuit, non solū non prohibuisse, uerum etiam se
regem prædicari uoluisse. Cap. VII.

Vbi tempus affuit, quod poposcerat opus, uel ordo nostræ salutis tunc præeūte tu
ba magni miraculi, uidelicet resurrectione Lazari mortui iam quatruiduani, iam
q̄ scētentis, nomen istud admisit, nomen regium cum laudibus publice suscepit
uidelicet occurrentibus turbis cum ramis palmarum, quæ sunt insignia uictoris,
clamantibus ac dicentibus: Osanna benedictus qui uenit rex in nomine domini, benedictū
quod uenit regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Siue secundum Lucam: Pax in
cælo, & gloria in excelsis, Quo nimirum dicto pueri consonabant angelis, qui qua nocte
natum illū secreta reuelatione pastoribus annunciauert dicentes: Quia natus est uobis sal
uator, qui est Christus dñs in ciuitate Dauid: repente laudauerūt deum, & dixerunt: Gloria
in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Hoc eatenus publicæ laudi de
erat, q̄ Christum uel regem se in publico nō prædicabat, aut prædicari permittebat, sed pu
eri suppleuerunt, pueri laudem perfecērūt, equidem iniussi, sed diuinitus inspirati, rationabi
liter permitti, opportune admissi. Vnde cum indignarentur principes sacerdotum & scribæ
dicerentq; ad eum: Audis quid isti dicunt? Ipse ualde subtiliter respondit, dicens: Vtiq; nun
quā legistis, quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Idem em̄ est, ac si diceret:
Vos mihi hætenus importuni fuitis, ut si ego sum Christus, palam dicam uobis, ego uero
pro tempore & re de laude mea nomen istud distuli. Ecce nunc iusti, qui uestræ scientiæ cō
paratione infantes sunt, lactantes sunt, regiū mihi nomen acclamando laudem perfecērunt
prophetiam impleuerunt. Quia quod propter uos inimicos meos ego tacebam, ipsi prædi
cauerunt. Dicentibus autē quibusdam ex illis: Magister increpa discipulos tuos. Dico uobis
ait, quia si hi tacuerint, lapides clamabūt: subauditur, quod ego sum rex, quod ego sum Chri
stus, dum pro eo quod dicitis: Nolumus hunc regnare super nos, non remanebit lapis super
lapidem, qui non destruat.

¶ Christum a seculo infedentem, regnorum huius mundi contemptum
præ se tulisse. Cap. VIII.

Et quidē illi, audito à turbis acclamantibus regis nomine, ipso nō prohibente, gaude
bant sibi occasionē, quā optauerāt oblatā esse, ut Romanæ potestati possent istud se
diciosius uocibus impinguere: Hunc inuenimus subuertētē gentem nostrā, & pro
hibētē tributa dari Cæsari, & dicētē se Christū regem esse: & si hunc dimittis, nō
es amicus Cæsaris: omnis qui se regem facit, cōtradicit Cæsari. At ille sapiens & prouidus,
uere quidē rex, sed nō sicut Cæsares, accusationes illorum in ipsa turbarum acclamationē ual
de infirmabat, Cæsariq; & cunctis regibus seculi satisfaciebat, quod nullius eorum regnum
cuperet, uel ambiret, nullosq; omnino seculi honores, quales erāt Romanorum fastes, ma
gnipenderet, nec arma ferrea uel signa bellica unquā attrētare impenderet. Sedebat em̄ nō
super phaleratū & spumantē equū, sed super exiguā ignobilemq; asellum. Circa illum non
gladij

gladij, non secures, sed rami palmarum, & oliuarum frondes. Ramū oliuæ constabat gentilibus quoque signum pacis esse. Quid ergo turbis siue in pueris spiritus Christi regis agebat, nisi regem, quasi de inuasionem regni uel imperij Romani mendaciter accusatum uel accusandū, factis melius quam uerbis excusare properabat.

¶ Christi regnum non de hoc mundo esse, satis probatum esse, copiosius tamē probari potuisse. Cap. IX.

Joan. 18.

EXcusauit se uerbis quoque rex mitis & humilis corde, dū etiā Pilato, ubi uentilabatur accusatio de regio nomine, quasi crimine magnos: Regnū meum, ait, non est de hoc mūdo. Si de hoc mundo esset regnū meū, ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudæis. Nunc autē regnū meū non est hinc. Poterat eisdē gratiæ labijs dicere: Si de hoc mundo fuisset regnū meū, non asellus, super quē sedi nudius tertius, sed equus mihi uel currus fuisset adhibitus, & qui me regem acclamauerunt, non ramos oliuarum, sed militarium prætulissent apparatus armorum. Et si minus illi sufficerent, rogassem patrē meum, & exhibuisset mihi modo plus q̄ duodecim legiones angelorum. Poterat quidem & illud dicere: Quando paui de quinque panibus quinque milia hominū, & illi propter hoc rapere me, & super se regem facere uoluerunt, nō fugissem eos, nisi quia uerū est, quod regnū meū non est de hoc mundo. Hæc, inquam, & cætera huiusmodi multa innocentiae suæ argumenta, quinihil Cæsari uolebat nocere, Pilato respondens demonstrare poterat, nisi quod ille auditū nō habebat, & ipse per sapientē quendam fuerat prælocutus: Ne effundas sermonem, ubi non est auditus. Nobis hæc scienda reseruauit, & nostrū est inclamare aduersarijs eius, etiā defunctis, quia nō diripit mortalia, qui regna dat cœlestia, & quia uolentes eos falli, sua malicia sefellit, & mentita est iniquitas sibi, dicendo: Inuenimus eū prohibentem tributa dari Cæsari. Non em̄ talem regem se fecit, neq; ita contradixit Cæsari, imō, reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo.

Luca. 23.

Mat. 22.

¶ Diabolum insidiando uitæ Christi deceptum, dei consilium non impedisse, sed promouisse. Cap. X.

Quid multa? mori illum oportebat, & draco sæpeditus in hoc stabat, in hoc inhabitabat, ut ille moreretur, quod putabat esse deuorationem eius. Putabat inquam, quod per mortem posset eum deuorare, id est consilium uel propositum dei ad nihilare, ut scilicet non fieret, quod prædictum fuerat: Et ipse erit expectatio gentium: & in ipso benedicentur omnes gentes: quod iam dudum timens, dicente illo Iudæis. Quæritis me, & non inuenietis, & ubi sum ego, uos non potestis uenire. Loquebatur per os illorum ad semetipsos dicentium: Quo hic iturus est, quia nō inueniemus eum: Nāquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Verū cecinit Psalmista: Draco iste quem formasti ad illudendum ei: & ipse dominus ad beatum Iob de illo dicit: Nunquid illud des ei quasi aui? Item: Ecce spes eius frustrabitur eum. Vere illusus est, & frustrata est eum spes eius, quia nequaquā moriendo Christus deuorandus erat, aut deuoratus est, imō per mortem eius effectum est, nec nisi per mortem illam fieri oportebat, ut iret in dispersionem gentiū & doceret gentes. Consideremus sacramenta, per quæ in ipso secundum promissiones benedicendæ erant, & benedicentur omnes gentes, & in Draconem istum ad laudem dei, qui eum ad illudendum formauit, mirari poterimus magnitudinem illusionis, quia dū aduersari cupit, famulatur proposito Dei, dum deuorare se putat talē beatæ mulieris filium, ualde proficuum consilio eius præstat obsequium.

Ioannis. 8.

Psalm. 103.
Job. 40.

¶ Per mortem Christi sacramenta baptismatis, eucharistiæ, & spiritus sancti dona, nos consequutos esse. Cap. XI.

Sacramenta.

Quæ ergo & quot sunt præcipua nostræ salutis sacramenta? Sacrum baptismum, sancta corporis eius & sanguinis eucharistia, geminum spiritus sancti datum, uidelicet alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuersarum siue multiplicium diuisiones gratiarum. Hæc tria sacramenta salutis nostræ necessaria sunt instrumenta: at uero hæc, non nisi per mortem & resurrectionem eius condenda erant, uel condita sunt. Primo, de baptismi sacramento credimus & scimus, quia de morte eius manauit, cum putaretur esse deuoratus, id est, cum iam esset mortuus. Ad lesū em̄, inq̄t

Euang.

Euangelista, cum uenissent, ut uiderent eum iam mortuū, nō fregerunt eius cruras: sed unus militum læcea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Sanguine illo redempti, aqua illa sumus abluti, tam Iudæi, q̄ gentes. Et primo Iudæi, deinde gentes: imō primo mortui, deinde uiui. Mortui nāq; quicūq; fuerāt fideles ab origine mūdi, quicūq; apud inferos expectabāt beatā spem, primi huius salutis fructum pceperunt, & quæ uelut cathecumini nondū cœlesti cōmunicauerunt altari, id est, uisioni diuinitatis, nondū soluto pariete inimicitiarum. Erant em̄, aiunt, & nos aliquādo natura filij iræ, sicut & cæteri, & quasi pānus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Tunc illo flumine abluti, & emūdati intrauerunt in sanctuariū dei, in regnum dei, quod totum sanctū est. Et quia tunc pteritorum omnium seculorum: tota simul ecclesia baptisata est, positū est sacramentū hoc, quasi ad eiusdē ecclesiæ fores, ut quicūq; uult ecclesiæ deinceps incorporari, baptisetur in sua psona, quia simul & uniuersaliter in morte Christi baptisata est ecclesia. Sumpta nāq; aqua, & dicto uerbo crucis cum inuocatōe spūs sancti, p̄sens adest factū mortis Christi. Vnde Ap̄tus: Quicūq; baptisati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptisati sumus &c. Diutina sanctæ Romanæ ecclesiæ cōtra consuetudinem Græcorum decertatio fuit, uolentiū debere in die Epiphaniæ solēne baptismi celebrare sacramentū, p̄ eo, quod illa die constat ip̄m dñm à Iohāne aquis Iordanicis fuisse baptisatū. Romana ecclesia, magnusq; Leo scribens ecōtra, demonstrat rationabiliter Iohānis baptismum nō ad eandē pertinuisse uirtutē, quod nō erat in remissionem peccatorum, sed in pœnitentiā. Baptisatū Christi à morte ipsius sumpsisse initium, ubi, sicut iam dictū est, latus eius patefactū est lancea, & exiuit sanguis & aqua, & proinde hoc sacramentum in morte & resurrectione eius esse celebrandum.

Johan. 19.

Eph. 2
Esaia. 64.

Roma. 8.

¶ In quem usum sacramentum eucharistiæ nobis relictum sit. Ca. XII.

De sacramento corporis & sanguinis dñi certū est, nec assertōe nostra indiget, quin passionis uel mortis eius ppria quædā & singularis cōmemoratio sit, & quod à passione uel morte eius initiū sumpserit, uel sumere debuerit. Conditū autem est hoc sacramentū quantū potuit morti uicinius, scilicet cum iam esset ad mortem uenditus, & qua nocte tradebatur. Nobis qui uiuimus, & qui residui sumus, reseruatum est, & missum est sacramentū istud, in quo sub specie panis & uini, latet utilitas mortis & resurrectionis eius. Nam illis, qui mortui fuerāt, fidelibus miro modo in illa specie, qua pependit in cruce, factus, uel datus est cibus. Ita ut anima eius ad animas illorum in infernū, & corpus eius ad corpora illorum descēderet, essetq; tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, in eodē uentre terræ quo recepta uel assumpta fuerāt corpora illorum. De tāto hoc mysterio nunc diutius tractare nō est propositum, ueruntamē ne omnino relictū sit intactū, dicere quippiam libet de causa, propter quā nobis sit necessarium. Causa hæc erat, quia primi homines deo increduli, diabolo nimis male creduli fuerunt. Quia cum nō uiderent nisi pomū, quantūlibet suauē, redolens, aut uisu pulchrū, crediderunt in illo esse diuinitatis effectum, crediderūt diabolo, dicentis: Nequaquā ita erit, ut deus dixit: Si comederitis, morte moriemini, sed erit quod dico ego si comederitis, eritis sicut dii. Contra cibum illum, qui cibus fuit mortis, dictate ratione, nāq; iustitiæ dari oportebat cibum alium, qui esset cibus uitæ, & simili ordine, ut scilicet inesse illi mens crederet, quod oculus non uideret: crederet esse cibum & potum ueraciter communcandæ diuinitatis, esse effectiuum carnem & sanguinem Christi, quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis. Per hanc fidem sibi deus ab homine satisfactum esse iudicat, dum non minus sibi credit, q̄ diabolo crederat.

Gene. 3.

¶ Spiritum sanctum primum in remissionem peccatorum, deinde in diuisiones gratiarum, super nos effundi. Caput XII.

Datum spiritus sancti, primum in remissionem peccatorum nos omnes credentes accipere, uel accepisse per mortem, uel sanguinem eius quis nescit? Idcirco quæ die resurrexit à mortuis, cum esset sero, die illa stans in medio discipulorum, in sufflauerit, & dixit eis: Accipite sp̄m sanctum. Statimq; subiunxit: Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis. Porro secundum eiusdem spūs sancti datum in diuisiones gratiarum, quarum Apostolus meminit, scribens ad Corinthios: Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo sciæ, &c. die quinquagesimo acceperunt, & eiusmodi dona sunt, de quibus scriptum ē

Johan. 20.

Optum ē

1. Cor. 11
Eph. 4.

Johan. 16.

Lucæ ultimo.

Johan. 15.

Sap. 2.
1. Cor. 2.

Lucæ 18.

Matth. 27.
Lucæ 4.

Johan. 6.

Abimelech
Abis

ptum est: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod potiora sunt hæc, quod ipse posuit quosdam qdem Apostolos, alios autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios pastores & doctores. Istæ sunt consolatioes paracleti, propter quas abire uolens dicebat illis: Sed quia hæc locutus sum uobis: Tristitia impleuit cor uestrum, sed ego ueritatem dico uobis: Expediit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod dicit, si abiero, recte qdem intelligitur, ac si dicat: Si in cœlum ascendero, si meam corporalem p̄sentia uobis abstulero. Veritatem quia non de ascensu eius tristari, imò gaudio magno gaudere habebat. Sicut Lucas meminit, dicens: Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De passione uero tristes fuerunt. Nam quia hæc locutus sum uobis, ait, tristitia impleuit cor uestrum. Nihilominus recte intelligitur illud abire de passione uel morte sua dixisse. Nam & Euangelista ita uult dicere: Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia uenit hora eius, ut transiret de hoc mundo ad patrem. Non enim tunc primum ex hoc mundo transiuit. Imò iam tunc quando mortuus resurgens cum hominibus conuersari, laboresq; mundanos pati desit.

¶ Hæc sacramenta neque diabolum, neque impios homines cognouisse.
Caput XIII.

Hæc tria fieri oportebat, & propter hæc mors eius gētibus erat necessaria, quia istæ sunt benedictioes qbus in isto semine, quod est Christus, erant benedicendæ omnes gentes. Hoc ille draco magnus nesciebat, q filium uel masculum illum p̄ mortem deuorare se posse sperabat. Nesciebat, inquam, ille, nesciebant hi, qbus præfidebat ille, de quibus uel qualibus sapia dixit: Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit eos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Et Apostolus ait: Si enim cognouissent, subauditur, sapiam quæ ex deo est, quæ & loquimur inter p̄fectos, nunq̄ dominum gloriæ crucifixissent. Om̄ino uerum est, quia si cognouisset Leviathan siue cetus magnus qui in mari est, hamum sub carne latuisse ferreum, nunq̄ carnem ipsam momordisset, qua tegebatur ferrum. Sciebat quidem ipse esse Christum filium dei, & ob salutem uenisse generis humani, sed nesciebat secretum a seculis absconditum sapientie dei consiliū, q̄ de morte unius renasci deberet uita omnium. Suum ipse sciebat consiliū, sed seculis omnibus sic erat absconditum, adeoq; inopinabile mētibus hominū, ut ipsi Apostoli, cum secreto loqueretur ad eos de his, nihil horum intelligerent, sicut sacra pleriq; locis euāgelia perhibent, quia uidelicet necdum erat tempus illis hæc intelligendi, priusq; glorificaretur ipse gloria resurrectionis.

¶ Draconem septies per impios homines contra Christum insurrexisse & septies mo comprehensum fuisse.
Caput XV.

Quis porro intelligit, quis intimo affectu sentit, qualis fuerit in mente habitus filii huius masculi, ex quo sæpedita mulier eum peperit, totiens hiante illo dracone, ut eum posset deuorare, id est, hominibus impijs carnem eius occidentibus, non ament eius delere? Nam si rite numeres, septies ore patulo hiauit septem rictus immanes aperuit, & in cæteris frustratus septimo tandem rictu carnem comprehendit, sed malo suo, quia sicut iam dictum est, ferrum in carne permolestum sensit. Primus namq; draconis huius hiatus fuit, ubi secundum Matthæum mox nati pueri animam, sicut iam superius dictum est, funestus Herodes quaesuit, & propter eum infantes occidit. Secundus fuit, ubi secundum Lucam, cum uenisset Nazareth, ubi erat nutritus, & doceret in synagoga surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt usque ad supercilium montis, supra quæ ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Tertius fuit ubi secundum Iohannem fugit a facie Iudæorum iridentium, cum diceret: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam æternam. Nam reuera hæc dicendo fugit, & abscondit se ab illis secundum titulum tricesimitertij Psalmi, qui inscribitur sic: Psalmus Dauid cum commutauit uultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, & tympanizabat ad ostia portæ ciuitatis, & defluebant saluæ in barbam, & ferebatur in manibus suis. Abimelech ipse est, qui supra dicitur Achis. Interpretatur autem Abimelech, patris mei regnum. Achis uero, quomodo est, significat ergo Iudæos, quos recte Christus prius appellauerat patris sui regnum, quod signat Abimelech. Nunc

Nunc autem Achis ex quo dixerunt, quomodo esse potest? In quo coram istis commutauit uultum suum? In eo uidelicet, quod ueteris sacrificij ritum conuertit in nouum. In eo quoque saluæ defluerunt illi in barbam, quod cum diceret: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius, & cætera, infantilia uidebatur eis uerba proferre. Infantium est enim saluam emittere. Tunc quoque tympanizabat ad portam ciuitatis, quando inuitis & audire nolentibus mysterium prædicabat suæ passionis, futurum esse sciens quod credendo aperirent aliqui. Ferebatur etiam in manibus suis, uidelicet cum tenens in manibus suis panem & uinum: Accipite, inquit, & comedite, hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus noui testamenti &c. Attamen secundum Hebraicam ueritatem nunc legimus, & collabebatur in manibus eorum. Quarta fuit persecutio, quando miserunt principes & pharisæi ministros, ut apprehenderent eum, qui reuersi cum diceretur eis: Quare non adduxistis eum? responderunt. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. At illi in intentione perfestentes adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, tentantes, ut possent accusare eum. Quinta persecutio fuit, ubi cum dixisset: Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret ego sum, tulerunt lapides ut iacerent in eum. Sexta, ubi cum dixisset: Ego & pater unum sumus, sustulerunt lapides ut lapidarent eum. Septima quæ ultima, ubi collegerunt aduersus eum concilium, nec destiterunt donec crucifigerent eum.

¶ Quare dictum sit, sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Ca. XVI.

Quis, inquam, in tam diutina colluctatione mortis spiritum eius mitem, & humilem intelligit? Beatus, inquit Psalmista, q̄ intelligit super egenum & pauperem, quæ iuxta Psalmi alterius uersiculum persequebatur in Iudæis: Persequere eum in populo draco ille, hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. Nos penè indociles, aut nimium tardi ad discendum ab ipso dicente: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: Super eum pauperem, super eum mitem, & humilem pro nobis dolentem, pro nobis uulneratum, longe minus intelligimus q̄ oportet intelligere. Ecce, inquit Propheta, quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde. Ipse quoque in Psalmo dicit: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Sed nunquid uel beata Maria, cum staret iuxta crucem eius, uidens quomodo moreretur, non percepit corde, & non simul contristata est, imò multum percepit corde, multum contristata est, & sicut prædixerat Simeon: Gladius pertransiuit animam eius. Discipulus quoque dilectus, non sine perceptioe cordis, non sine tristitia uidit quando moreretur. Cæteri quoque discipuli quauis relicto eo omnes fugerint, non nihil fuere simul contristati, imò tristitia cor eorum impleuit. Ergo non secundum rationis iudicium, sed secundum doloris uim, q̄ interdum rationem non admittit, dictum est, & nemo percipit corde, & q̄ contristaretur non fuit. Et competenter sic dictum esse animaduertis, ubi ad tantam insultatium atque irridetium multitudinem q̄ condoluerunt, præ paucitate nullius fuere quæsitatis aut numeri: Verum quia alibi dicit: Circūspexi & non erat auxiliator: quaesitui & non fuit q̄ adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi, & non est cōquestio similis, sed demonstratio uerissime rei, quia nullus omnino etiā si uoluisset, quos posuit eum adiuuare siue auxiliari in prælio siue congressu eiusmodi, ubi ueniebat princeps mundi, peccator antiquus, & præpositus mortis. Nec enim quosq; qui de illo dicere posset, & in me non habet quicq;. Non erat præter eum quosq; in quo cum innocentiæ humanæ esset etiam diuinæ brachium & indignatio, id est, zelus uel fortitudo naturæ.

¶ In Christo duas uoluntates diuinam atq; humanam fuisse, quarum altera mortem uoluerit altera expauerit.
Ca. XVII.

Quid ergo, nunquid auxiliatorem circūspiciendo ita uel tali intentioe quaerebat, ut non moreretur, qui ad hoc ipsum uenerat, ut moreretur? Vtique sicut erat deus & homo, sic & duas uoluntates, alteram diuinitatis, alteram humanitatis habebat, sub ipso passionis articulo. Humanitas quippe gustum mortis naturaliter patiebatur & refugiebat & naturali corporis amore ania tenebatur, & in carne manere uolebat. Porro diuinitas rationabili iudicio aliud intendebat. scilicet quod ad salutem generis humani necessarium erat, & eius naturæ uoluntatem suæ uoluntati humanitas præferebat, dum in oratione sua præmissio. Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste, continuo subiunxit: Verum

Matth. 26.

Johan. 7.

Johan. 8.

Johan. 10.

Johan. 11.

Psal. 108.

Matth. 11.

Esa. 57.

Esa. 63.

Matth. 26.

Lucæ. 22. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Siue ita: Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Itaque quidem secundum diuinitatis rationem circumspectabat querens auxiliatam, sed secundum naturalem sensum carnis uolebat hoc ipsum, & quod sancti homines mallent, dicentes cum Apostolo: Eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur id quod mortale est a uita. Nunquid uero solummodo circumspectit, & circumspecti, adiuuatem quaesuit, imò & uoce magna, clamauit: Eli, Eli lama sabachani: Hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quod dereliquisti me: Hoc nimirum ita recte intelligitur, ac si diceret: O habitas in me omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, cur te intus contines, cur me moriente files? paulo ante, ubi uenerunt quae me comprehenderent, unam breuiter emisisti uocem, dicendo: Quem quaeritis, ego sum, statimque abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Nuper quoque multitudinem ingentem radiando ex istis oculis, quae nunc in morte caligant terruisti, & quod infinitus facere non potuisset exercitus, cum uno flagello factio de resticulis, de templo eiecisti, memorando illis hoc prophetia cum. Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Ut quid tam potes, tam fortis diuinitas uerbi, me tuam carnem dereliquisti, intus te continens tanquam gladius qui de uagina sua nolit egredi.

Job. 12 **Ca. XVIII.** Quare dictum sit, apud ipsum est sapientia & fortitudo.

Hic iam opportune occurrit, quia scriptum est: Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Item, apud ipsum est fortitudo & sapientia. Dicamus ergo & illud, quia ipse est agnus ipse est leo, & oia tempus habet, sic & horum scilicet agni & leonis significata, sua debuerunt habere tempora. Tempus fuit, quo ut sapiens patientiam teneret agni, tempus fuit, ut fortis emitteret rugitum leonis, dum se intus adhuc fortitudo contineret: non fuit omnino derelictus, nam sapientia quasi derelictum consolata est. Quid enim circa se ageretur, non ignorabat. Propterea non solum discipulos suos reprimebat percutientes, & dicentes: Domine, ecce gladius duo hic: uerum etiam occurrebat aduersariis, & dimittebat se comprehendi. Neque dedignatur dominus angelorum ab angelo confortari in agonia factus, & sudando guttas emittens sanguinis in terram decurreris, & permittebat faciem suam a colaphizantibus uelari, nec reiciebat calamum sibi ab illudentibus quasi pro sceptro in manu datum, neque chlamydem coccineam sibi circumdatam, neque coronam spineam suo capiti impositam, neque Romanos milites auerfabatur sibi genua flectentes, & cum fessito risu se regem Iudaeorum salutantes siue adorantes. Cuncta namque haec ludicra crudelia, uertenda sibi esse sciebat in seria iocunda atque dulcia.

Lucæ. 22. **Ca. XIX.** Quare Christus gladium in uagina recondi iusserit.

Non possumus fastidium legentium uitantes, horum caerorumque omnium & ipsius crucis quam proposita sibi salute, ut ait Apostolus: Sustinuit confusioe contenta, presentis loco compingere, sicut a sanctis patribus expositae sunt rationes ad comprobandum, quod in omnibus his magna sit laus sapientiae quae apud ipsum est. Vnum est quod licet iam loco alio breuiter commemoratum sit, hic praeterire non libet, quia rationem habeat, quod Petro eximentis gladium suum, & percutienti. Conuerte, ait, gladium tuum in locum suum, siue quod dicentibus: Domine, ecce gladius duo hic: Satis est, inquit, & iuxta alium Euangelistam: Sinite usque huc. Multum enim ad nostri tenorem propositi pertinet scire uel dicere, quae sensum habeat, quod tali in tempore, tanta in re, duos solummodo gladios demonstrantibus, satis est inquit. Denique hoc non idem est, ac si diceret: Hi duo gladii sufficunt nobis, utamur illis: repugnat ualde, quod unum ex illis eductum in uagina recondi iussit, & sinite usque huc, dixit. Profecto haec duo dicta: Conuerte gladium tuum in locum suum, & sinite usque huc, secundum intentionem dicentis, aequipollentia esse sentimus. Et proinde nunc sufficere arbitramur, si causae reddatur cur uel quod respiciens digne dicere debuerit: satis est, & quod intendens aut uolens, dixerit: sinite usque huc. Quid ergo erat, duos gladios ad defensionem sui demonstrantibus dicere, satis est, nisi ac si diceret, ante te ego uenire qui promissus fueram, gladio opus erat ad defendendam gentem, de qua sola me nasci oportebat, ne gente illa delecta, sicut diabolus uolebat, non fieret salus quae nunc ex Iudaeis est, quia uerbum promissionis impletum est. Satis est, satis laborauerunt, & gladii usi sunt materiam, qui ante uos extiterunt. Sinite iam, id est, conuertite gladium in uagina: usque huc, subauditur, gladius huiusmodi necessarius erat, ut militaret regno dei, donec ueniret: iam quae uenit, iam quia uerbum dei intra uos est, gladii commutandi sunt. Ex hoc iam ciuibus uel militibus

militibus regni dei, gladius sit uerbum dei, quia de huiusmodi gladio dicebam uobis nunc: qui non habet uendat tunicam suam, & emat gladium, id est, exuat se impedimentis & facultatibus seculi, ut uacare possit ad uerbum dei discendum siue docendum.

Quid dictum sit, Egredimini & uidete filiae Sion, regem Salomonem in diadema, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die laetitiae cordis eius. **Caput XX.**

Quid multis morer? Egredimini dicit spiritus sanctus. Egredimini & uidete filiae Syon regem Salomonem in diadema, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die laetitiae cordis eius. Videte hunc regem sapientiae, regem fortem, & experimento discite quae uera sit sententia quam supra memorauimus de illo: quae apud ipsum est sapientia & fortitudo. Conamur sapientiam praedicare in eo patiente & moriente, & deinde de fortitudine aliquid dicere, sed sermo deficit, res autem diligentius contemplati animo magis ac magis supercrescit & effulgescit. Videte hunc regem coronatum, uidete in manu eius sceptrum, uidete uestem purpuream, uidete salutantes, uidete Romanos adorantes. Nolite hoc solum uidere in corona eius, quod spinea sit, uidete in spinis illis illum, cuius praeparationis spinae sunt, corona gloriae & honoris, sicut Psalmista cecinit: Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Videte non solum calamum pro sceptro datum, sed uidete rem ueram, cuius illud est praesagium, scilicet summum caeli & terrae imperium, quae cum calamo illo, propter calamum illum die ipsa data est illi omnis potestas in caelo & in terra. Videte non solum purpuram illam manufactam irrisorie circumpositam, sed in purpura illa meditamini purpuream, ecclesiam sanguine illius emundatam, sanguinem suum pro illo furam. Et in illis Romanae potestatis militibus cum risu genua flectentibus, cum risu uel ioco adorantibus, Videte quod portedat, & illius tacentis cogitatus sonet in cordis uestri auribus, uelut si dicat: Uiuo ego: quia mihi incuruabitur Romani Imperii genu, & confitebitur lingua hebraica, lingua graeca, lingua latina, me regem esse Iudaeorum, imò & regem regum, & dominum dominantium: nec erit irritum, quauis cum ironia, quauis cum hostili irrisione scripseritis: Iesus Nazarenus rex Iudaeorum, id est, Saluator sanctus, rex omnium deo consentientium. Talem uidetes regem Salomonem, scitote illum fuisse diem desponsationis illius, & diem laetitiae cordis eius. Desponsationis quidem eius, quae sibi ecclesiam per suum sanguinem desponsauit. Desponsationis multum differens a desponsationibus carnis, siue huius seculi, quomodo illae a uoluptate incipiunt, & in dolore desinunt. Ista autem desponsatio incipit a dolore, ut diceret: Deus meus deus meus, ut quod dereliquisti me, & perficitur in aeterna uoluptate, & laetitia cordis eius qua post dolorem inundantem, dixit: Consummatum est.

Quid sanguineus sudor portenderit. **Caput XXI.**

Quid porro uidebitis in agone eius, in sudore eius, qui eo prolixius orante, factus est sicut guttae sanguinis decurrentis in terram? Quid in tanto miraculo uidebitis? Non enim tantum miraculi, quod de uulneribus eius sanguis effluxit, quia solitum est, naturale est, uulnerata carne sanguinem fluere. Hoc insolitum est supra naturam est, integra carne, sana cute, sanguinem pro sudore de toto corpore in terram decurrere. Miraculum rei magis attentos facere uos debet, ut uideatis quid nam sit. Quid ergo est, nisi uehemens Iudaicae perfidiae accusatio, nisi terribilis damnatio populi parricidae? Accessistis, inquit Apostolus, ad mediatorem Iesum, & sanguinis asperionem melius loquentem quam Abel. Quid fecistis? ait dominus ad Cain: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, uagus & profugus eris super terram. Quod illi Cain pro illo Abel dixit, non diceret idem deus Iudaeis pro filio suo, uidens eius sanguinem agonizantis, & in agonia prolixius orantis: sanguinem melius clamantem, melius loquentem, quam Abel: sicut Apostolus dicit: Vere igitur tantum miraculum sudoris non otiosum fuit, quia contra infelices & impios homicidas Iudaeos in praesagium iudicii terribilis & uindictae horribilis in terram decucurrit.

Quare dictum sit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

Caput XXII.

IN omnibus his suum sapientia, quæ apud ipsum est, manifeste gessit officium, late-
te, & non tamen otiosa, & se continere intus fortitudine, quæ similiter apud ipsum est,
sicut prædictum fuerat in Abacuc: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitu-
do eius. Cornua quæ erant in manibus eius, brachia crucis intelligimus. quibus consti-
xerant manus eius. Quomodo ibi erat abscondita fortitudo eius? uidelicet ubi nulla putaba-
tur esse fortitudo eius. Denique hois fortitudo maxime pollet in brachijs, & in manibus eius:
at ille confixus in cruce p̄debat manibus. Videbat ergo, quod nulla esset fortitudo eius, sed nõ
nulla erat, imò magna erat, iãq; absconditè operabatur. Iam draconis, eum deuorare se putã-
tis, dentes inuisibiles inuisibiliter confringebatur, & gutturis eius baratrum, quasi hamo ser-
reo strangulabatur. Operationis huiuscemodi signa quædam uisibilia statim claruerunt,
& nos deus auribus nostris audiuius. Nam illo emittente spiritũ, ecce uelum templi scissum
est in duas partes à summo usque deorsum, & terra mota est, & petreæ scissæ sunt, & monu-
menta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de
monumētis, nõ quidem ante, sed post resurrectionem eius, uenerunt in ciuitatem sanctam, &
apparuerunt multis. Verba deficiunt, cum de fortitudine uerbi loqui cupimus. De fortitudi-
ne uerbi quod erat & est illo spiritu siue anima, quam moriens emisit Christus Iesus. Cur autē
uerba deficiunt, nisi quia non sentimus, non sentire meremur, quam ualidum, quomodo ua-
lidum sit illud uerbum? Imò & si aliqui sanctorum, uerbi illius in præcordijs suis sentire ata-
ctum, quibus uerbis enarrare potuerunt? Hoc igitur nunc tantum dictum sit, quia tunc pro-
re uerbum ualidum, uerbum deus infremuit in spiritu uel anima egrediēte de corpore Iesu,
& infernus intremuit ueniēte spũ illo Iesu, ueniēte cum uerbo sibi unito anima Iesu, cuius ui-
delicet uerbi fortitudinem sustinere nõ potest, nisi q̄ eius habet amorem. Nam hinc est quod
Psalmista dicit: Sicut cera fluxit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.

¶ Quare dictum sit, catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti.
Caput XXIII.

Ficiat super hac re sermonẽ nostrum, sermonẽ iualidum, propheticum patriarchæ
Iacob p̄coniũ: Catulus leonis Iuda, inqt, ad prædam fili mi ascendisti: requiescēs accu-
bui ut leo, & quasi læna. Quis suscitabit eum Iuda, quod interpretatur confessio,
Christus Iesus est confessionis nostræ princeps, ortus de tribu Iuda. Iste est catulus
leonis, id est, filius dei fortissimi. Agnus fuerat eatenus, & sicut ouis ad occisionẽ ductus, sed
ubi cõsummatum est, q̄qd secundum similitudinem agni aut ouis est pati oportebat, statim
infremuit idem catulus leonis. Nam ad prædam fili mi ascendisti, ad prædãdum infernũ iãua-
luisi. Primũ expolium, quod iste de prædator mortis inferno abstulit, latro ille fuit, qui cum
ad ipas iam appropinquaret fauces inferni, una breui cõfessione retētus ab illo audiuit: Amē
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, quãtam protinus ad prædam sic incipiēdo ascendit.
Quis præter illum potuisset educere de inferno tot electorũ milia, iuxta illud Zachariæ pro-
phetæ: Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua.
Desiderabilis prædo reddēs uitæ, quos abstulit morti, reddēs cœlo, quos eripuit inferno, hoc
nõ in incerto scies futurum: Ego, inqt, si exaltatus fuero à terra, oia traham ad meip̄m. Cum
dicit oia, subintelligimuselecta, siue oēm potestate in cœlo & in terra. Nam propter passio-
nẽ mortis, gloria & honore coronatus, p̄pter patibulũ crucis, iudex uiuorũ & mortuorũ, cõ-
stitutus, & oia subiecta sunt sub pedibus eius. Et q̄ adhuc rebellãt inimici eius, sine dubio sen-
tiēt actũ, q̄ iã potestate sint sub pedibus eius. Vnde Apostolus, cũ posuisset hoc psalmite si-
monium, futurum ait, de quo loquimur. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei.

¶ Quid dictum sit, requiescēs accubui ut leo, & quasi læna: & q̄ necessarium
fuerit, ut mortuus nõ careret sepultura.
Ca. XXIII.

Requiescens, inquit, accubui ut leo, & quasi læna. Consummato negotio, mox
(ut dicto consummatum est) spiritum emisisti, requieuiisti à laboribus tuis, regeui-
sticũ præda, quã cõpisti ex inferis. Latronẽ quoq; pie cõfessum habes tecũ in deli-
cijs paradisi: tibi iã spũ req̄scēte, caro quoq; in sepulchro regeuit. Num parua, aut
paruip̄dēda est pars quietis, req̄es sepulchri ista requies corpis sepulchri? Nõ utiq; p̄ua, sed
magna, multumq; omni humano generi proficua. Oportebat nãq; per triduãnam defuncti
homia

hominis sepulturã placari diuinitatis trinitatem, eatenus humano generi offensam, & per se-
pulturam unius iusti, corporũ quoq; resurrectionem nobis omnibus cõparari. Causam istã
rite perpendiculari, ualde placere debet consiliũ uerbi domini, uerbi quod taliter in lege præcu-
rrit per os Moysi: Quando, inquit, peccauerit homo, quod morte plectendum est, & ad
iudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed eadẽ
die sepelietur: quia maledictus à deo est, qui pendet in ligno, & nequaq; contaminabis terrã
tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionẽ. Quenã est intētio legis, imò spi-
ritus sancti, tale per legem decretũ decernentis? nisi ut dũ ex legis præcepto sepeluntur om-
nes, quicunq; fuissent in patibulo appensi, quantũcunq; rei, quantũuis morte digni, conse-
quenter istũ quoq; cuius sepultura mũdo erat necessaria, nõ liceret in sepultũ relinqui. Alio-
quin cur de lapidatis, siue alia quacũq; ut propter scelera sua peremptis omnino taceret, & so-
lis in patibulo appensis sepulturæ beneficia decerneret. Simul cõsidera, q̄ sapiēter hãc ipsam
ne impij uiderent, intentionẽ abscondit, dicēdo: Quia maledictus à deo est, q̄ p̄det in ligno
& nequaq; cõtaminabis terrã tuam, quam dñs deus tuus dederit tibi in possessionem. Quid
em? Nunquid terra, quam hic intelligunt impij magis in sepulto q̄ sepulto, & in uentrẽ suũ
recepto corpore aliq̄ potest contaminari? Ergo Iosephi iusto dictum existima: sepelies eum,
quod & fecit, & nequaq; contaminabis terrã tuam, scilicet carnem Christi, carnẽ deiferã, in
possessionem resurrectionis & uitæ tibi datam: Non contaminabis, inquam, id est, non relin-
ques in sepultam, ne cõtaminetur, aut indigne habeatur aliquo accessu indignatum eius mo-
di qualibet in sepultura corpora solent attrahant. Et illi quidẽ insipientes, & maligni nescien-
tes sacramenta dei, sepeliri illũ, quod morientibus etiã sanctis optabile erat, æquanimitẽ tu-
lerunt, cõtenti fecisse illũ, quasi maledictũ, lege dicente: q̄ maledictus à deo est, q̄ pendet in
ligno, sed iustificatur sapientia à filijs suis, q̄ bene cõsulta lex sapientiæ satisfecit, q̄ nõ pro-
pter pœnã, sed propter culpam quenq; sub maledictio cõstituit. Non em̄ hic solam pœnam
in causam posuit, culpam præmisit. Præmissõ nãq; quando peccauerit homo, quod morte
plectendũ est, tũc demum subiunxit: & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo. Sed
& illud non leuiter attendēdum, quod taliter dixit: Quia maledictus à deo est, q̄ pendet in li-
gno: quamuis Apostolus Græcis scribens, & pro necessitate temporis translationem septua-
ginta interpretum, quæ apud illos iam dudum accepta fuerat, sequens dixerit: Maledictus
omnis qui pendet in ligno.

¶ Quare dictũ sit, maledictus à deo, qui p̄det in ligno. Cap. XXV.

Satis liquet, q̄ translationis utriusq; nõnulla distantia est, sed quanta ex tribus literæ
diuersitatibus conijci potest. Nam in græco omnis additur, quod in hebraico nõ ha-
betur: ecõtra in hebraico habemus à deo, & substantiuum uerbum est, quæ in græco
nõ habetur. Itaq; qd de maledictio senserint impij, uolentes in illo destruere laudem,
quã ex ore infantũ & lactantiũ audierant p̄dicatam uersiculo psalmi ceterimi decimisepti-
mi: Osanna, benedictus qui uenit in nomine dñi. Nos qdem scimus, quia sic senserunt, quo-
modo sentire uoluerunt, quos excæcauit malicia eorũ, sed nihilominus in laudẽ suscipiam⁹
quod dictũ est: Quia maledictus à deo est, qui pendet in ligno: ut sit sensus: Omnis quidem
q̄ peccauit, quod morte plectēdum est, & adiudicatus morti, pendet in ligno, maledictus est
subauditur à peccato suo. Hic aut̄ unus iustus, qui adiudicatus qdem morti fuit, & in ligno
p̄p̄dit: sed quod morte plectēdum esset, nõ peccauit, imò nullũ unquam peccatũ fecit, nõ
à peccato suo maledictus, sed à deo satis est afflictus tanq̄ maledictus, id est, tanq̄ peccator,
& nõ quidem uere peccator, sed uere peccata portans omniũ: Quia deus, inquit Esaias, po-
suit in eo iniquitates omniũ nostrum. Ad summũ hoc dixerim, non facile in sancti scriptu-
ris posse reperiri, quod signanter quisquam maledictus à deo esse dicatur, præter hũc locum
ubi sic dictum est: maledictus à deo, q̄ pendet in ligno. Quod si illud obijcit quis, q̄ ad Cain
deus idem dicat, Nunc igitur maledictus eris super terram: siue ad ipsum serpentem: Quia
fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ. Sciendum q̄a nulquã ad-
ditum est à me: cautẽq; discernēdum, q̄ aliud sit maledicere, atq; aliud maledictũ demonstra-
re. Solum nanq; peccatum maledictio est, quod utiq; à deo nõ est: igitur q̄ maledictus à deo
est, iuxta hũc sensum unus est, in quẽ (ut iã dictũ est) posuit deus omniũ nostrum iniquitates

quæ ueraciter sunt maledictiones, cōmutatione facta cōmutatione gratiosa, ut nostras potans uel suscipiens super se maledictiones, suam benedictionē daret, quod uere à deo est.

¶ Quid dictum sit, mulier cum parit, tristitiam habet: & q̄ Christus in sepulchro sabbatizauerit: Cap. XXVI.

INterea deuoratus esse putabatur filius masculus, & super hoc tristitiam habebat sæpe dicta mulier, quæ illū pepererat, & cōtristabatur penè incōsolabiliter in paucis illis, qui adhuc in carne uiuebant, quicq̄ illius beatæ mulieris pars magna, quā uis pauci numero existebant. Quapropter ipse prædixerat illis tristitiā ipsorū bono fine cōsummandam, secundū similitudinē hanc: Mulier cū parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autē pepererit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mūdo. Nam ad quid hoc dixerit, confestim exposuit: Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterū autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū nemo tollet à uobis. Deuoratus in quā esse putabatur, & illis tristitiā habentibus, homicidæ illi mēbra utique draconis sapedicti gaudebāt, & fortassis sicut alibi de eiusmodi scriptū est: Gaudentes mēbra nera mittebant inuicē, quoniam iste prophetarum maximus cruciauit eos, nā grauis erat illis etiam ad uidendum, nunc autem mortuus & sepultus sic iacebat, ut etiā lapide signato, lapide ualde magno super eū posito, puteus sepulchri eius esset clausus & obstructus ne resurgeret, ne uel illuc anima introire ad corpus, aut etiam si reuixisset, posset inde prorepere corpus adhibitis etiā custodiis propter discipulos eius. At ille habitans in coelis irridebit eos, & sub sannabat eos, sed interim sabbatizabat, id est, quiescebat ut leo, & quasi læna, securus de p̄da sua, quia mortuos eripuerat, & mortem captiuam tenebat. Ut leo, inquit, & quasi læna, nimirū, quia deus & homo in una eademq̄ persona secundum diuinam naturam leo, de quo & alibi scriptum est: Leo rugiet, quia non timebit: dominus deus locutus est, quia nō propheta bit: Porro secundum naturam humanā paulo ante, ouis dum duceretur ad immolandum, nūc autē ex quo dixit: Cōsummatū est, iam læna erat, læna fera quæ catulos suos, id est oēs electos, quos æternæ uitæ suo sanguine pepererat, in cubili suo, cōponebat, in paradiso suo lactabat, aīa fortis & libera, statim post sabbatū ad carnem suā reditura, eamq̄ catulis suis reportatura, cuius de uisione nimirū catulis illis copiosior manare habebat, & nūc manat uitæ lactis alimonia. Pulchrū erat interim, illud sabbatū in illud respiciens, de quo in creatura mūdi scriptum fuerat: Et requieuit deus die septimo ab omni opere suo quod patrarat. Qui tūc sex diebus creaturā mūdi perfecit, & septimo requieuit. Ipse est q̄ prima sabbati, quā dominicā diē dicimus, ciuitatē ingressus, & sexto die tandem mortuus ob regenerandam creaturam humanā, septima die in sepulchro secundū carnē quiescebat, in paradiso quiescente aīa.

¶ Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, de Christi resurrectione dictum esse. Cap. XXVII.

Venit hora, de qua dixerat ipse quodam loco Iudæis: Venit hora ut clarificetur filius hoīs. Venit inquam illa hora cū præconio uerbi ex ore patris ita personantis in Dauid: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Quod erat illud psalterium, uel quæ cithara? Vnū idemq̄ corpus in sepulchro quiescens erat psalterium, erat cithara. Erat cithara quam distentis charitatis fidibus personantē, dulcesq̄ prædicationis sonos modulantem Iudæi confregerant: At illa fractura citharæ illi causa fiebat augmenti, causa successus optimi, ut surgeret psalteriū decachordum, id est psalterium dulcissimum, nunq̄ frangendū, semper confessionis in populis & psalmi in gentibus uocē daturum cuius chordas manus nulla ulterius rumpere posset, cuius ligni compages deiceps nulla uis frangere præualeret. Iuxta quod ait Apostolus. Chrūs resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Hæc est gloria dei patris, quia uidelicet in hoc opere suo, p̄ magnam gloriatur abundantiam charitatis. Exurge igitur, inquit, o gloria mea, exurge psalterium & cithara. Hanc patris uocem, hanc uerbi intentionem nunquid non audiebat, nunquid nō sentiebat anima illa, sic eidē uerbo uelut sponsa sponso interminabili osculo coniuncta, irremissibili complexu cōnexa? Planè audiebat, plenarie sentiebat, Quippe quæ uerbi eiusdē oīa plus q̄ matronali iure nouerat, oīa capiebat. Respōdebat itaq̄ cū gaudio, Exurgā diluculo. Quid eiusmodi responsionē iucundius? Quid ita rīdētis corde parati? Nō ergo causa

causa nos lateat cur principium eiusdē psalmi taliter in persona eius intonuerat paratum cor meū deus, paratū cor meum. O cor q̄ delectabiliter paratū, q̄ libenter arrectū ad suscipiendū diuinitatis imperium, dulce imperium dicentis, exurge. Deniq̄ hoc est paratū habere cor, ita respondere, exurgam diluculo. Nunquid uero ad hoc solum erat uel fuerat paratū eius cor? Nimirum & ad obediendum, ut moreretur fuerat paratū cor. Omnino fuerat paratum cor, corpus suum dare percutientibus, & genas suas uellentibus, faciem suam non auertere ab increpantibus & cōspuentibus, & omnia sustinere usq̄ ad mortem, mortem autē crucis. Ego autem, inquit, non contradico, retrorsum non abij. Decebat itaq̄ esse paratum cor illud ad respondendū, exurgam diluculo, quod fuerat paratum ad obediendū patri suo non parcens ei propter nos. Non ergo, inquam, causa nos lateat, cur ita intonuerat psalmi principium paratum cor meum, & cur non contentus semel dixisse, dixerit & semel & iterum: Paratum cor meum deus, paratum cor meum.

¶ Vir obediens loquitur uictorias, de Christo dictum esse. Cap. XXVIII.

Igitur uir iste, nunquid est ille de quo sapientia dicit: Vir obediens loquitur uictorias? Deniq̄ & si sunt uel fuerunt uiri multi obedientiæ filij, iste unus uir, unus & singularis cui non fuit, nec est, nec erit alius similis, aut obediens in re simili uel pari. Hic solus in eo uir obediens est, q̄ nullū omnino habens peccatū, humiliavit seipsum per uoluntatem patris propter peccata aliorū, & usq̄ ad mortē se humiliavit, mortem autē crucis. Proinde decet eū iam obedientem uirū loqui uictorias, & ecce loquitur eas locutione incessabili, locutione sempiterna. Cuiusmodi est locutio illa, profecto ualde clara, ualde sonora, quia ipsa est demonstratio plagarū suarū, quas in ipsa suscepit obedientia. Quinq̄ plagæ eius quasi q̄ lingue sunt, plagarū suarū cicatrices, idcirco in corpore suo retinuit & reseruauit, ut uictorias suas semper loquatur illis quasi linguis. Cui loquitur? Reuera primum deo patri, deinde angelis & hominibus sanctis omnibus, electis omnibus. Videt pater deus, & pulchris uictoriarū testimonijs delectat. Videt angeli, & ad laudē & gloriā excitatur. Vident hoīes redempti, & gratiarū actiones irremissibiliter extenduntur.

¶ Quinq̄ uulnera Christi, esse signacula iustitiæ. Cap. XXIX.

Dicimus cū Apostolo, & dicentis Apostoli sensum intelligimus, quia pater Abraham accepit, & posteris suis tradidit signū circuncisionis, signaculū iustitiæ fidei. Crediderat em̄ ut fidelis deo dicenti: In semine tuo benedicentur omnes gentes, cū non haberet filium, iamq̄ esset senex ipse & uxor eius, anus & sterilis. Magnæ rei testimoniū, magnū illa circūcisio erat fidei signaculū, & magnæ iustitiæ palmā ipsi, & posteris eius declamabat ante deū, suæ promissionis cōmonefaciens eū, ne unq̄ offensus uel libet subterfugeret dare semen, in quo benedicerentur omnes gentes, dū signaculū illius promissi cōmonitoriū uideret, fidelemq̄ ac ueracē ipsum esse diceret. Ecce autē plura hic signacula, signacula iustitiæ ac fidei, scilicet plagæ quinq̄, quas pro conditione salutis humanæ iste uir obediens suscepit, uir iustus & fidelis. Pro conditione, in quā, salutis humanæ, quia profecto talem cōditionē propositā sibi propheta nō nesciebat ipse. Si posuerit pro peccato animā suam, uidebit semen longæuū, & uoluntas dñi in manu eius dirigetur, pro eo quod laborauit anima eius uidebit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorū ipse portabit. Nonne igitur nobis posteris eius iure palmam iustificationis & salutis siue saluationis iusta diuinitatis concedit, cum uideat non unum tantum signaculum aut signaculi iustitiæ uulnus, ut fuit uanus circūcisionis, sed quinq̄ uulnera iustitiæ uel fidei nos in baptismo suauiter suscepimus, quæ ipse p̄naliter suscepit, & sicut cū unius signaculi, id est, circūcisionis testimonio expectabatur, ad redimendos homines uenturus, ita nunc à nobis cum quinq̄ plagarum, id est, crucis frontibus nostris impressæ signaculo expectatur ad iudicandum uiuos & mortuos rediturus.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, DE VICTORIA VERBI DEI,
LIBER DECIMVSTERTIVS.

¶ Quomodo raptus sit filius mulieris ad deū & thronum eius. Cap. I.

Draco quomodo
illusus est.



Johan. 8

ICCO QVOMODO ILLVSVS EST DRACO iste, qui per tot annos, per tot generationes stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cū peperisset, filium eius deuoraret: Illusus est, quia quem paritura erat mulier peperit, & raptus est filius eius ad deum & ad thronū eius. Quomodo raptus est? Quis eum rapuit? Raptus est solutis doloribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Rapuit eū deus, suscitans eū deus, dei uerbum rapuit eū ad patrē deū. Vnde rapuit? De claustris inferni, de sub grandi lapide sepulchri. Subtus lapidem misit deus manū suā, intulit deus uerbum suū, & rapuit corpus illud, corpus re diuuum, tam facile de clauso q̄ facile potuisset rapere de nō clauso uel patente sepulchro. Q̄ stulti & cæci, qui dicebant se cognoscere deū, & posuerunt lapidē contra deū. Si enim cognouissent dominū deum, nūq̄ unum lapidem nutui dei resistere posse sperassent. Est, aiebat ille, pater meus qui glorificat me, quem dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum. Sed redeamus ad rem.

¶ Quid sit raptū esse ad deū & ad thronū eius, & quid sit illud: Paulus apostolus, non ab hominibus, neq̄ per hominē, sed per Iesum Christū. Cap. II.

Roma. 6

Raptus est, inquit, ad deū & ad thronū eius. Duo dicta sunt & dici debuerūt, quia & ad deum raptus est, & ad thronū eius raptus est: Nam & resurrexit, & in cœlū ascendit. Resurgendo ad deum raptus est. Ascendendo in cœlū ad thronum eius raptus est. Deniq̄ resurgēdo factus est carne, ut erat diuinitate immortalis atq̄ impassibilis, & confirmata est eidē carni habitans in ipsa plenitudo diuinitatis tali firmamento, ut meminit Apostolus: quia resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Proinde iam non solū secundū uerbi diuinitatem, uerumetiā secundū semetipsam assumpta humanitas prædicatur deus, sicut ex eodē quoq̄ Apostolo cōprobatur ita scribēte Laodicēnsibus: Paulus Apostolus, non ab hominibus, neq̄ per hominem, sed per Iesum Christū. Quid em̄, si non per hominē, sed per Iesum Christū? nonne consequitur, quod Iesum Christū, quotēpore uocauit eū uel fecit Apostolū, dicat cœpisse iā non esse hominem, sed esse deum? Non tamen aiunt patres orthodoxi hæc dicendo, hominis demit naturam, sed confitetur superabundantem humanæ naturæ diuinam gloriam. Nam ex quo resurrexit Iesus Christus, uere quidem est, ut erat homo natura, sed deus est gloria. Porro quod astantibus discipulis, assumptus ab eis ascendit in cœlum, & sedet à dextris dei, quid est, nisi raptū esse filium ad thronum dei?

¶ Rapto illo ad deum & ad thronū eius, nondum penitus impletā esse promissionem: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Cap. III.

Gene. 22.

Igitur iuxta fidelem atq̄ humilē confitentis & pœnitentis David orationē, iustificatus es deus in omnibus sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris: quia sicut iurasti illi, ueritatē fecisti, & non frustratus es eū: quoniā raptum est semen eius ad te, & ad thronū tuū. Porro quod iurasti ad Abrahamā nondū usq̄ ad consummationē perfeceras: promissionis nanq̄, imō repromissionis ad illū sermo hic erat: Per memetipsum iurauit, quia fecisti rē hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū, sicut stellas cœli, & uelut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorū suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Equidē cuncta hæc præter unū adimpleta erant, Iesu Christo semine Abrahamæ suscepto in cœlū ad dei thronum: quia reuera in sanctis patriarchis atq̄ prophetis multiplicatum fuerat semē Abrahamæ, sicut stellæ cœli. Nam ipsi sunt stellæ, quas idē æternus sol Christus eleuatus

eleuatus in cœlū secū tulit, & possidebat illud semen portas inimicorū suorū, scilicet malignorū spirituum, quem admodū dicit: Et fui mortuus, & ecce sum uiuus, & habeo clauēs mortis & inferni. Veruntamen pars magna restabat, pars nobis optabilis & necessaria, quæ nobis gentibus tali enunciatione semel & iterum reposita est: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Ad hanc partē perficiendā, Apostoli duodecim electi fuerant, atq̄ reseruari, ipso dicente: Si ergo me queritis, finite hos abire. Vt adimpleretur sermo, inquit Euangelista, quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quenquā. Vbinam hoc dixerat? In ipsa cœna, paulo ante ipsam horā, qua cū comprehenderetur, restitō eo, discipuli omnes fugerunt. Quos dedisti mihi, ait, custodiui, & nemo ex his periit, nisi filius perditionis: statimq̄ subiunxit: Vt scriptura impleatur. Quod quāuis ita recte possit intelligi, idcirco uel ille unus periit, ut scriptura impleatur, quæ non tacuit de perditione eius, attamen secundū præsentem intentionē magis placet sic intelligi, ac si dixerit: Idcirco istos custodiui, neq̄ quisquā periit ex eis: & sunt omnes incolumes, non solum secundū animā, uerumetiā secundū corpus, ut sint per quos scriptura impleatur, per quorū ministeriū benedictio cunctis gentibus in semine Abrahamæ promissa impendatur. Quibus ex sacramentis & unde sumptis eiusdem benedictionis opus peragendū esset, & nunc usq̄ peragatur, iam superius dictū est. Nunc restat dicere, q̄ inuito & reluctantē dracone sæpēdicto in hac quoq̄ operis uel propositi sui parte uicerit uerbi incarnati omnipotens diuinitas, diuina omnipotentia deos gentium in spiritu sancto eiciens, qui omnes erant & sunt dæmonia.

¶ Quomodo mulier in solitudinem fugerit. Cap. IIII.

ET mulier fugit in solitudinē, ubi habet locū paratū à deo, ut ipsi pascant illā diebus mille ducentis sexaginta. Et factū est præliū magnū in cœlo, Michael & omnes angeli eius præliabantur cū dracone, & draco pugnabat, & angeli eius &c. Mulier postquā filius eius masculus raptus est ad deū & ad thronum eius, fugit in solitudinē id est, postquā Christus ascendit in cœlū, mater eius, id est, pars illa gētis eius, ex qua ipse ē secundū carnē, scilicet apostolica, siue apostolicæ perfectionis ecclesia, de Iudæis collecta, cuncta, sicut apostolici testantur Actus, reliquit seculi negotia, ita ut nihil suū quisquam esse diceret, sed erant illis omnia communia. Hoc nanq̄ est fugere in solitudinem, omnem præter uictū & uestitū relinquere carnis curam uel seculi solitudinē. Qui eiusmodi erant uel sunt, opus habebant uel habent pasci de cōmuni elemosyna diebus mille ducentis sexaginta, euāgelij causa, siue ipsius domini exemplo, qui tot diebus Euangeliū prædicans cum discipulis suis, uixit de Euangelio. Tali initio cœptum est præliū hoc, de quo dicit: Factum est præliū magnū in cœlo. Apostoli nanq̄ & quotquot erant apostolicæ participes gratiæ, pleni gratia & fortitudine, pleni fide & spiritu sapientiæ, contra draconem quasi in cœlo superbientem, magnū sumpsere præliū, euntes in mundū uniuersum, & omni creaturæ prædicantes Euangeliū. Hoc nimirū erat, fieri præliū in cœlo, id est in illis, qui ad hoc præordinati uel prædestinati fuerant, ut cœlū uel sedes fierent deo creatori suo. Nam cū in illis uel super illos regnaret draco diabolus, diuinos ab illis honores exigens tanquam deus, cum ab illis in templis uel simulachris coleretur, stultus putabat se esse in cœlo, similemq̄ esse altissimo. Et hoc agebatur, ut ipse depulsus ab aris, protractus ex delubris, primūq̄ de hominū mentibus errore deceptis, locū daret deo: sicut olim factum est, quando propter superbiam de superiori atq̄ inuisibili proiectus est cœlo.

¶ Quomodo Michael & angeli eius pugauerūt contra draconē. Cap. V.

Cuiusmodi præliū illud fuit, quales uel quomodo acies cōtra inuicē steterūt, qualibus armis dimicauerunt, attendamus grande magni huius prælij miraculum: Michael, inquit, & angeli eius præliabantur cū dracone, & draco pugnabat & angeli eius. Quibus armis instructi præliabantur isti? pugnabāt illi? Nimirū isti, scilicet Michael & angeli eius, armis uirtutū cœlestiū, illi autē legib⁹ regū, decretis impatorū, furore gentiliū, sæuis manibus carnificū. Talibus instrumentis draco pugnabat & angeli eius. Isti autē, Michael & angeli eius, ut sunt administratorū spiritus administrabant Euangelij prædicatoribus omnimodā operationē uirtutum: Vt in nomine Christi dæmonia eijcerēt, serpentes tollerent, super egros manus imponerēt, & bene haberēt, mortuos q̄q̄ suscitaret, cætera quoq̄

quoque signa facerent quaecumque necessaria uel idonea uiderentur ad Simonis confirmationem. His itaque preliantibus Draco pugnans, & angeli eius, non ualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Nullum quippe ex eis retinere potuerunt, qui ad uitam praecordis nati fuerant. Quauis corpora illorum occiderent, persuasi ab illis reges & pontifices, reges imperij, pontifices mortuorum mortui, quamuis pro Demonibus, ne dicam suis Dominis aemulantes, poenis innumerabilibus corpora disperderent, animas Christi laedere non potuerunt, dracones uel & angelos eius iuuare, quin de isto quoque caelo uicti ruerent, id est, cultum quasi Diuinae religionis amitterent. Inde est uox illa, uox laudis magna quam audiimus in caelo, id est, in Ecclesia. Nunc facta est salus & uirtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte, Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter Verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

Apo. 12

Quomodo Draco proiectus in terram, miserit aquam de ore suo. **Cap. VI.**
Et postquam uidit draco quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem quae peperit masculum. Ac deinceps: Et misit Serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen ut eam faceret trahi a flumine. Quando uel quomodo uidit draco proiectum se esse in terram? Nimirum quoniam Romani imperatores relicto ueteris idolatriae cultu profano, regno Dei nostri & potestati Christi eius se subdiderunt, caeterique reges terrarum & principes cum subditis sibi populis Christiani effecti sunt, tunc uidit Draco, tunc sensit Diabolus, proiectum se esse in terram, id est, non habere se uires ad defendendam sibi uanam affectatam Diuinitatis gloriam. Mutauit ergo persecutionis modum, & aliter persequi coepit quam eatenus persecutus fuerat mulierem quae peperit filium masculum, id est, Ecclesiam, quae iuxta promissiones saepe dictas de carne sua protulit & hominem Christum quauis enim quodam respectu altera sit Ecclesia Gentis unius Israeliticae ante Christi aduentum, & altera de gentibus post Christi aduentum, una tamen & unica est secundum fidem eandem Ecclesia praecedentium atque subsequentium Iudaeorum atque Gentium. Quomodo persecutus est eam? Misit aquam de ore suo tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Hoc idem est ac si manifestius dicat, quia dogmata adinuenit haeretica, per quorum tergiversationes corrumpetur fides ecclesiastica. Ita esse, ut dicit, non dubitat quisque Ecclesiasticas aut nouit aut legit historias. Arrius heresiarcha notissimus, quod nisi os Serpentis extitit, quo tempore ad fidem Christi confugerat filius Helenae Constantinus. Per illud os suum misit Serpens aquam tanquam flumen, id est, pessimum haereseos dogma, tanquam sermonem uiuum & efficacem, & de uiuo scripturarum fonte profluentem. Non ille primus aut solus tali modo Serpentis, sed omnium per quos Serpens ille abundantiam iniquitatis suae profudit, teterrimus atque nocentissimus extitit.

Apo. 12

Quomodo aqua eiusmodi primum occulte irrepens, deinde per incrementa uires capiens, per quatuor partes orbis sese extenderit. **Cap. VII.**
Hoc malum huius tam peruersi dogmatis monstrum, primum occulte irrepit, deinde per incrementa uires capiens, per quatuor partes orbis, orientem, occidentem, septentrionem, atque meridiem sese extendit. Asiam, Europam, atque Africam penes repleuit, & contra fidem catholicam gladius quoque regum & imperatorum sese armavit, multumque sanguinem piorum bestialiter effudit. Hoc scriptura inuenire uidetur, dum in ista causa diaboli patrem mendacij primo serpentem, deinde ut eatenus fecerat, appellat draconem. Sic enim ait: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, & deinde aperuit, inquit, terra os suum, & absorbuuit flumen, & iratus est draco in mulierem. Primo namque haeretica perfidia, ut haec Ariana dogmatizans minorem patre filium, minorem esse filio spiritum sanctum clanculo apud Alexandria suborta, per discipulos uel coplices Arrii, lubricis flexibus & sophisticis anfractibus sese commouit, deinde in publico ad auditum populi prolato capite sibilauit, & resistente nequitiae illius Alexandro praesule, ad uicinas ciuitates, ciuitatibusque praesules aquam doctrinae nequam de ore suo profudit. Non uere flumen, sed tanquam flumen, id est, eloquentiam quidem siue loquacitatem copiose redundantem habens, sed fontem ueritatis nesciens, scripturas uocibus abutendo. Ac per hoc simplicibus, fluminis, id est, sanae doctrinae quandam similitudinem demonstrando. Tandem (ut iam dictum est) mendacij pater diabolus regum atque reginarum, imperatorum atque imperatricum fauorem

Apo. 12

Ariana haeresis.

rem adeptus, insanire coepit linguis, inde principum roboratus gladijs, atque ita sua aqua quam uelut serpens de ore suo misit tanquam draco, id est, maior factus fortius commouit, ut mulierem faceret trahi a flumine, id est, ut ecclesiam compelleret sibi consentire.

Quomodo adiuuit terra mulierem, & absorbuuit flumen. **Ca. VIII.**
Sed adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuuit flumen quod misit draco de ore suo. Hoc (ut dictum est) ita factum est. Tunc enim illud famosissimum in Nicea concilium feruor principis Constantini excitauit, publicis asinis atque multis & curratibus equis episcopos, & qui cum eis erant, ad synodum uenire precipiens. Concilium illud quod catholicae roborauit fide, recte terram intelligas quae adiuuit mulierem, quia uidelicet de omni terra conuenerunt & quodammodo omnis terra suam mutauit locum, mittendo de cunctis partibus suis personas idoneas in locum constitutum. De cunctis ecclesijs qua tota Europam, Libyamque repleuerant, & Asiam, simul erant ministros dei congesta cacumina, unaque orationis domus tanquam a deo delata intrinsecus ferebat omnes in idem, Syrios simul & Cilicos, Phoenices, & Arabes, atque Palaestinos, Aegyptios, & Thebeos, Libies, necnon & qui ex Mesopotamia oriuntur, Persa quoque uenit, nec Scythia defuit, Pontus & Asia, Phrygia & Pamphilia uiros probatissimos praebuerunt. Aderant Thraciae, & Macedones, & ut breuiter dicam, ex omni natione quae sub caelo est, collecti aderant uiri religiosi, eorum multitudo erat trecenti decem & octo, sequentibus eos presbyteris, ac diaconibus, & accolis, quorum numerus non poterat comprehendere. Quid ergo nisi terra, ut iam dictum est, os suum aperuit, & flumen draconis absorbuuit, quando tota uir de omni terra conuocata sapientiae, sermone, aliisque uirtutibus ornata ore consona in defensione ueritatis operata, impiam dogma destruxerunt, concorditerque uniuersam fidem & gloriam, quae haecenus in ecclesia permanet, dictauerunt, & subscriptioibus roborauerunt.

Concilium Niceanum fide roborauit

Septimum caput draconis plaga gladii occisum in mortem. **Ca. IX.**
Igitur de sex capitibus draconis illud constat, quod iam dudum in cunctis illis uictus est, & deus iustus in sermonibus suis, uictorque in iudicijs palma ueritatis obtinuit, quia sicut promisit sicut iurauit semini Dauid in aeternum manet, sicut promisit, sicut iurauit, in semine Abrahae benedicentur omnes gentes, & ille neque per paganos neque per haereticos siue Iudaeos benedictionem omnium gentium prohibere potuit aut potest. Sed quis diaboli pertinaciam, quae ardentis eius inuidiae sufficiat mirari uesaniam? Et iratus est, inquit scriptura, draco in mulierem, & adiecit facere praedium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata dei, & habent testimonium Iesu. Et stetit super arenam maris, ait idem qui superiora uiderat, & uidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarum. Et bestia quam uidi similis erat pardus & pedes eius sicut ursi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco uirtutem suam, & potestatem magnam. Et unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Bestia haec septem capitum ipse draco est, cuius de sex capitibus contra uerbum dei bellando super peratis haecenus sermo habitus est septimum caput hic mira locutionis grauitate designatur cum dicitur: Et unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est, & admirata est uniuersa terra post bestiam.

Apo. 12

Quomodo plaga mortis eius sanata sit. **Caput X.**
Caput istud sine dubio Antichristus erit. In quo excandescet illa draconis ira nouissima, de qua dictum est: Et iratus est draco in mulierem, & adiecit facere praedium cum reliquis de semine eius. Quid porro est, quod caput istud quasi occisum in morte dicitur, & sanata esse plaga mortis eius. Itemque postmodum scriptura dicit, quia habet plagam gladii & uixit. Vbi nam accepit plagam gladii, & quomodo sanata est plaga eius, aut uixit? Nimirum cum alia possint conuenienter dici, deficientibus tamen certis sacrae scripturae testimonijs, magnus iste sensus placet, quod dudum in caelo damnatois aeternae sententiam accepit. Et haec est in capite isto plaga gladii & mortis. Ille namque homo peccati, filius perditiois, non simpliciter homo, uerumetiam diabolus erit, & aduentus eius operatio satanae operatio erit erroris. Diabolus, inquam, siue satanas, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Quando iste propter superbiae de caelo cecidit, proculdubio plagam gladii, plagam mortis accepit. Si

Antichristus quod Apo. 12

Apo. 17

P pit. Si

Ezech. 31 pit. Sicut apud Ezechiele dicitur in eum sub nomine Assur siue Pharaonis. Ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam, in medio incircū cisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Quomodo autem sanata est plaga mortis eius? Quomodo & plagam habet tanti gladii & uixit. Falso nimis sanata est plaga eius, & falso uixit, Plagæ eius curatio culpæ est defensio, & in plaga gladii uiuere, hoc illi in ipsa pœna superbire. Hoc quippe in isto dicto est admiratio & p̄sumptoris execratio, q̄ cū percussus sit & factus sit diabolus, extollitur & ostendit se tanq̄ sit deus. Cum em̄ diabolus uult se ostendere deum, qd nisi mortuus contendit se esse uiuū? Exemplū miraculi huius sumere licet de quolibet imitatore eius. Cum em̄ q̄ culpa sua iusto iudicio de ecclesia pellitur, & tunc in superbiam elatus et defendens opa sua, iudices quoq; criminatur, q̄ illi iniusti, ipse aut sit iustus. Nimis plaga eius in feliciter sanata est, & mendaciter uiuit, q̄a dei iudicio, iniustus, suo autem iustus est.

¶ Caput illud esse Antichristum, cui draco dederit uires suas & potestatem magnam.

Caput XI.

Danic. 7 **V**erba non sufficiūt ad rem consequēdā, maxime ubi audimus, q̄a dedit illi draco uirtutem suam, & potestatem magnam. Quid em̄ hoc sibi uult? Quo tendit etiā in isto diabolus? Num p̄ hoc altissimo similem se fore arbitratur? Altissimus nāq; Antiquus dierum, ubi sicut apud Daniele legimus, thronis positus sedit, & ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad ip̄m puenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei p̄tatem & honorem & regnum. Num puerus imitator dando illi bestię siue homini peccati uirtutem suam, & p̄tatem magnam, dicit: adhuc similis ero altissimo, id est, sicut fecit deus quod suum erat in Christo, faciā & ego quod meū est in Antichristo. Ecce q̄s ai aduertens non admiretur qualē usq; in finē siue cōsummationē de genere humano processerit, hinc bonum propositum dei, inde malum oppositum aduersantis diaboli. De una eademq; massa unus exurrexit. Qui deus & homo est, & alius q̄ diabolus & homo erit, uenturus est. In isto bonitas prædicatur dei, in isto pueritas agnoscitur diaboli. Isto namq; nihil melius, illo nihil deterius. Iste enim deus super oia benedictus: ille diabolus infra oia maledictus. In isto sibi deus complacuit, & in æternum complacebit: in isto sibi diabolus complaceans, postquam eleuatus fuerit in sublime stultus apparebit. Iste de cœlo descendit, & de humilibus ascendit sicut uirgultum, & sicut radix de terra sitiētī. Ille de cœlo cecidit, & de cunctis superbiæ filiis ascendet tanquam bestia de mari.

¶ Quid sit illud Apostoli, & nunc quid detineat scitis, ut reueletur suo tempore.

Et de sacramento mulieris bestię insidentis. Ca. XII.

1. Thess. 2 **N**on sua uoluntate moratur diabolus, aut uenire tardat Antichristus, sed cōtra suum uelle detinetur, cum sit in omne malum pronus ac festinus. Et nunc quid detineat scitis, ait Apostolus: Quid est illud? uidelicet quia nōdū uenit t̄ps eius? Quia tempora nō in istius siue cuiuslibet alterius, sed in sua solius potestate posuit deus. Hoc oportet subintelligere. Sequitur em̄: Vt reuelet in suo tpe. Quod id est ac si dicat: quia superna p̄tās impatientē more, iamq; uolentē reuelari detinet, ut nō reueletur nisi in suo tpe. Nam ut scias q̄ inuitus detineatur, q̄ propere uellet reuelari: iam, inquit, mysteriū operat iniquitatis, subauditur quantum potest, uidelicet maxime p̄ se uitiā Neronis, qui quis fuerit malignus, minus t̄n̄ in illo diabolus potuit, q̄ in isto poterit, in omni uirtute & signis & pdignis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Et quantum differtur, uel qd signū t̄ps eius? Tantum, ait, ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Cum Apostolus hæc scriberet Thessalonicensibus, qui tenebat, & quid tenebat? Nimis Romanus rex siue Cæsar orbis imperiū tenebat: nō dicit de unius p̄sona hoīs, uerbi gratia, Neronis, sed de cunctis regibus Romani imperij, qui quis plures numero, unus tamen sunt imperio. Hic sensus nō solū rōne, uerum etiā cōstat autoritate. Nā post aliqua eidem Iohanni angelus dicit: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestię, quæ portat eā, quæ habet capita septem & cornua decem. Septem capita, septem mōtes sunt, sup quos mulier sedit, & reges septē sunt. Quinq; ceciderunt, & unus est, & alius nondū uenit, & cū uenerit, oportet eum breue tempus manere. Bestia namq; septem capitum, & hic ubi mulier, id est, cupiditas sedet super bestiam: & illic ubi bestia de mari ascendebat, uniuersitas est impiorum. Sicut iam superius siue ha

Antichr̄s non una persona

Apoca. 17

siue hæc tenus in dracone septem capitum longo tractatu est demonstratum: septem capita, septē regna, per quæ hæc bestia siue draco uim suā exegit contra promissionis uerbū. Cum igitur dicit septem capita, & septem reges sunt, quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondum uenit. Septem reges, cunctos eorū dē regno; reges intelligi oportet, siue pro ipsis septem regnis scriptū esse, septem sunt reges, quorū quinq; ceciderunt, ait, scilicet Aegyptius, Israeliticus, Babilonicus, Perficus, Macedonicus. Et unus est, qui & sextus, uidelicet Romanus, & alius nondum uenit, ipse erit Antichristus.

¶ Quare Apostolus tam obscure dixerit: Tantum qui tenet, teneat, donec de medio fiat.

Caput XIII.

ITaque & sapientibus satis dictum, tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, & insipientibus data occasio nō est, quam nancisci potuissent, si ita manifestius dixisset Roma quæ nunc tenet, siue Romanum Imperium, quod nunc tenet, sub se gentes teneat, donec de medio fiat, siue donec discessio fiat. Superbia nnaque hominum Romam uolebat esse urbem æternam, & æternum Romanorum Imperium, ac proinde de nusquam fere religiosus q̄s impatientius audiret blasphemiam in deum, q̄ Romani principes siue milites finem Romani Imperij per Christi prædicari euangelium. Satis nimiumq; offenderunt eos euangelij prædicatores, etiā nemini dantes ullam offensionē, quanto magis friam publicæ discessionem illā futurā prædicarent. Hæc pro difficultate Apostolicæ locutionis breuiter dicta sint: porro quādiu qui tenet, nūc tenere debeat: uel q̄ multos post annos de medio fieri, uel discessio uenire debeat, maxime propter eandē cautelā scribere nō debuit fortassis nec ipsi reuelatū fuit, quādo uel hoc fieri, uel quot post annos ille iniquus debeat reuelari, sicut nec Danieli, cui dicenti ad uirum, qui idutus erat lineis, Vsq; quo finis horū mirabilium? Itemq; Dñe mi, quid erit post hæc? non fuit responsum, quod querebat, sed hoc audiuit: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatq; sermones usq; ad t̄pus præfinitū. Ad discipulos quoq; de t̄pibus quærentes, loquitur Saluator ipse. Non est uestrū nosse tēpora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.

¶ Quanta iram draco excitaturus sit per Antichristū, & q̄ dñs Iesus interfecturus sit ipsum spiritu oris sui.

Caput XIII.

IRam draconis, quā exercebit per illū hominē peccati, per illū filiū perditionis, iratus in mulierē sæpeditā, & adiciens bellū facere cū reliquis de semine eius, frustra laborat quis sufficientibus declamare uerbis. Maior em̄ res erit sermone, imō & cogitatu hoīs, præsertim cū ipse dñs ore proprio prædixerit. Erit enim, inquit, tūc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet, & nisi breuiati fuissent dies illi, nō fuisset salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Proinde quoniā sermo quoq; p̄lixior habitus iam ad finē tendit, & sollicitudo deesse non debet loquenti aut scribenti, ne forte nimietatē fastidiū generet legenti siue audienti, ueniendū est ad id, in quo est cōsummatio denarrati certaminis, cōsummatio uictoriæ uerbi dei. Quid est illud? profecto destructio illius iniqui, & iudiciaria sedes siue sessio filij hominis Iesu Christi: quæadmodū ipse post præntiationē illius magnæ tribulationis breuiter innuit: Et tunc, inquit, uidebunt filiū hominis uenientē in nubibus cū potestate magna & maiestate, cū uirtute multa & gloria. Qualis ergo erit destructio illius iniqui? Dñs Iesus, inquit Apostolus, interficiet eū spiritu oris sui, quoq; modo per Prophetā fuerat prædictū. Et spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Et qui dem multos interfecisse legitur dominus: sed de nulla persona nunc occurrit memoria, sic esse dictū, quod interfecerit spiritu oris sui, siue spiritu labiorū suorū, præter illū impiū illum iniquum. Num ergo propter singularem illius magnitudinē, nimiamq; fortitudinem spiritus sanctus, qui est spiritus domini Iesu, mittendus erit contra eum, nec aliter ille iniquus poterit interfici, nisi per semetipsum irruat super eū spiritus domini. At iste spiritus sanctus, spiritus domini Iesu, non ad mortificandū solet eniti, non nisi ad uiuificandū consueuit immitti. Nec enim in ipso mors est, cū ipse potius uita sit. Aliter igitur intelligendū est hic de spiritu oris siue labiorū domini Iesu, & hoc fiet commodius, si illud quoq; propheticum in præsens adducatur uox dicentis: Clama, & dixi, quid clamabo? Omnis caro scœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est scœnū, & flos cecidit, quia spiritus dei insufflauit in eo.

P 2 Omnis

Danic. 12
Darth. 24

Darth. 24

Victoria uerbi dei

Ibidem.

2. Thess. 2
Ela. 40.

Ela. 40.

Omnis homo uiuens, & quid rogo tibi est facilius quam sufflare, quid infirmius rogo coram te, quod illud quod sufflando potes deicere? Igitur per tuimet exemplum animaduertere promptum est, quam uere fortis sit dominus Iesus, cuius nomen uerbum dei, uerbum deus, & quod uere uniuersa uanitas erit, etiam ille homo uiuens, totius generis humani tyrannus maximus, tyrannus diabolicus, quia quod facile tibi est sufflando dissipare filum telae araneae, tam facile in modo facilius erit, & illud iniquum interficere, multis coniecturis, quae hinc solent fieri. Per hunc sensum arbitror quempiam posse liberari.

¶ Interfecto Antichristo consummatam esse uictoriam uerbi dei.

Caput XV.

Destructio
mortis.
1. Thess. 4

2. Cor. 5

Gene. 1

Gene. 5

Interfecto Antichristo, paucis, id est, quadragintaquinque diebus, ut ex Danielis uisione conijcere interiectis, ueniet in maiestate sua dominus, & nouissima omnium inimica destruetur mors. Quomodo destruetur? Ipse dominus, ait Apostolus, in iussu, & in uoce archangelii, & in tuba dei descendet de caelo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos qui uiuimus, & relinquitur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Illa destructio mortis, consummatio erit uictoriae uerbi dei, consummatio propositi dei cum hoc dicto uerbi dei triumphatis: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutoe mundi. Quod dicit, a constitutoe mundi, hoc est, ab eo tempore uel die, quo constituebatur mundus in creatioe generis humani, quando creatis duobus primis: Crescite, ait, & multiplicabimini, & replete terram. Cum enim duo tantum essent, dicendo illis: Crescite, & multiplicabimini: illa intendebat multiplicatam, quae stabit a dextris, & tunc parabat illis regnum praefinitum, habes numerum: quantum deberet percipere regnum dei. Nam quae super numerum illi multiplicati sunt, quibus stabunt a sinistris, non pertinet ad benedictionem creatoris, neque fuissent nati, nisi intercessisset causa peccati, quo peccato, multiplicato, inquit ad mulierem aeternas tuas, & conceptus tuos. Erit igitur illic opportuna commemoratio constitutois mundi, & benedictiois, qua omnes suos electos benedixit, dicendo: Crescite, & multiplicabimini, magna quoque & ineffabilis erit materia laudis, & angelis, & hominibus sanctis in eodem dicto triumphatoris: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis constitutoe mundi. Tunc uere in domino laudabit omnia aeterna, & tunc audietes mansueti laetabuntur, & laetates admirabunt, quod illa benedictio prima inter tot maledictionum spinas, de quibus uel contra quos praesens opusculo tractauimus, perire aut exinaniri non potuit, uidentes nullum deesse ex omnibus electis dei per curam atque prouidentiam eius, qui illos praesciuit, atque praedestinauit, uocauit atque iustificauit, & magnificauit, per gratiam eiusdem filii sui, per incarnationem, passionem, & resurrectionem eiusdem uerbi sui, cuius imaginis conformes praedestinati sunt fieri.

¶ Quid sit quod ad beatum Iob dictum est: Ecce spes eius frustrabitur eum.

Caput XVI.

Job. 40.
Behemot

2. Cor. 5

2. Thess. 2

Esa. 40

Job. 4

Tunc uerum apparebit dictum illud ad beatum Iob de dracone illo, toties nominato: Ecce spes eius frustrabitur eum, & uidentibus cunctis praecipitabitur, simul quoque omnes impiorum praecipitabuntur cum eo, dicente triumphatore & iudice his qui erunt a sinistris eius: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quomodo illos praecipitabit? Nimirum quod de uno homine peccati filio perditiois Antichristo Apostolus dixit: Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, hoc est de diabolo & angelis eius, & de cunctis impiis hominibus, & si uerbis uel syllabis eiusdem non dixit, uult nihilominus & oportet intelligi, quia praecipitabit eos spiritu oris sui, id est, tam facile, ut tu sufflando exiguum quid pulueris, aut fumi in aera dispergis. Nam sicut iam supradictum est, pro facilitate omnipotentis, qui non laborat agendo quid, & Apostolus dixit, quod illum iniquum dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & Propheta dixerat, spiritu labiorum suorum interficiet impium. Quod si autoritas queritur de cunctis impiorum damnatoe quod praecipitandi sunt eadem facilitate. Ecce & alius Propheta dixit, quod iam supra memoratum est: Omnis caro foenum, exiccatum est foenum, & cecidit flos, quia spiritus dei sufflauit in eo. Et in Iob scriptum est: Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu irae eius esse consumptos.

¶ Quid sit spiritu oris domini aliquid fieri.

Caput XVII.

Eadem

Eadem quidem facilitate omnia bona quoque fecit, & facit omnipotens uerbum, & ipsam faciet resurrectionem mortuorum, sed in huiusmodi dictione standi uel exufflandi scripturae spiritus, proferre non consueuit. Contra superbiam solet taliter edicere, ut illic: Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. Quod si quis obijciat, & illud scriptum esse: Flauit spiritus eius, & fluent aquae: Cito respondetur, non esse hoc dictum de spiritu irae, sed de spiritu gratiae. Et quamuis facile sit deo peccatoris cor compungere, non tam propter facilitatem eius modi dictum esse: Flauit spiritus eius, quod propter insinuandam diuini ignis dulcedinem: quod cum frigidum cor aspirando tetigerit, ita temperat & emollit, sicut glaciem calidus auster soluit. Praemisera enim: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Statim quoque subiunxit: Emittet uerbum suum, & liquefaciet ea, flauit spiritus eius, & fluent aquae.

¶ Quam facile omnia possit uerbum dei, exemplis probat. Cap. XVIII.

Quid tanquam de facilitate quisquam dubitet, plura loquimur? Iudicandus sufficientia dedit argumenta, quam facile facturus sit quae dicta sunt, ueniens iudex in maiestate sua. Primum de facilitate resurrectionis mortuorum, hoc argumentum

est: Lazarus in sepulchro quatuordecim annus erat, & unam tantum uocem emisit: Lazare, inquit, ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus. Quando uel quali habitu prodijt? Ligatus pedes & manus in stitit, & facies eius sudario ligata erat: Opportune Euangelista hoc perscripsit, & ad hanc intentionem nostram non nihil facit, quia uidelicet consequitur in illius uocantem uoce uim facillimam extitisse, quae illum pariter & uiuificauit, & de monumento exiit, qui cum esset ligatus pedes & manus in stitit, neque pedibus neque manibus prorepere potuit. Quod si de remissione quoque peccatorum, quae prima resurrectio est, ueritatem experimetur, quod facillime factum sit eidem uerbo, filio dei, Filio hominis Iesu Christo tam in praesenti quam in futuro saeculo. Ecce apparet in sorore eiusdem Lazari Maria Magdalene. Quae tunc adhuc mortalis, adhuc iudicandus mortuam in anima, iamque contentam in fama de sepulchro malae conscientiae produxit: nullam saltem uocem emittens, quali Lazarum de monumento uocauit in modo & corpore absens illi. Nisi enim de sepulchro quae fuerat mortua prodijt, ante praesentiam eius illo miro modo non uenisset. Et de illa ubi dixit ei: Fides tua te saluauit, uade in pace: continuo dixit Euangelista, quod daemonia septem exissent de ea. Quomodo ergo pro facilitate operandae salutis, & agendi iudicij mentionem fecimus, cum suffragio sanctae scripturae de uerbo exufflationis, nonne & hoc recte dixerim, quia septem illa daemonia exufflando, id est, quod facillime de illa eiecit, cum adhuc esset iudicandus homo passibilis & mortalis. Propter eandem facilitatem delendi peccata totius ecclesiae, cuius illa typum gessit arbitrari licet, quia resurgens ex mortuis & stans in medio discipulorum insufflauit, dicens continuo: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Neque enim non sine insufflatione spiritum sanctum dare poterat, sed opus erat omnipotentiae suae uerbum deus studiose illo quoque modo significabat, semper & ubique intendens adimplere, & uerum comprobare quicquid in scripturis sanctis de ipso praedictum fuerat. Nonne & hoc in persona eius apud Esaiam praedictum fuerat: Seruus meus est tu Israel, ne obliuiscaris mei, deleui ut nubes iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Quomodo enim nubes aut nebula deletur, nisi facillime & transcurrere sereniore aerae flatu? Non igitur ociose insufflauit, dando spiritum sanctum discipulis in potestatem remittendi peccata, nec inaniter discipuli uel ministri eius baptizando insufflauit, sicut habet consuetudo ecclesiastica, sed operosum praebente illi ministerium, quatenus per hunc illorum actum quod praedixit, nunc quoque unicuique renascenti dicat: Deleui ut nubes iniquitates tuas, & ut nebulam peccata tua.

¶ Quanta facilitate sinistros cum diabolo & angelis eius praecipitaturus sit. Cap. XIX.

Porro de praecipitatione qua sinistros, id est, impios praecipitabit cum diabolo & angelis eius, de quo (ut iam dictum est) ait dominus ad beatum Iob: Et uidentibus cunctis praecipitabitur, quod factum tam facillime ei sit, ut significat uerbum insufflationis. Item illud pro uero argumento est, quod adhuc passibilis & mortalis, continuoque passurus & mortuus cohorte praesidis armatura pontificumque & pharisaeorum ministros solo intuitu deiecit: Veni dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Sed forte dicat quod quia pauci erant

Exodus.
Psal. 147

Uerbo de omnia
facilia.

Johan. 4.

Luc. 7

Johan. 20

Esa. 44.

Job. 40

Johan. 8

RUPERTI ABBAT. TVITIEN. DE VICTO

In resurrectione aut mortuorum quando iudicabit seculum, infinitae multitudines erunt. Nunc ergo tam facile cunctos tunc praecipitabit, quam facile paucos illos deiecit. Huiusmodi suggestio si que tangit, recte arguitur nimiae uanitatis. Est aut utrunque rationi similis, si dominus saltem manu iniecta, cohortem illam deiecit, uel tale quid faciendo, quale fuit illud, quod unus homo Samson in mandibula asini percussit ac deiecit mille uiros armatos & fortes. Nunc aut ubi deiecit eos tantummodo dicendo: Ego sum, ratio consentit, totum mundum tantum ualere contra illum, quantum cohortem illam siue hominem unum. Quod si de diabolo quoque & angelis eius quaeritur, quod si le dederit experimentum adhuc mortalis & iudicandus, quod eos eadem qua & homines facilitate sit in infernum praecipitaturus. Ecce illa legio pro argumento satis est, quae unum possidens hominem, rogabat eundem dominum ne ab ipso torqueretur, neue imperaret illis ut in abyssum iret. Eadem nimirum facilitate super cunctas legiones daemonum, super diabolum & super angelos eius peraget iudicium: nec saltem rogare uacabit eis ne mittantur in abyssum siue in infernum, quia constitutos uelociter praecipitabit eos omnipotens uerbum.

¶ Quid sit quod dictum est apud Esaiam, Et erit lux lunae, sicut lux solis, & lux solis septemplex, sicut lux septem dierum. Cap. XX.

Festiuitas triumphi ubi dei sempiterna.

Quid post haec erit, nisi sempiterna festiuitas triumphi, & nunquam habitura sine laetitia dei, laetatis in operibus suis. Qualis autem erit laetitia siue festiuitas illius triumphantis, qualis triumphator, deus uerbum, deus & homo Iesus Christus in maiestate sua sedebit: qualis circa illum procerum eius, militum eius emeritorum confessus erit: qualis splendore tota triumphalis eius curia splendet: quis nobis habitum illum nunc saltem ad modicum annuntiare possit, nisi seipsum reuelans per prophetas uerbum dominum. Ecce quiddam de reuelationibus eius propheticis ad praesens occurrit, consonans cunctis praedictionibus illius aeternae beatitudinis, beatae aeternitatis, quae succedit illi iudicio magno & terribili, perpetua mansura regi illi deo & homini, cunctisque angelis & hominibus per ipsum confociatis apud Esaiam praemisso: Quia deus iudicij dominus, beati omnes qui expectant eum, post pauca sic dictum est: Et erit lux lunae sicut lux solis, & lux solis septemplex sicut lux septem dierum, in die qua alligabit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagae eius sanauerit. Quid rogo est vulnus populi domini, & quid percussura uel plaga eius, nisi vulnus mortis animae, id est peccati, & percussura uel plaga corporeae mortis, qua de corpore anima recedit, & illius mortis vulnus. Et huius mortis plagam siue percussuram, tunc dominus ad perfectum sanabit, quando dicet: Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Tunc erit lux lunae sicut lux solis: Luna ecclesia, sol ipse Christus est. Nunc in praesenti seculo, non est lux lunae sicut lux solis, id est, non est claritas ecclesiae sicut claritas Christi: quia uidelicet sol Christus, semper & indeficienter suo lumine fulget. Luna autem ecclesia non proprium, sed a sole Christo lumen habet mutuum, nunc incrementis gaudet, nunc defectum sustinet: tunc autem semper fulgebit, quia Christum in manifesta uisione semper habebit: hoc erit esse lucem lunae sicut est lux solis. Scimus enim, inquit Iohannes, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quanta autem erit lux solis. Nam ne parua uideatur esse promissio lunae, in eo quod dixit: Lux eius erit sicut lux solis. Sciendum est, quanta futura sit lux solis, dixit ergo: Et lux solis septemplex sicut lux septem dierum. Qualis uel quanta est lux septem dierum. Omnia, inquit Euangelista, per ipsum facta sunt: omnia inquam bona ualde quae septimo die completa sunt. Tanta tunc erit lux solis, quia tunc manifeste parebit quale sit uerbum, per quod deus omnia sex diebus fecit, & in septimo die requieuit.

Esaiæ 30

Matth. 17

Christus sol, Ecclesia luna.

I. Iohannis. 3. Esaiæ. 30.

E R R A T A.

¶ Folio. 5. facie prima, linea. 29. draco cepit caput habere. Eodem, fa. 2. li. 6. scientiam, quae per aquas intelligi solet, in. Fol. 5. fa. 1. li. 24. & laxatae sunt. Ibidem, li. 45. perfecit Ibidem, li. 44. intolerabile est impijs. Fo. 6. fa. 2. li. 5. potestas. Ibidem, linea a fine. 4. imo illud. Fo. 8. fa. 2. li. 15. imo non repulisti. Fo. 9. fa. 1. li. 5. quod non natura. Ibidem, li. 11. firmati uerbo. Fo. 12. fa. 1. li. 33. utriusque celsitudo. Ibidem, fa. 2. li. 25. scriptura ipsa. Fo. 25. fa. 2. li. 15. & recte illa. Fo. 18. fa. 2. li. 6. primogeniti Nachor. Fo. 19. fa. 2. li. 15. & ablatas est. Fo. 20. fa. 2. li. 1. illum in exaudito. Folio, 25. fa. 1. li. 11. Quid uero. Ibidem, fa. 2. li. 22. quodammodo agro similis est. Fo. 24. fa. 2. li. 25. tempus repressum fuit. Fo. 26. fa. 1. li. 55. Quare apostolis. Fo. 32. fa. 2. li. 3. propositum suum neglexit. Fo. 51. fa. 2. li. 13. suo ipsius. Fo. 52. fa. 1. li. 25. regis, exosa. Ibidem, linea a fine. 5. hiatu patentia. Ibidem, fa. 2. li. 13. ne honorem dei. Fo. 65. fa. 1. li. 15. uocibus deum. Ibidem, linea a fine. 8. sub occasione. Ibidem, linea a fine. 2. famulantes. Fo. 66. fa. 1. li. 25. scribere illis. Fo. 67. fa. 1. li. 33. huc spectat. Ibidem, fa. 2. li. 22. qui est de genere. Ibidem, linea. 32. interpretes sibi fecit.

¶ Finiunt hic. XIII. libri, de Victoria Verbi Dei, per Reuerendum patrem, Dominum Rupertum, Abbatem Tuitiensem (qui sub Henrico quinto, anno domini M. C. XXIII. floruit) compositi, Nunc autem impensis Francisci Birckman Bibliopolae uigilantissimi excusi, Anno a natali Christiano M. D. XXIX. Mense Aprili.